FRatres. Paulus ſeruus ieſu chriſti/vocatus apoſtol⁹ ſegregat⁹ in euãgeliũ dei: quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſãctis/de filio ſuo: qui factus eſt ei ex ſemine dauid/ ſecũdum carnem qui predeſtinat⁹ eſt filius dei in virtute/ſecundũ ſpiritũ ſãctificatiõis: ex reſurrectione mortuorꝝ ieſu chriſti dñi nr̃i. per quem accepim⁹ gratiã et apoſtolatũ: ad obediendũ fidei in oĩbus gentib⁹ pro noĩe ei⁹: in quib⁹ eſtis ꝛ vos vocati: ieſu chriſti dñi nr̃i. Gr. Hodie ſcietis quia veniet dñs ꝛ ſaluabit nos et mane videbitis gloriã ei⁹. ℣. Qui regis iſrael intẽde: qui deducis velut ouẽ ioſeph. qui ſedes ſuper cherubin: appare corã effraim/beniamin/ et manaſſe. Si hec vigi. in do. eue. miſſa de do. ĩ capl̄o dr̃ et fiat tũc mẽo. de ſcã maria: ꝛ de oĩb⁹ ſctis tm̃. Miſ. ſo de vigi. ad autẽticũ altare/ſine aliqua mẽo. cũ hoc Alla ℣. Craſtina die delebit iniquitas terre: et regnabit ſuper nos ſaluator mũdi. Sequẽtia. Iubilem⁹ vtſ̃ fo. pce. Si vero do. nõ fue. tũc All'a ꝛ Seq̃n. ꝑtermittant. Secd̃m Matheũ. i.

IN illo tpe. Cũ eſſet deſpõſata mater ieſu maria ioſeph: anteq̃ conuenirent/inuenta eſt in vtero habẽs de ſpũ ſancto Joſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus/et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitãte: ecce angelus dñi in ſomnis apparuit ei/dicens. Joſeph fili dauid: noli timere accipere mariam cõiugem tuam. Quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt. Pariet aũt filiũ: ꝛ vocabis nomẽ eius ieſũ. Ipſe enĩ ſaluũ faciet populũ ſuum: a peccatis eorũ. Offr. Tollite portas principes veſtras: et eleuamini porte eternales/et introibit rex glorie. ℣. Domini eſt terra et plenitudo eius: orbis terrarum/et vniuerſi qui habitant in eo. Iſte ℣. ſi dñica fuerit/eo anno ꝑtermittat. Secre.

DA nobis q̃s oĩps deus: vt ſicut adoranda filij tui natalicia preuenimus: ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudẽtes. Per eũdem. Prefatio quoti. Cõio. Reuelabit gloria dñi: et videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Poſtcõio

DA nobis q̃s dñe vnigeniti filij tui recẽſita natiuitate reſpirare: cui⁹ celeſti myſterio paſcimur/ꝛ potamur. Per eũ. In nocte nati. dñi: poſt. ix. lec. cantet hoc Euangeliũ in pulpito a dyacono.

LIber generatiõis ieſu chriſti filij dauid: filij abrahã. Abraham: genuit iſaac. Iſaac autem genuit iacob. Iacob autem: genuit iudam et fratres eius. Iudas autem: genuit phares/et zaram de thamar. Phares autem genuit eſrom. Eſrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naaſon. Naaſon autem genuit ſalmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit ieſſe. Ieſſe autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit ſalomonẽ: ex ea que fuit vrie. Salomon autem genuit roboam Roboã/autẽ: genuit abiam. Abia autẽ genuit aſa. Aſa autẽ genuit ioſaphat. Jozaphat autē: genuit ioram Joras aūt genuit oziā Ozias autē: genuit ioathan Joathan autē: genuit achaz. achaz autem: genuit ezechiā. Ezechias autem: genuit manaſſen. Manaſſes aūt genuit amon. Amon autē: genuit ioſiam. Joſias autē: genuit iechoniā/ et fratres eius: in trāſmigratione babylonis. Et poſt tranſmigrationē babilonis: iechonias genuit ſalathiel. Salathiel autem: genuit zorobabel. zorobabel autē genuit abiud. Abiud autē: genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem: genuit ſadoch. Sadoch autē: genuit achim Achi autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem: genuit mathan. Mathā autē: genuit iacob. Jacob autem: genuit ioſeph virum marie: de qua nat⁹ eſt ieſus: qui vocatur chriſtus. Finito Euangelio: ſacerdos incipiat Ps̄. Te deum laudamus. Quo dicto: rectores chori incipiant miſſam.

¶ Ad miſſā in gallicātu. Officiū.



Dominus dixit ad me/ filius meus es tu: ego hodie genui te. Ps. Quare fremuerūt gentes: et populi meditati ſunt inania. Kyrieľ. cum ſuis v̄. Sequať Gloria in ex. more dupľ. feſti. ¶ Sciendū eſt: ꝙ ſemper ad miſſam dr̄ Gloria in excelſis. quotiens ad matu. dr̄ Te deum. niſi miſſa Salus populi: vel miſſa de Cruce: vel miſſa dñicalis in aliquo feſto. iij. lec. vel infra oc. ſine regimine chori/ cantanda fuerit Qñ vero aliqua miſſa de vigi. vel de feſto. iij lec. in cap. die dñica dr̄: tunc etiā dr̄ cātus ſuper Kyrieľ Gloria in excelſis quando dicitur Sanctus: et Agnus: et Ite miſſa eſt/ ſicut in feſto. iij. lec. Similiter fiat qñ dr̄ miſſa dñicalis i capitulo die dñica: tunc etiam diceť Credo.

Deus qui hāc ſacratiſſimā noctē/ veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere. da q̄s: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoqꝫ gaudijs/ in celo ꝑfruamur. Qui tecum. Duo clerici de ſecunda forma in cappis ſericis: in pulpito ſimul cantēt lec.

Laudes deo dicam per ſecula: qui me plaſmauit i manu dextera: atqꝫ redemit cruce purpurea/ ſanguine nati. Hic canteť alternatim. Lectio iſaie prophete. In qua chriſti lucida: vaticinatur natiuitas Hec dicit dominus Pater/ filius/ ſanctus ſpiritus: in quo ſunt omnia condita: ſuperna atqꝫ ima. Populus gentium qui ambulabat in tenebris. Quē creaſti: quem fraude ſubdola hoſtis expulit paradiſo: et captiuatū ſecū traxit ad tartara. Vidit lucē magnam. Fulſerūt et immania nocte media/ paſtorib⁹ lumina. Habitantib⁹ in regione vmbre mortis/ lux. Sēpiterna et redēptio vere nr̄a. Orta eſt eis. O ſtupenda natiuitas. Paruul⁹ eni natus eſt nobis Magn⁹ hic erit ieſ⁹ fili⁹ dei Et fili⁹. Pris ſūmi. Datus eſt nobis. Ab arce ſūma predictū ſic erat. Et factus eſt pꝛincipatꝰ ſuper humerum eius. Ut celos regat/ atqꝫ arua. Et vocabitur nomen eius Meſſias/ ſother/ emanuel/ ſabaoth/ adonay. Admirabilis. Radix dauid. Conſiliarius Dei patris Deus Qui creauit omnia. Foꝛtis Barati clauſtra perimens teterrima. Pater futuri ſeculi. Rex omnipotens: et cuncta regens. Pꝛinceps pacis. Hic et in euum Multiplicabitur eius imperium In hieruſalem/ iudea ſiue ſamaria. Et pacis non erit finis. Per ſecula ſempiterna. Super ſolium dauid: et ſuper regnū eius ſedebit Et regni meta ſui nō erit aliqua. Et confirmet illud. In fidei pignoꝛe. Et coꝛroboꝛet in iudicio et iuſticia. Iudex cum venerit: iudicare ſeculū. Amodo Illi debetur gloꝛia: laus et iubilatio. Et vſqꝫ in ſempiternum.

Hic cantent ſimul vſqꝫ ad finem.

Ab oꝛtu ſolis vſqꝫ occiduos: ad fines mūdi oꝛbis per clymata laus creatoꝛi reſonet congrua Amen dicant omnia.

Ubi non habetur cantus/ legatur Lectio Iſaie pꝛophete. ix.

HEc dicit dominus deus. Populus gentium qui ambulabat in tenebꝛis: vidit lucem magnam. Habitātibꝰ in regione vmbꝛe moꝛtis: lux oꝛta eſt eis. Paruulus enim natus eſt nobis: et filius datus eſt nobis. Et factus eſt pꝛincipatus ſuper humerū eius: et vocabitur nomen eius admirabilis: conſiliarius: deus foꝛtis: pater futuri ſeculi: pꝛinceps pacis. Multiplicabitur eius imperium: ⁊ pacis non erit finis. Super ſolium dauid et ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud et coꝛroboꝛet/ in iudicio et iuſticia. Amodo et vſqꝫ in ſempiternum. ¶ Sine interuallo. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli Ad Titum. ij.

CArissime. Apparuit gratia dei ſaluatoꝛis noſtri omnibus hominibus/ erudiens nos: vt abnegātes impietatē/ et ſecularia deſideria: ſobꝛie/ et iuſte/ et pie/ viuamꝰ in hoc ſeculo: expectātes beatam ſpem/ et aduentū gloꝛie magni dei ⁊ ſaluatoꝛis noſtri ieſu chꝛiſti. Qui dedit ſemetipſū pꝛo nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate: et mundaret ſibi populū acceptabilē/ ſectatoꝛē bonoꝝ operum. Hec loquere et exhoꝛtare. In chꝛiſto ieſu: dn̄o noſtro. Gr. Tecū pꝛincipiū in die virtutis tue/ in ſplēdoꝛibꝰ ſanctoꝝ: ex vtero ante luciferū genui te. V. Dixit dn̄s domino meo: ſede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedū tuoꝝ. Alla. V. Dn̄s dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Sequentia.

NAto canunt omnia domīo/ pie agmina. Sillabatim neumata: perſtringēdo oꝛganica. Hec dies ſacrata in qua noua ſūt gaudia/ mundo plene edita. Hac nocte pꝛecelſa: intonuit et gloꝛia/ in voce angelica. Fulſerunt et immania: nocte media/ paſtoꝛibꝰ lumina. Dum fouent ſua pecoꝛa: ſubito diua/ percipiunt monita. Natus alma virgine: qui extat ante ſecula. Eſt immenſa in celo gloꝛia: pax et in terra. Sic ergo celi caterua: altiſſime iubilat.

Et tanto canoꝛe tremat/ alta poli machina. Sonet et per omnia: hac in die gloꝛia/ voce clara reddita. Humana cõcrepent cuncta deum natũ in terra. Cõfracta ſunt imperia: hoſtis crudeliſſima. Pax in terra reddita: nunc letentur oĩa nati per exoꝛdia. Solus qui tuetur oĩa Solus qui cõdidit omnia Ipſe ſua pietate: ſoluat oĩa peccata noſtra. Euãgeliũ moꝛe dup̄. feſti. ¶ Secundum Lucam. ij.

In illo tempoꝛe. Exiijt edictũ a ceſare auguſto: vt deſcriberetur vniuerſus oꝛbis. Hec deſcriptio pꝛima: facta eſt a pꝛeſide ſyꝛie cirino. Et ibant omnes: vt pꝛofiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem Aſcendit autẽ et ioſeph a galilea / de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatẽ dauid/ que vocat̃ bethleem eo ꝙ eſſet de domo / et familia dauid: vt pꝛofiteretur cum maria deſponſata ſibi vxoꝛe pꝛegnante. Factum eſt autem cum eſſent ibi: impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum pꝛimogenitũ. Et pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in pꝛeſepio: quia nõ erat ei locus in diuerſoꝛio. Et paſtoꝛes erãt in regione eadem vigilantes: et cuſtodientes vigilias noctis / ſupꝛa gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos: et claritas dei circumfulſit illos: et timuerũt timoꝛe magno. Et dixit illis angelus. Nolite timere. Ecce enim euãgelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia nat⁹ eſt vobis hodie ſaluatoꝛ ꝗ eſt chꝛiſtus dñs: in ciuitate dauid. Et hoc vobis ſignũ. Inuenietis infantẽ pannis inuolutum: et poſitum in pꝛeſepio. Et ſubito facta eſt cũ angelo multitudo milicie celeſtis laudantium deum/ et dicentium. Gloria in altiſſimis deo: ⁊ in terra pax hoĩbus: bone voluntatis. Credo Offꝛ. Letentur celi et exultet terra: ante faciem domini qm̃ venit Secre.

Accepta ſit tibi dñe q̃s hodierne feſtiuitatis oblatio vt tua gr̃a largiẽte/ per hec ſacroſancta commercia: in illius inueniamur foꝛma/ in quo tecũ eſt noſtra ſubſtantia: ieſus chꝛiſtus dñs noſter. Qui tecum. Pꝛefatio. Quia per incarnati. Hec pꝛefatio dicit̃ in nati. dñi ad oẽs miſſas: et quotid. per ebdomadã: et in die circunciſionis dñi: et in oĩbus miſſis de ſancta maria: ab hac die / vſq; ad purificat̃. Cõmunicãtes vero dicit̃ tantum vſq; ad circũciſio. et in die circũciſio. Cõio. In ſplendoꝛib⁹ ſctõꝝ ex vtero ante luciferum genui te.

Da nobis q̃s dñe Poſtcõio. de⁹ noſter: vt qui natiuitatem dñi noſtri ieſu chꝛiſti / nos frequentare gaudem⁹: dignis cõuerſationib⁹ / ad eius mereamur pertingere conſoꝛtium. Qui tecum.

¶ Ad miſſam in auroꝛa. Officiũ.

Lux fulgebit hodie ſuꝑ nos quia nat⁹ eſt nobis dominus: et vocabitur admirabilis deus princeps pacis: pater futuri ſeculi: cu⁹ regni non erit finis ps. Dñs regna nit decorē indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinē et precinxit ſe. Ad hanc miſſā Kyrie eleyſō. abſq; verſibus. Glīa in excel. Sanctus/ et Agnꝰ dei: ſicut in feſto ſimplici. iii. lectionū dicuntur.

Oratio.

DA q̄s omnipotēs deus: vt qui noua icarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in noſtro reſplēdeat opere: quod per fidem fulget in mente. Per eundem. ¶ Memoria de ſācta Anaſtaſia/ ſub hac oratione.

Oratio.

DA q̄s ōps deus: vt qui beate anaſtaſie martyris tue ſolennia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominū. Ad hanc miſſam: non dicunt̄ plures oratiōes vel pauciores. Seq̄ns lec. legatur in pulpito/ ab vno clerico de ſecunda forma.

Lectio Iſaie prophete. lxi.

HEc dicit dn̄s. Spiritus domini ſuper me: eo q̄ vnxerit me. Ad annunciandū manſuetis miſit me: vt mederer contritis corde: et predicarem captiuis indulgētiam: et clauſis apertionē. Vt predicarē annū placabilē dn̄o: ꝛ diem vltionis deo noſtro. Vt conſolarer omnes lugentes: et ponerem conſolationem lugentibꝰ ſyon. Et darem eis coronam pro cinere oleum gaudij pro luctu: pallium laudis pro ſpiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iuſticie: plantatio dn̄i/ ad glorificandū. Ecce dominꝰ auditum fecit/ in extremis terre. Dicite filie ſyon. Ecce ſaluator tuus venit: ecce merces eius cum eo: et opus illius coram illo. Et vocabunt eos populos ſanctus: redempti a dn̄o. ¶ Sine interuallo. Lectio ep̄le bti pauli ap̄li ad Titū. ij.

CArisſime. Apparuit benignitas ꝛ humanitas/ ſaluatoris noſtri dei. Non ex operibus iuſticie que fecimus nos: ſed ſecundum ſuam miam ſaluos nos fecit per lauachrum regeneratiōis: ꝛ renouatiōis ſpiritus ſancti: quē effudit in nos abunde/ per ieſum chriſtum ſaluatorē noſtrū: vt iuſtificati gratia ipſiꝰ: heredes ſimꝰ ſcd̄m ſpem vite eterne. In chriſto ieſu: dn̄o nr̄o. Gr. Bn̄dictus qui venit in nomine dn̄i: deus dn̄s et illuxit nobis. ℣. A dn̄o factum eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris. Alla. ℣. Dn̄s regnauit decorē nduit: induit dominꝰ fortitudinem et precinxit ſe virtute.

Seq̄n.

SOnēt regi nato noua cātica. Cuiꝰ pater fecit oīa: mater eſt virgo ſacratiſſima. Generās hic neſcit feminā illa eſt ſine viro grauida. Verbum corde patris genitū/ ante ſecula. Alvꝰ matris geſſit: corporatum per tempora. O mira genitura: o ſtupenda natiuitas. O proles glorioſa humana diuinitas. Sic te naſciturum fili dei vates docti tuo ſpiritu dixerant. Sic te oriēte/ laudes tibi cantant: pacem terris/ angeli nunciant. Elementa vultus exhilarant. Omnes ſācti gaudentes iubilant. Salue clamando: noſq; ſalua. Deitas in perſonis trina. Simplex vſya. Euangelium in pulpito more dominicali legatur.

¶ Secundum Lucam. ij.

IN illo tempore. Paſtores loquebātur adinuicē. Tranſeamus vſq; bethleem: et videamꝰ hoc verbum/quod factũ eſt: quod fecit dñs/ et oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: et inuenerunt mariam et ioſeph: et infantẽ poſitum in preſepio. Uidentes autem cognouerunt de verbo/quod dictũ erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierãt mirati ſunt: et de his que dicta erant a paſtoribus ad ipſos Maria autem/cõſeruabat oĩa verba hec: conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores: glorificãtes et laudantes deum/in omnibꝰ que audierant et viderant: ſicut dictum eſt ad illos. Credo. Offr.

Deus enim firmauit orbem terre qui non cõmouebit. parata ſedes tua deꝰ ex tunc: a ſeculo tu es. Secreta.

Munera nr̃a q̃s dñe natiuitatꝭ hodierne myſterijs apta ꝓueniãt: vt ſicut homo genitꝰ idem refulſit deꝰ: ſic nobis hec terrena ſubſtantia conferat/quod diuinum eſt. Per eundẽ. Alia ſecre.

Accipe q̃s domine munera dignãter oblata: et beate anaſtaſie ſuffragãtibus meritis: ad noſtre ſalutis auxilium/prouenire cõcede. Per do. Prefa. et Communicãtes: de nati Cõio. Exulta filia ſyõ: lauda filia hierl̃m. ecce rex tuus venit/ſctũs: et ſaluator mũdi. Poſtcõ.

Huius nos domine q̃s ſacramenti ſemper natalis nouitas inſtauret: cuius natiuitas ſingularis/humanã repulit vetuſtatem. Per eundem. Alia poſtcõio.

Satiaſti dñe familiã tuam muneribus ſacris: eius q̃s ſemper interuentione nos refoue: cuius ſolemnia celebramus. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum



¶ Ad tertiam miſſam in die natiuitatis domini. Officium.

Puer natꝰ eſt nobis: et filius datus eſt nobis: cuius imperiũ ſuper humerũ eiꝰ: et vocabitur nomẽ eius magni cõſilij angelus. ps. Cantate dño cãticũ nouũ: quia mirabilia fecit. Oro.

Concede q̃s oĩpotens deus: vt nos vnigeniti tui noua ꝑ carnẽ natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo/vetuſta ſeruitꝰ tenet. Qui tecum. ſola. Sequens lectio legatur in pulpito: ab aliquo de ſuperiori gradu/in ſuperpellicio.

Lectio Iſaie prophete. lij.

Hec dicit dominus. Propter hoc ſciet populus meus nomen meũ in die illa: quia ego ipſe qui loquebar/ecce aſſum. Quã pulchri ſuper montes pedes annũciãtis/et predicantis pacē: annunciātis bonum/predicātis ſalutem: dicentis ſyon. Regnabit deus tuus. Uox ſpeculatorũ tuorũ leuauerũt vocem/ſimul laudabũt: quia oculo ad oculum videbũt/cum cõuerterit dñs ſyon. Gaudete/et laudate ſimul deſerta hieruſalem: quia conſolatus eſt dñs populũ ſuũ: redemit hieruſalē. Parauit dñs brachium ſanctũ ſuum/in oculis omnium gentium: et videbunt omnes fines terre: ſalutare dei noſtri

¶ Ad hebreos. primo.

FRatres Multifarie multiſq; modis olim deus loquēs patribus in prophetis: nouiſſime diebus iſtis/locutus eſt nobis in filio: quem conſtituit heredem vniuerſorum: per quem fecit et ſecula Qui cum ſit ſplendor glorie/et figura ſubſtātie eius: portanſq; omnia verbo virtutis ſue purgationē peccatorum faciens: ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Tanto melior angelis effectus: quāto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum: filius meus es tu ego hodie genui te. Et rurſum Ego ero illi in patrem: et ipſe erit michi in filium. Et cum iterum ĩtroduxit primogenitum in orbem terre/dicit. Et adorent eum omnes angeli dei Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: et miniſtros ſuos flammam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in ſeculum ſeculi: virga equitatis/virga regni tui. Dilexiſti iuſticiam/et odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus deꝰ tuus: oleo exultationis/pre participibꝰ tuis. Et tu in principio domine terram fũdaſti: et opera manuum tuarum ſunt celi. Ipſi peribunt/tu autem permanebis: et omnes vt veſtimētum veteraſcent. Et velut amictũ mutabis eos: et mutabuntur Tu autem idem ipſe es: et anni tui nõ deficiēt. Gr. Uiderunt oēs fines terre: ſalutare dei noſtri: iubilate deo oīs terra. ℣. Notũ fecit dñs ſalutare ſuũ ante cõſpectũ gentiũ reuelauit iuſticiā ſuam. Alla. ℣. Dies ſanctificatꝰ illuxit nobis: venite gentes et adorate dominũ/quia hodie deſcendit lux magna ſuper terram. Sequentia.

CEleſte organuum: hodie ſonuit in terra. Ad partum virginis: ſuperum cecinit caterua Quid facis humana turba: cur nõ gaudes cum ſupera Uigilat paſtorum cura: vox auditur angelica Cantabant inclyta carmina plena pace et gloria Ad chriſtum referunt propria: nobis canunt ex gratia. Nec cunctorũ ſunt hec dona: ſed mens quorum erit bona.

Nec ſunt abſolute data ſed decēter ſunt prolata Affectus deſerāt vicia: et ſic nobis pax eſt illa quia bonis eſt promiſſa. Iunguntur ſuperis terrea: ob hoc quidē laus eſt iuncta/ſed decēter ſit diuiſa. Gaude homo: cum perpendis talia.

Gaude caro: facta tibi ſocia. Iſte v̄ſus ter dicat. Nunciant eius ortum ſydera: lucis per indicia Ineunt duces gregum lumina: bethleem vſq; preuia. Inuenitur rex celorum: inter animalia. Ecce iacet in preſepe: rex qui cingit omnia Stella maris: quem tu paris colit hunc eccleſia. Ipſi noſtra: per te pia/placeant ſeruitia. Reſonēt cuncta redempta. Initium ſancti euangelii: ſecundum Johānem. ſ.

IN pꝛincipio erat verbum: et verbum erat apud deum: et deus erat verbū. Hoc erat in pꝛincipio apud deum. Oia per ipſū facta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nichil. Quod factum eſt in ipſo vita erat: et vita erat lux hoim̄. Et lux in tenebꝛis lucet: ⁊ tenebꝛe eam nō cōpꝛehenderūt Fuit homo miſſus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in teſtimoniū/vt teſtimonium perhiberet de lumīe: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipſum factus eſt: et mūdus eum non cognouit. In pꝛopꝛia venit: et ſui eum non receperunt Quotquot autem receperunt eum: dedit eis poteſtatem filios dei fieri/his qui credunt in nomine eius: qui non ex ſanguinibus: neqꝫ ex volūtate carnis: neqꝫ ex voluntate viri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: et habitauit in nobis. Et vidimus gloꝛiam eius: gloꝛiam quaſi vnigeniti a patre: plenum gratie ⁊ veritatis. Offꝛ. Tui ſunt celi et tua eſt terra: oꝛbem terrarum et plenitudinē eius tu fundaſti: iuſticia et iudicium pꝛeparatio ſedis tue. Secreta.

OBlata dn̄e munera noua/vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſqꝫ per hec/a pctōꝝ nr̄oꝝ maculis/clementer emunda. Per eundem. Pꝛefatio ⁊ Cōicantes. de nati. Cōio. Viderūt omnes fines terre: ſalutare dei noſtri. Poſtcōio.

PReſta q̄s ōps deus: vt natꝰ hodie ſaluatoꝛ mundi/ſicut diuine nobis generationis eſt auctoꝛ: ita et immoꝛtalitatis/ſit ipſe largitoꝛ. Qui tecum. ¶ In die ſancti Stephani Ad miſſam Offiñ.

ETenī ſederunt pꝛincipes et aduerſum me loquebātur: et iniqui perſecuti ſūt me: adiuua me domine deus meus: quia ſeruus tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dn̄i. Oꝛo.

DA nobis q̄s domine imitari quod colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: quia eiꝰ natalicia celebꝛamꝰ: qui nouit etiam pꝛo ꝑſecutoꝛibꝰ exoꝛare/dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuum. Qui tecum viuit et re. ¶ Alia de natiuitate tantum ſcilꝫ

COncede queſumꝰ ōps deus vt nos vnigeniti tui noua ꝑ carnem natiuitatis liberet: quos ſub peccati iugo/vetuſta ſeruitus tenet. Qui tecum Epiſtola. Lectio Actuum apoſtoloꝛum. vj. et. vij.

IN diebus illis. Stephanus plenus gratia et foꝛtitudine faciebat pꝛodigia et ſigna magna in populo. Surrexerunt autē quidam de ſynagoga: que appellabatur libertinoꝛum/et cyꝛenenſium/

et alexandrinoꝝ: et eoꝝ qui erãt a cilicia et aſia/ diſputãtes cũ ſtephano et nõ poterãt reſiſtere ſapientie et ſpiritui qui loquebatur. Audientes autem hec diſſecabant cordib⁹ ſuis: et ſtridebant dentibus in eũ. Cum autem eſſet ſtephanus plenus ſpiritu ſancto: intendens in celum/ vidit gloriã dei: et ieſum ſtãtem a dextris virtutis dei/ ⁊ ait. Ecce video celos apertos: ⁊ filium hominis ſtantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna: cõtinuerunt aures ſuas: ⁊ impetum fecerũt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et teſtes depoſuerũt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis: qui vocabat̃ ſaulus. Et lapidabant ſtephanũ: inuocãtem et dicentem. Dñe ieſu: ſuſcipe ſpiritũ meum. Poſitis autem genibus: clamauit voce magna dicens. Domine: ne ſtatuas illis hoc peccatũ. Et cum hoc dixiſſet obdormiuit in dño. Gr. Sederũt prĩcipes et aduerſum me loquebãtur: et iniqui perſecuti ſunt me. ℣. Adiuua me dñe de⁹ meus: ſaluũ me fac propter mĩam tuam. Alla. ℣. Uideo celos apertos: et ieſum ſtantem a dextris virtutis dei.

Magnus deus Sequẽtia in vniuerſa terra. Magna ſunt eius vbiq̃ oĩa in celo/ atq̃ in terra opera. Qui eſt rex regũ dñs omniũ/ a patre genit⁹/ ante ſecula. Cui⁹ caritas vera: celo ſubleuat ſtephanum de terra. Atq̃ perenni vita ornat candida/ digniter corona. Plenus etenim ſtephanus: deitate atq̃ gratia. Magna dabat prodigia: docens veriſſima dogmata. Cum autẽ predicaret iam preſentia. Noſtre redemptionis noua gaudia. Intento in ſuperna: celi patet ianua. Dixitq̃ circunſtanti plebi/ voce publica. Sacra/ plenus gratia. Ecce dei video admirabilem gloriam. Claritate fulgida. Atq̃ ieſum ſtantem/ in virtutis dei dextera. Cum hoc audiſſet/ impia gẽs iudaica. Dẽs fremitum concita. Quaſſat lapidibus/ ſtephani mẽbrã. Sed ſtat fortiter/ patiens martyr et orat. Ne his chriſte/ noxam ſtatuas. Sed iam accipe animam meam. Et cum hoc dixiſſet in domino obdormiuit pace eterna. Tu et nobis martyr o ſtephane ſempiterna impetra gaudia. Iſte vltim⁹ ℣. dr̃ trina vice in hoc feſto.

¶ Secundum Matheum. xxiij.

In illo tp̃e. Dixit ieſus turbis iudeorum/ et principib⁹ ſacerdotũ. Ecce ego mitto ad vos prophetas/ et ſapientes/ ⁊ ſcribas: et ex illis occidetis/ et crucifigetis ⁊ ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris. Et perſequimini de ciuitate in ciuitatẽ: vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus/ qui effuſ⁹ eſt ſuper terram: a ſanguine abel iuſti: vſq̃ ad ſanguinem zacharie filij barachie: quem occidiſtis inter templum et altare. Amen dico vobis: veniẽt hec omnia ſup̃ generationẽ iſtam. Hieruſalem hieruſalem/ que occidis prophetas/ et lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quotiens volui congregare filios tuos quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas: et noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus ve ſtra deſerta. Dico enim vobis: nõ me videbitis amodo: donec dicatis. Benedictꝰ qui venit: in noīe dñi. Credo. Offꝝ. Elegerũt apoſtoli ſtephanũ leuitã: plenũ fide et ſpiritu ſancto: quē lapidauerũt iudei orantē et dicentem: domine ieſu/ accipe ſpiritum meum alleluya. Secreta.

SUſcipe dñe q̄s munera pro cõmemoratiõe martyris tui ſtephani: vt ſicut illum paſſio fecit glorioſum: ita nos deuotio reddat innocuos. Per dñm. Alia de nati.

OBlata domine munera noua vnigeniti tui natiuitate ſãctifica: noſq3 ꝑ hec a pctõꝝ nroꝝ maculis/ clemēter emũda. Per eũdem. Prefa. et Cõicantes de nati.

Cõio. Video celos apertos: et ieſum ſtantē a dextris virtutis dei: dñe ieſu chriſte/ accipe ſpm̃ meũ: ꝛ ne ſtatuas illis hoc pctm̃/ quia neſciũt quid faciũt. Poſtcõio.

AUxilientꝛ nobis dñe ſumpta myſteria: et intercedente beato ſtephano prothomartyre tuo: ſempiterna ꝓtectiõe confirment. Per do. Alia de nati.

PReſta q̄s op̄s deus: vt natꝰ hodie ſaluator mũdi/ ſicut diuine nobis generationis eſt auctor/ ita et immortalitatis/ ſit ipſe largitor. Qui te. ¶ In die ſãcti Johannis euangeliſte. Officium.



IN medio eccleſie aperuit os eius: et impleuit eum dominꝰ ſpiritu ſapientie/ et intellectus: ſtola glorie induit eũ. Ps. Jocũditatē et exultationē/ theſaurizauit ſuper eũ. Oro.

ECcleſiã tuam q̄s dñe benignus illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per dñm. Memoria de natiuitate. Oratio.

COncede q̄s op̄s deꝰ: vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo/ vetuſta ſeruitꝰ tenet. Qui tecũ. Alia de ſctõ Stephano.

DA nobis queſumꝰ dñe imitari quod colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: quia eiꝰ natalicia celebramꝰ: qui nouit etiam pro perſecutoribꝰ exorare/ dominũ noſtrũ ieſũ chriſtũ filiũ tuũ. Qui tecum viuit et regnat. Lectio libri ſapientie. .xv.

QUi timet deũ: faciet bona. Et qui continens eſt iuſticie apprehendet illam: et obuiabit illi quaſi mater honorificata. Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua ſapiētie ſalutaris potabit illũ. Et firmabitꝛ in illo/ et non flectetur: et cõtinebit illum/ et nõ confundetꝛ: et exaltabit illũ apud primos ſuos In medio eccleſie aperuit os eius: et implebit eũ dñs ſpiritu ſapientie et itellectꝰ: et ſtola glorie induet eum. Jocũditatē et exultationē theſaurizabit ſup eum. Et nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noſter. Gꝛ. Exiit ſermo inter fratres ꝙ diſcipulus ille non moritur. ℣. Sed ſic eum volo manere donec veniã: tu me ſequere. Alia ℣. Hic eſt diſcipulꝰ ille qui teſtimoniũ perhibet de his: et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Sequentia.

IOhãnes ieſu chriſto multũ dilecte virgo. Tu eiꝰ amore carnalẽ. In naue parentẽ liquiſti. Tu leue cõiugis pectus reſpuiſti: meſſiam ſecutus. Tu eius pectoris: ſacra meruiſſes fluenta potare. Tuqꝫ in terra poſitus gloriã conſpexiſti filij dei. Que ſolũ ſanctis in vita/creditur contuẽda eſſe perenni. Te chriſtus in cruce triũphans: matri ſue dedit cuſtodem. Ut virgo virginem ſeruares: atqꝫ curam ſuppeditares Tu te carcere flagriſqꝫ fractus teſtimonio ꝓ chriſti es gauiſus. Idem mortuos ſuſcitas: inqꝫ ieſu nomĩe/venenum forte vincis Tibi ſummus tacitum: ceteris verbum ſuum pater reuelat. Tu nos omnes precibus ſedulis: apud deum ſemper commenda. Iohannes ieſu care

Iſte vltimus verſus ter dicatur.

Euange. Secundũ Johannẽ. xxi.

IN illo tempore. Dixit ieſus petro. Sequere me. Conuerſus petrꝰ: vidit illum diſcipulum/ quem diligebat ieſus ſequentem: qui et recubuit in cena ſuper pectꝰ eius/et dixit. Domine quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet petrus: dixit ieſu. Dñe: hic autem quid? Dixit ei ieſus. Sic eum volo manere donec veniam: Quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres: quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei ieſus quia nõ moritur: ſed ſic eũ volo manere donec veniam: quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille: qui teſtimonium perhibet de his/et ſcripſit hec. Et ſcimus: quia verum eſt teſtimoniũ eiꝰ. Credo. Offer. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrꝰ que in libano eſt multiplicabitur. Secre.

SUſcipe munera qs dñe: que in eius tibi ſolemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dñm. Alia.

OBlata domine munera noua vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſqꝫ a peccatorũ noſtrorum maculis/clementer emunda. Per eũdem dominũ noſtrũ. Alia.

SUſcipe dñe queſumꝰ munera pro cõmemoratiõe martyris tui ſtephani: vt ſicut illũ paſſio fecit glorioſũ: ita nos deuotio reddat innocuos. Per dñm. Prefatio et Cõicantes de nati. Cõio. Exijt ſermo inter fratres/ qꝫ diſcipulꝰ ille non moritur: et non dixit ieſus nõ moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniam. Poſtcõio.

REfecti cibo potuqꝫ celeſti deus noſter/te ſupplices exoramus: vt in cuius hec cõmemoratione percipimus: eius muniamur et precibus. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuũ. Alia.

PReſta queſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mũdi/ ſicut diuine nobis generationis eſt auctor: ita et immortalitatis/ſit ipſe largitor. Qui tecum viuit et regnat deus. Alia.

AUxilientur nobis domine ſumpta myſteria: et intercedẽte beato ſtephano prothomartyre tuo: ſempiterna protectiõe cõfirment. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum Qui tecum. ¶ In die ſanctorum innocentiũ martyrũ. Ad miſſã Offi.

Sanctorum Innocentium

Ex ore infantium deus et lactentium perfeciſti laudē: propter inimicos tuos. Ps. Dñe domin⁹ noſter ꝙ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Oratio.

Deus cuius hodierna die p̄coniū innocētes martyres non loquendo / ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis viciorū mala mortifica: vt fidē tuam quā lingua noſtra loquitur: etiam moribus vita fateatur. Qui cum deo patre. Memoria de natiuita. Oro

Concede queſum⁹ ops̄ deus vt nos vnigeniti tui noua ꝑ carnē natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo / vetuſta ſeruit⁹ tenet. Qui tecum viuit et regnat in vni. Alia memoria de ſācto Stephano

Da nobis q̄s domine imitari quod colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: quia ei⁹ natalicia celebram⁹: qui nouit etiam pro ꝑſecutorib⁹ exorare / dn̄m noſtrum ieſum chriſtum filiū tuum. Item alia de ſancto Johāne.

Eccleſiam tuam q̄s dn̄e benignus illuſtra vt beati iohānis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per dominum. Lectio libri apocalipſis beati Johannis apoſtoli. xiiij.

In diebus illis. Vidi ſupra montem ſyon agnum ſtantem: et cum eo centum quadraginta quattuor milia: habētes nomē eius / et nomen patris eius ſcriptū in frontibus ſuis. Et audiui vocem de celo: tanꝗ vocem aquarum multarum: et tanꝗ vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui: ſicut cytharedorū cytharizātium / in citharis ſuis Et cantabāt quaſi canticum nouum / ante ſedē dei: et ante quattuor animalia / et ſeniores: et nemo poterat dicere cāticum: niſi illa centum quadraginta quattuor milia / qui empti ſunt de terra. Hi ſunt / qui cum mulieribus non ſunt coinq̄nati: virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum: quocūqȝ ierit Hi empti ſunt: ex omnib⁹ primitie deo et agno: et in ore ipſorū / non eſt inuentū mendaciū. Sine macula enim ſūt: ante thronū dei. Gr. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venātium ℣. Laqueus contritus eſt: et nos liberati ſumus. adiutoriū noſtrum in noīe dn̄i: qui fecit celū et terrā. Alla. ℣. Te martyrum candidatus / laudat exercitus domine. Sequentia.

Celſa pueri concrepent / melodia. Pia innocētum / canentes tripudia. Quos infans chriſtus / hodie vexit ad aſtra Hos trucidauit / frendens inſania. Herodiane fraudis: ob nulla crimina. In bethleem ipſius cuncta ꝗ per confinia. A bimatu et infra: iuxta naſcēdi tempora. Herodes rex chriſti nati / verens infelix imperia Infremit totus: et erigit arma ſuperba dextera. Querit lucis et celi regem: cum mente turbida. Vt extinguat / qui vitam preſtat per ſua iacula. Dum non valent intueri lucem ſplendidam: nebuloſo querentis pectora. Ira feruet fraudes auget, herodes ſeuus: vt perdat piorum agmina. Caſtra militum, dux iniquus aggregat: ferrum figit, in membra tenera. Inter vbera lac effudit: anteꝙ ſāguinis fierent coagula. Hoſtis nature, natos euiſcerat: atqꝫ iugulat. Ante proſternit: ꝙ etas paruula ſumat robora. Quam beata: ſūt innocētum, ab herode ceſa corpuſcula. Quam felices exiſtunt matres: que fuderunt talia pignora. O dulces innocētum acies: o pia lactentum pro chriſto certamina. Paruorum trucidant milia: mēbris ex teneris, manant lactis flumina. Ciues angelici: veniunt in obuiam. Mira victoria: vite captat premia, turba candidiſſima. Te chriſte petimus: mente deuotiſſima. Noſtra qui veniſti: reformare ſecula, innocentum gloria. Perfrui nos concedas: per eterna

Secundum Matheum. ij.

In illo tempore. Angelꝰ domini apparuit in ſomnis ioſeph dicens. Surge: et accipe puerum et matrem eius: ⁊ fuge in egyptum: et eſto ibi vſqꝫ dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt herodes querat puerum, ad perdēdū eum. Qui conſurgens accepit puerum et matrem eius nocte, et ſeceſſit in egyptum: et erat ibi vſqꝫ ad obitū herodis vt adimpleret quod dictū eſt a dn̄o: per prophetā dicentem. Ex egypto vocaui filium meum. Tunc herodes videns quoniā illuſus eſſet a magis: iratus eſt valde. Et mittens occidit omnes pueros, qui erāt in bethleē, et in oībus finibus eiꝰ: a bimatu ⁊ īfra: ſcd̄m tēpꝰ qd̄ exq̄ſierat a magis. Tūc adimpletū eſt qd̄ dictū eſt ꝑ hieremiā ꝓphetā dicentē. Vox in rama audita eſt: ploratꝰ et vlulatꝰ multꝰ: rachel plorans filios ſuos: et noluit cōſolari: q̄a nō ſūt. Credo. Offr. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt, de laqueo venātiū. laqueus contritꝰ eſt et nos liberati ſumus. Secreta.

Adeſto q̄s dn̄e muneribus innocentū feſtiuitate ſacrādis: et preſta: vt eoꝝ ſinceritatē poſſimus imitari: quoꝝ tibi dicatam veneramur infantiam. Per dn̄m noſtrum ieſum chriſtum. Alia.

Oblata dn̄e munera noua, vnigeniti tui natiuitate ſanctifica: noſqꝫ per hec a pctōꝝ nr̄oꝝ maculis, clementer emunda. Alia

Suſcipe dn̄e queſumus munera pro commemoratione martyris tui ſtephani: vt ſicut illum paſſio fecit glorioſū: ita nos deuotio reddat innocuos. Alia.

Suſcipe munera q̄s dn̄e: que in eius tibi ſolemnitate deferimus: cuius nos confidimꝰ patrocinio liberari. Per dominū noſtrum. Prefatio et Communicantes de natiuitate. Cōīo. Vox in rama audita eſt ploratus et vlulatus rachel plorans filios ſuos, et noluit cōſolari: quia non ſunt. Poſtcōīo.

Votiua domine dona percepimus: que ſanctorum innocentium nobis precibus: et preſentis vite queſumꝰ: pariter ⁊ eterne, tribue conferre ſubſidium. Per dominum noſtrum ieſum chriſtū filium tuum. Qui tecum. Alia.

PReſta queſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mundi/ ſicut diuine nobis generatiōis eſt auctor: ita ⁊ immortalitatis ſit ipſe largitor. Alia.

AUxilientur nobis domine ſumpta myſteria: et intercedēte beato ſtephano prothomartyre tuo: ſempiterna protectione confirment. Per. Alia.

REfecti cibo potuq; celeſti de⁹ noſter/ te ſupplices exoram⁹ vt in cuius hec commemoratione percepim⁹: eius muniamur ⁊ precibus. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. ℟. ¶ In die ſancti Thome martyris. Officium.

GAudeamus omnes in domino diem feſtum celebrātes/ ſub honore thome martyris de cuius paſſione gaudent angeli et collaudāt filiū dei. Ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

DEus pro cuius eccleſia glorioſus pōtifex thomas/ gladiis impiorū occubuit: preſta q̄s: vt omnes qui ei⁹ implorāt auxilium: petitionis ſue ſalutarē conſequantur effectum. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū filiū tuū Qui

Memoria de natiuitate. Oratio.

COncede q̄s om̄ps deus vt nos vnigeniti tui noua per carnem natiuitatis liberet: quos ſub peccati iugo/ vetuſta ſeruit⁹ tenet. Alia de ſancto Stephano. Oratio.

DA nobis queſum⁹ dn̄e imitari quod colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: quia eius natalicia celebram⁹: qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dn̄m noſtrū ieſum chriſtum filium tuū. Alia de ſancto Johanne. Oratio.

ECcleſiā tuam queſum⁹ dn̄e benign⁹ illuſtra vt beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna.

Alia de Innocentibus. Oratio.

DEus cui⁹ hodierna die preconium innocentes martyres non loquēdo/ ſed moriendo cōfeſſi ſunt omnia: in nobis viciorū mala mortifica: vt fidē tuā quam lingua noſtra loquitur: etiam moribus vita fateatur. Qui cum deo patre. Ad Hebreos. v.

FRatres. Omnis pōtifex ex hoībus aſſumpt⁹ pro hoībus cōſtituit in his que ſunt ad deum: vt offerat dona et ſacrificia p̄ peccatis. Qui condolere poſſit his qui ignorant ⁊ errāt: quoniā et ipſe circundatus eſt infirmitate. Et propterea debet quēadmodum et pro populo: ita etiam ⁊ pro ſemetipſo offerre p̄ peccatis. Nec quiſq̄ ſumit ſibi honorem: ſed qui vocat a deo tanq̄ aaron/ quemadmodū ſcriptū eſt. Tu es ſacerdos in eternum: ſecundum ordinem melchiſedech. Gr. Poſuiſti dn̄e ſuper caput eius: coronā de lapide precioſo. V. Deſiderium anime eius tribuiſti ei: et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. Alleluya. V. Gloria et honore coronaſti eum domine. Sequentia.

SOlemne canticū: hodie reſonet in terris. Ad palmam martyris: celorum ſuperi canunt

Quam facis turba iocunda: gratulare cum [illegible]. Et absit mens [illegible]: psallat christo vox libera. Colat et festa annua: devota cantuaria. [illegible] tremi[illegible] ta turbulenta molesta. Nec leges et [illegible] insisterter sunt plata [illegible]: prophanauit bis armata. Sed christi sui in vestigijs stabat thome pedes mentis: ut nequiuit inde flecti. In sacre[illegible]gis [illegible] intus [illegible] caput offert percussori. Iste sequens v. ter dicatur. Gaude thoma: de[illegible] victoria. O quam christi cumulantur gaudia. Martyris declarat [illegible] per indicia. Curantur per eius suffragia: languidorum milia. [illegible] passionum [illegible]. Nec dici nec [illegible]. Stella maris que letaris: te [illegible] filium. Nos [illegible] queramus: ut thome consortiu. [illegible] gloriam. Secundum Lucam. xix.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolã hãc Homo quidã nobilis abijt i regionem lõginquã accipere sibi regnũ et reuerti Vocatis autẽ decẽ seruis suis: dedit illis decem mnas: et ait ad illos. Negociamini dum venio Ciues autem eius oderant eum: et miserunt legationẽ post illum: dicentes. Nolum⁹ hũc regnare sup nos. Et factũ est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos quib⁹ dederat pecuniã / vt sciret quantũ quisqꝫ negociat⁹ esset. Venit autẽ primus dicens. Dñe mna tua decẽ mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone et fidelis: quia in modico fuisti fidelis: eris potestatem habens super decẽ ciuitates. Et alter venit dicẽs Dñe mna tua fecit quinqꝫ mnas. Et huic ait. Et tu esto super quinqꝫ ciuitates Et alter venit dicens. Dñe: ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui enim te: quia homo austerus es: tollis quod nõ posuisti / et metis quod nõ seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: serue neqꝫ. Sciebas quia ego homo auster⁹ sũ: tollens qđ nõ posui: et metẽs qđ nõ seminaui. Et quare nõ dedisti pecuniã meã ad mensã: vt et ego veniens cum vsuris vtiqꝫ exegissẽ illđ. Et astantib⁹ dixit. Auferte ab illo mnã: et date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerũt ei. Dñe: habet decẽ mnas. Dico aũt vobis: quia oĩ hãbẽti dabit / et abũdabit. Ab eo autem q nõ habet: et quod habet auferet ab eo. Veruntamẽ inimicos meos illos qui noluerũt me regnare super se: adducite huc et interficite ante me Et his dictis pcedebat ascendens hierosolymã. Credo. Offr. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso vitam petiit a te: tribuisti ei alleluya. Secreta.

[illegible] hostie munus sacrã [illegible] quesum⁹ domine beati [illegible] pontificis et martyris nobis [illegible] sine deposcat: vt et [illegible] experiamur insi[illegible] eius percepti[illegible] suffragia. Per dñm. Alia.

Oblata domine munera noua / vnigeniti tui natiuitate sanctifica: nosqꝫ per hec a peccatorum nostrorum maculis / clementer emunda. Per Alia.

Suſcipe dñe queſum⁹ munera pro cõmemoratione martyris tui ſtephani: vt ſicut illũ paſſio fecit glorioſum / ita nos deuotio reddat innocuos. Alia.

Suſcipe munera q̄s domine que in eius tibi ſolemnitate deferimus: cuius nos cõfidim⁹ patrocinio liberari. Per. Alia.

Adeſto q̄s dñe munerib⁹ innocentũ feſtiuitate ſacrandis: et preſta: vt eoꝝ ſinceritatẽ poſſim⁹ imitari: quorũ tibi dicatã veneramur infantiã. Prefa. et Cõicãtes de nati. Cõio Magna eſt gl'ia eius in ſalutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ ĩpones ſuper eũ dñe. Poſtcõio

Adiuuet nos oı̄ps et miſericors deus / per hec ſancta q̄ ſumpſim⁹ beati martyris tui atq; pontificis [illegible] interceſſio veneranda: qui pro tui nois honore: glorioſo meruit coronari martyrio. Per dominum noſtrum. Alia.

Preſta q̄s oı̄ps deus: vt nat⁹ hodie ſaluatoꝛ mũdi / ſicut diuine nobis gñationis eſt auctoꝛ ita ꝛ imoꝛtalitatis ſit ipſe largitoꝛ

Auxilientur nobis Alia. domine ſumpta myſteria: et intercedente beato ſtephano prothomartyre tuo: ſempiterna protectione confirment. Alia.

Refecti cibo potuq; celeſti deus nr̃ te ſupplices exoram⁹ vt in cui⁹ hec cõmemoratiõe percepim⁹ eius muniamur et precibus. Alia.

Votiua dñe dona percepim⁹: que ſanctoꝝ innocentiũ nobis precibus: et preſentis vite q̄s pariter ꝛ eterne / tribue cõferre ſubſidiũ. Per. ¶ Sexta die a natiui. dñi / ſiue dñica fuerit ſiue non. Officium

Dum mediũ ſilentiũ tenerẽt oı̄a: et nox in ſuo curſu mediũ iter haberet: oı̄potens ſermo tuus dñe / de celis a regalibus ſedib⁹ venit. ps. Dñs regnauit decoꝛẽ indut⁹ eſt: indutus eſt dñs foꝛtitudinẽ et precinxit ſe. Repetatur officiũ. Deinde dicat' Gloꝛia patri. et Sicut erat. Tertio repetat' officium. Kyꝛie. Gloꝛia in ex. Sanct⁹ et Agnus. ſicut in fe. ſimplici. ix. lc. dicit' hac die: ſiue dñica fue. ſiue nõ.

Omnipotẽs ſẽpiterne Oro. de⁹: dirige actus nr̃os in beneplacito tuo: vt in noı̄e dilecti filij tui: mereamur bonis operibus abũdare. Qui tecũ. Mẽo. de nati.

Concede q̄s oı̄ps deus vt nos vnigeniti tui noua per carnẽ natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo / vetuſta ſeruitus tenet. Alia memoꝛia de ſctõ Stephano.

Da nobis queſum⁹ dñe imitari quod colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: quia ei⁹ natalicia celebꝛam⁹: qui nouit etiam pro perſecutoꝛib⁹ exoꝛare / dñm noſtrũ ieſum chꝛiſtũ filium tuum. Qui te. Alia de ſancto Johanne.

Eccleſiã tuã q̄s dñe benign⁹ illuſtra vt btı̄ iohannis apl'i tui et euãgeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Alia de Innocentibus. Oratio.

Deus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquẽdo / ſed moꝛiendo cõfeſſi ſũt: oı̄a in nobis vicioꝝ mala moꝛtifica: vt fidẽ tuã quã lingua nr̃a loquit': etiã moꝛib⁹ vita fateatur

Alia de ſancto Thoma. Oratio.

D[redacted]: preſta q̄s: vt oēs qui ei⁹ iplorāt auxiliū: petitionis ſue ſalutarē cōſequant effectum. Per.

Ad Galathas. iiij.

FRatres. Quanto tēpore heres paruulus eſt: nichil differt a ſeruo/ cum ſit dominus oīm ſed ſub tutoribus et actoribus eſt vſqꝫ ad ꝑfinitū tēpus a patre. Ita et nos cum eſſem⁹ paruuli: ſub elementis mundi huius/ eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo tēporis: miſit deus filium ſuū/ natū ex muliere factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erāt/ redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. Qm̄ autem eſtis filij dei: miſit de⁹ ſpiritum filij ſui in corda veſtra: clamātem abba pater. Itaqꝫ iam nō eſt ſeruus: ſed fili⁹. Qd̄ ſi fili⁹: ⁊ heres per deum. Gr. Specioſ⁹ forma pre filiis hoīm: diffuſa eſt gratia in labiis tuis. ℣. Eructauit cor meū verbū bonum: dico ego opera mea regi lingua mea calam⁹ ſcribe: velociter ſcribētis. Alla. ℣. Dn̄s regnauit decorē induit: induit dn̄s fortitudinē/ et precinxit ſe virtute. Hac die ſemper: ſiue dn̄ica fue. ſiue nō/ dr̄ Seq̄ntia ſeq̄ns.

Chriſti hodierna: celebremus natalicia. Celica reſonent: clare camenas agmina. Nunc regis/ celebrando gratulāter nuptias. Lux noua iā terras illuſtrat: veteres pellēs tenebras. Reſerat ſuperna gratia: diu clauſa palacia. Felix mater: et ſola intacta/ virgo/ et puerpera. Iā nato ſtas grauida: cum viri ſis cubilis neſcia. Omnis caterua noſtra: te rogat dn̄a. Soluas quo noſtra cuncta peccaminū vincula: virgo ſempiterne beata. Digna fuiſti ſola: tollentem crimina. Intra tui vteri clauſtra portare qui gubernat omnia: ſupera/ infera. Hunc ſua laudant facta: gaudentes bona: qua viuunt ſuper eſſentia. Nos humilima turba dam⁹ debita poſcētes eius clementiam. Ut noſtra preſtans tempora: nunc quieta det placita frui vita: vtilia donando famſis munera. Ac inter nos diſcrimina ſeua/ ſoluens poſt funera derelicta: ſedē ducat mortis ac malorum ignaram. Ubi ad dexterā patris almam ſedet/ conregnans coetern⁹ per omnia. Potenter cūcta diſponendo cum eo: ſecla preſētia ⁊ futura. Beata iuſtis/ donās omnibus premia. Preclara: qui lux vere micat: que eſt ſalus eterna/ et noſtra gloria.

Secundum Lucam. ij.



IN illo tempore. Erāt ioſeph et maria mater ieſu: mirātes ſuper his que dicebantur de illo Et benedixit illis ſimeon: et dixit ad mariā matrem eius. Ecce hic poſitus eſt in ruinam/ et in reſurrectionem multorum in iſrael: et in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat anna propheteſſa/ filia phanuel/ de tribu aſſer.

Sexta die a natiuitate dñi

hec proceſſerat in diebus multis: et vixerat cum viro ſuo annis ſeptem/ a virginitate ſua. Et hec vidua erat vſq; ad annos octoginta quattuor: que non diſcedebat de tēplo: ieiunijs et obſecrationib⁹ ſeruiens die ac nocte Et hec ipſa hora ſuperueniēs/ cōfitebatur dño et loquebat̄ de illo/ oībus qui expectabant redemptionē iſrael. Et vt perfecerūt omnia ſcd̄m legem dñi: reuerſi ſunt in galileā/ in ciuitatē ſuam nazareth. Puer autē creſcebat et cōfortabat̄/ plenus ſapiētia. Et grā dei: erat in illo. Credo. Offr̄. Deus enim firmauit orbem terre: qui non cōmouebit̄. parata ſedes tua deus ex tunc: a ſeculo tu es. Secreta.

Accepta dñe q̄s ſacrificium plebis tue: quam ieſu chriſti filij tui domini noſtri iubeas eſſe conſortem: qui humanitatis noſtre dignatus eſt fieri particeps. Qui tecum viuit et regnat. Alia.

Oblata domine munera noua/ vnigeniti tui natiuitate letifica: noſq; per hec a pctōꝝ nr̄oꝝ maculis/ clementer emunda. Alia

Suſcipe dñe queſumus munera pro commemoratione martyris tui ſtephani. vt ſicut illum paſſio fecit glorioſū: ita nos deuotio reddat innocuos. Alia.

Suſcipe munera q̄s dñe: que in eius tibi ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Alia.

Adeſto q̄s dñe muneribus innocentū feſtiuitate ſacrādis: et preſta: vt eorum ſinceritatē poſſimus imitari: quorū tibi dicatam veneramur infantiā. Alia.

Salutaris hoſtie munus ſacrandū/ q̄s dñe beatus thomas pōtifex ⁊ martyr nobis ad ſalutē fore depoſcat: vt et cōuerſationis ei⁹ experiamur inſignia: ⁊ interceſſionis eius ꝑcipiam⁹ ſuffragia. Per. Prefatio. et Cōmunicātes de nati. Cōio. Tolle puerum et matrē eius. et vade in terram iuda defuncti ſunt enim qui querebāt aīam pueri.

Sumpto ſacrificio Poſtcōio. q̄s dñe/ tua generaliter exultet ecclīa: quo īfirmitates eius ſūt aſſumpte: vt diuine particeps fieret ipſa ſubſtantie. Per do. Alia.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt natus hodie ſaluator mūdi/ ſicut diuine nobis generatiōis eſt auctor: ita et īmortalitatis/ ſit ipſe largitor. Alia.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: et intercedente beato ſtephano prothomartyre tuo: ſempiterna protectione confirment. Per dominū. Alia

Refecti cibo potuq; celeſti deus noſter/ te ſupplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione percepim⁹: eius muniamur et precibus. Per dominum. Alia.

Votiua dñe dona ꝑcepim⁹: que ſanctorum innocentiū nobis precib⁹: et preſentis vite queſumus: pariter et eterne/ tribue cōferre ſubſidium. Alia.

Adiuuet nos q̄s et miſericors deus/ per hec ſancta q̄ ſumpſim⁹ beati martyris tui atq; pontificis thome interceſſio veneranda: qui pro tui nominis honore: glorioſa meruit coronari martyrio. Per dominum noſtrum.

¶ In die ſancti Silueſtri. Officiū

SAcerdotes tui domine induāt iuſticiā: et ſancti tui exultēt. propter dauid ſeruum tuum: non auertas faciē chriſti tui. ps. Memēto dn̄e dauid: ꝛ omnis māſuetudinis eius. Gloria. Orō

DA q̄s op̄s deus: vt beati Silueſtri cōfeſſoris tui atq; pōtificis venerāda ſolemnitas: et deuotionē nobis augeat/et ſalutem. Per. Memoria de natiui. Oratio.

COncede q̄s op̄s deus vt nos vnigeniti tui noua per carnē natiuitas liberet: quos ſub peccati iugo/vetuſta ſeruitus tenet.

Alia de ſancto Stephano Oratio

DA nobis queſumꝰ dn̄e imitari quod colimus: vt diſcamus et inimicos diligere: quia eiꝰ natalicia celebramꝰ: qui nouit etiam pro perſecutoribꝰ exorare/dn̄m noſtrū ieſum chriſtū filium tuum

Alia de ſancto Johanne. Oratio.

ECcleſiam tuam q̄s domine benignus illuſtra: vt beati Johānis apoſtoli tui et euāgeliſte illuminata doctrinis: ad dona perueniat ſempiterna. Per dominū.

Alia de Innocentibus. Oratio.

DEus cuius hodierna die p̄conium innocentes martyres non loquēdo/ſed moriendo cōfeſſi ſunt: omnia in nobis viciorū mala mortifica: vt fidē tuam quā lingua noſtra loquit̄: etiā moribꝰ vita fateat̄. Alia de ſctō Thoma.

D[redacted]: preſta q̄s vt omnes qui eius implorant auxilium: petitiōis ſue ſalutarem cōſequantur effectum. Per dominū

Lectio libri ſapiētie. Eccleſiaſtici. l.

ECce ſacerdos magnus: qui in vita ſua curauit gentem ſuam: et liberauit eam a perditiōe Qui ſuffulſit domum: et in diebꝰ ſuis corroborauit templum. Qui preualuit amplificare ciuitatē qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis. Quaſi ſtella matutina in medio nebule: et quaſi luna plena in diebus ſuis lucet: et quaſi ſol refulgens ſic ille effulſit in templo dei. Quaſi arcus refulgens inter nebulas glorie: et quaſi flos roſarum in diebus vernis. Quaſi lilia que ſunt in trāſitu aque: ꝛ quaſi thus redolens in diebus eſtatis. Quaſi ignis effulgens et thus ardēs in igne: quaſi vas auri ſolidū ornatū omni lapide precioſo Quaſi oliua pululans ꝛ cypreſſus in altitudinē ſe extollens in accipiendo illum ſtolam glorie: et veſtiri eum in cōſummatiōe virtutis. In aſcēſu altaris ſancti/gloriam dedit ſāctitatis amictū. In accipiēdo autē partes de manu ſacerdotū: et ipſe ſtans iuxta aram porrexit manū ſuam in libatione: et libauit odorē diuinum excelſo principi. Et iterauit orationē ſuā volēs oſtēdere virtutē dei: qui fecit nobiſcū ſecundū ſuā mīam. Qui det nobis iocūditatem cordis: et fieri pacem in diebus noſtris in iſrael: ꝑ dies ſēpiternos. Gr. Ecce ſacerdos magnꝰ qui in diebꝰ ſuis placuit deo. ꝟ. Nō eſt inuētus ſimilis illi: qui cōſeruaret legē excelſi. Alla. ꝟ. Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſctō meo vnxi eū. Seq̄ntia

ADeſt nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua ſancta deo grata: congaudet eccleſia. Hodie celeſtis letatur turma que gloriam cantat in excelſis voce dulciſſona cum ſimphonia. Hodie polorum ſancta agmina/ collaudant regem deum noſtrum natum ex virgine ſancta maria. Aue inclyte preſul ſilueſter flos pulcherrime. Tu veſtigia chriſti ſecutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo ſupera poſſidens ſedes almas. Quem poſtulamꝰ et poſcimus vna. Adiuuent tua ſancta ſuffragia fragilem vitam noſtram. O beate. O ſancte ſilueſter. Laus tibi in gloria. O beate. O ſancte ſilueſter. Pro nobis ſupplica. Ut vna mereamur ſancta celorum templa. Poſſidere leti cernentes alma gaudia que ſunt plena. Sit deo laus honorqꝫ ⁊ iubilatio caſta. Qui regnat per omnia ſeculorum ſecula. Amen dicant oīa. Scđm Matheū. xxv.

IN illo tempore. Dixit ieſus diſcipl̄is ſuis parabolā hāc. Homo quidā peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinqꝫ talenta: alij autem duo: alij vero vnum. Unicuiqꝫ ſcđm propriā virtutem: et profectꝰ eſt ſtatim. Abijt autem qui quiqꝫ tatēta acceperat: et operatus eſt in eis: et lucratꝰ eſt alia quiqꝫ. Similiter qui duo acceperat: lucratꝰ eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terram/ et abſcōdit pecuniā dñi ſui. Poſt multum vero tēporis: venit dñs ſeruorū illorū: et poſuit rationē cum eis. Et accedens qui quinqꝫ talenta acceperat: obtulit alia quinqꝫ talenta dicens. Domīe quinqꝫ talēta tradidiſti michi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituā. Intra in gaudiū dñi tui. Acceſſit autem et qui duo talenta acceperat ⁊ ait. Dñe: duo talēta tradidiſti michi: ecce alia duo ſuperlucratꝰ ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuꝑ pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudiū domini tui. Offr. Inueni dauid ſeruum meum: et in oleo ſancto vnxi eum. manꝰ enī mea auxiliabit̄ ei: ⁊ brachium meum confortabit eum. Secreta.

ADeſto dñe q̄s oblationibꝰ noſtris: nec vllis mentis et corporis patiaris ſubiacere periculis: quos beati ſilueſtri confeſſoris tui atqꝫ pontificis munit glorioſa confeſſio. Per dominum. Alia.

OBlata domine munera noua vnigeniti tui natiuitate ſctifica: noſqꝫ per hec a pctōꝝ nroꝝ maculis/ clementer emunda. Alia

SUſcipe dñe q̄s munera pro commemoratiōe martyris tui ſtephani: vt ſicut illum paſſio fecit glorioſū/ ita nos deuotio reddat innocuos. Per dñm. Alia.

SUſcipe munera q̄s dñe: que in eius tibi ſolēnitate deferimus: cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Alia.

ADeſto q̄s dñe muneribus innocentū feſtiuitate ſacrandis: et preſta: vt eoꝛū ſinceritatē poſſim⁹ imitari: quorum tibi dicatam veneramur infantiam. Alia.

Salutaris hoſtie munus ſacrādum q̄s dn̄e beatus thomas pontifex et martyr nobis ad ſalutē fore depoſcat: vt et conuerſationis eius experiamur inſignia: et interceſſionis eius percipiamus ſuffragia. Per. Cōīo Beat⁹ ſeruus quē cum venerit dn̄s inuenerit vigilātem: amē dico vobis/ ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcōīo.

Queſumus ōps deus: vt hodierne munus ſolemnitatis acceptum: intercedēte beato ſilueſtro confeſſoꝛe tuo atq; pontifice et coꝛpoꝛibus noſtris ſalutem preſtet/ et mentibus. Per dn̄m. Alia.

Preſta q̄s ōps deus: vt nat⁹ hodie ſaluatoꝛ mūdi/ ſicut diuine nobis ḡnationis eſt auctoꝛ ita ⁊ īmoꝛtalitatis ſit ipſe largitoꝛ. Alia.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria: et intercedente beato ſtephano pꝛothomartyꝛe tuo: ſempiterna pꝛotectione confirment. Alia.

Refecti cibo potuq; celeſti deus noſter te ſupplices exoꝛam⁹ vt in cui⁹ hec ꝯmēoꝛatiōe ꝑcepimus ei⁹ muniamur ⁊ p̄cib⁹. Alia.

Votiua dn̄e dona ꝑcepim⁹: que ſanctoꝝ innocentiū nobis p̄cibus: et p̄ſentis vite q̄s pariter et eterne/ tribue ꝯferre ſubſidiū. Alia.

Adiuuent nos ōps et miſericoꝛs de⁹: per hec ſctā que ſumpſim⁹/ beati martyꝛis tui atq; pōtificis thome itercessio venerāda: qui ꝓ tui nois honoꝛe gl̄ioſa meruit coꝛonari martyꝛio. Per d.



¶ In die circunciſionis Officium

Puer nat⁹ eſt nobis et filius datus eſt nobis: cuius imperiū ſuꝑ humerū eius: et vocabit̄ nomen ei⁹/ magni conſilij angelus. Ps. Cātate dn̄o canticū nouum: quia mirabilia fecit. Gloꝛia.

Oro. Deus qui nobis nati ſaluatoꝛis diē celebꝛare concedis octauum: fac nos q̄s eius perpetua diuinitate muniri: cuius ſumus carnali commercio reparati. Qui tecum. Nulla fiat memo. ad hanc miſſam Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli. Ad Titum ij.

Cariſſime. Apparuit gratia dei ſaluatoꝛis noſtri omnibus hominibus erudiens nos: vt abnegantes impietatē/ ⁊ ſecularia deſideria: ſobꝛie/ et iuſte/ et pie viuamus in hoc ſeculo: expectantes beatã ſpem/et aduẽtũ gl'ie magni dei: ⁊ ſaluatoris nr̃i ieſu chriſti Qui dedit ſemetipſũ pro nobis: vt nos redimeret ab oĩ iniq̃tate: ⁊ mũdaret ſibi populum acceptabilẽ/ſectatorem bonorũ operum. Hec loquere/et exhortare In chriſto ieſu: dño nr̃o. Gr. Viderũt oẽs fines terre/ſalutare dei noſtri: iubilate deo oĩs terra. ṽ. Notũ fecit dñs ſalutare ſuũ ante conſpectũ gentiũ reuelauit iuſticiam ſuã. Allã. ṽ. Multifariã olim deus loquens patribus in prophetis nouiſſime diebus iſtis/locutus eſt nobis in filio ſuo. Sequentia.

EJa recolamus laudibꝰ pijs digna. Huiꝰ diei gaudia: in qua nobis lux orit̃ gratiſſima. Noctis interiit nebula: pereũt noſtri criminis vmbracula Hodie ſeculo/maris ſtella eſt enixa: noue ſalutis gaudia. Quem tremũt baratra: mors cruenta pauet/ipſa a quo peribit mortua Gemit capta peſtis antiqua: coluber liuidus/ꝑdit ſpolia. Homo lapſus: ouis abducta/reuocatur ad eterna gaudia. Gaudent in hac die: agmina angelorũ celeſtia. Quia erat dragma decima perdita/ et eſt inuenta. O proles nimium beata: qua redempta eſt natura. Deus qui creauit omnia: naſcitur ex femina Mirabilis natura/mirifice induta: aſſumens quod non erat/manens quod erat. Induitur natura/diuinitas humana: quis audiuit talia/dic rogo facta. Querere venerat paſtor pius/quod perierat. Induit galeam: certat vt miles armatura. Proſtratus/in ſua propria ruit hoſtis ſpicula: auferũtur tela. In quibus fidebat: diuiſa ſunt illius ſpolia/capta preda ſua. Chriſti pugna fortiſſima: ſalus noſtra eſt vera. Qui nos ſuam ad patriam: duxit poſt victoriam. In qua ſibi laus eſt eterna

¶ Secundum Lucam. ii.

IN illo tempore. Poſtq̃ cõſũmati ſunt dies octo/ vt circũcideret puer: vocatum eſt nomen eiꝰ ieſꝰ. Quod vocatũ eſt ab angelo: priuſq̃ in vtero cõciperet. Credo. Offr. Tui ſunt celi et tua eſt terra: orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundaſti: iuſticia et iudicium preparatio ſedis tue Secreta.

PReſta queſumus oĩpotens deus: vt per hec munera q̃ domini noſtri ieſu chriſti archane natiuitatis myſterio gerimus: purificate mentis intelligentia/conſequamur. Per eundem. Prefatio et Communicãtes: de natiuitate. Cõio. Viderunt omnes fines terre: ſalutare dei noſtri. Poſtcõio.

PReſta q̃s dñe: vt quod noſtri ſaluatoris iterata ſolennitate percepimꝰ: perpetue nobis ſaluationis conferat medicinam. Per eundem dominũ. ¶ In octa. ſancti Stephani: ſancti Johãnis: et Sctõr innocentiũ: ſiue dñica fuerit/ſiue non: ad miſſam oĩa fiant ſicut in prima die: preter Sequen. et Credo et Prefatio. Et hr cantus ſuper Kyrie: Gloria in excelſis: Sanctus: et Agnus: ſicut in feſto ſimplici. ix lec. tamen ſi dñica fuerit dicitur Credo/ſed nulla Seq̃ntia: et etiam fiant memorie de ſanctis per ordinem. Memoria aũt fiat de ſancta Maria/in oc. ſcti Ste phanie: et ab hinc vſqȝ ad Purificatam in feſtis/ ꝙ in ferijs/ et in dñicis/ niſi in vigi. Epy. et in die eiuſdē cum oratione. Deus qui ſalutis.

¶ In vigilia Epypha. Officium.

Lux fulgebit hodie ſuper nos: quia natus eſt nobis dominꝰ: et vocabit᷑ admirabilis deus/ princeps pacis/ pater futuri ſeculi: cuius regni non erit finis. ps. Dñs regnauit decorē indutus eſt indutus eſt dñs fortitudinē et precinxit ſe. Gloria. Hac die ſi dñica fuerit dicitur cātus ſuper Kyrie. Gloria in excelſis. Sanctus: et Agnus/ ſicut in feſto ſimplici. ix. lec. Si vero dñica nō fuerit: dicit᷑ cātus ſicut in feſto. iij. lec. ſine regimine chori: et non dicit᷑ Gloria in excel. nec Credo: nec Ite miſſa eſt: quia quaſi vigilia habet᷑. tñ diaconꝰ et ſubdiaconus: dalmatica et tunica vtant᷑.

Corda noſtra q̄s dñe Oratio venture feſtiuitatis ſplēdor illuſtret: quo mūdi huius tenebras carere valeamus/ et perueniamus ad patriam claritatis eterne. Per dñm. ¶ Orō. de ſancto Thoma.

Deus pro cuius eccleſia glorioſus pōtifex Thomas gladijs impiorum occubuit: preſta q̄s vt omnes qui eius implorant auxilium: petitionis ſue ſalutarē conſequātur effectum. ¶ Alia de ſctō Edvvardo rege et confeſſore Orō.

Deus qui vnigenitū filiū tuum/ dñm noſtrū ieſum chriſtum/ glorioſiſſimo regi edvvardo in forma viſibili demonſtraſti: tribue q̄s: vt eius meritis et precibus: ad eternā ipſius domini noſtri ieſu chriſti viſionē pertingere mereamur. Qui te. Non dicitur plures vel pauciores orationes ad hanc miſſam: ſiue dñica fuerit/ ſiue non. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli Ad Titum. iij.

Cariſſime Apparuit benignitas et humanitas/ ſaluatoris noſtri dei. Non ex operibus iuſticie que fecimꝰ nos: ſed ſecundū ſuam miām/ ſaluos nos fecit: per lauachrum regenerationis et renouationis ſpiritus ſancti: quem effudit in nos abūde/ per ieſum chriſtum ſaluatorē noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius: heredes ſimꝰ ſecūdū ſpem vite eterne In chriſto ieſu: dño noſtro. Gr. Bñdictꝰ qui venit in noīe dñi: deꝰ dñs et illuxit nobis. ℣. A dño factū eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis noſtris. Siue do. fuerit ſiue nō: ſemꝑ hac die dr Alla ℣. Dñs regnauit decorē induit: induit dominus fortitudinē et precinxit ſe virtute. Non dicitur Sequentia. Secundum Matheum. ij.

In illo tempore. Defūcto herode: ecce āgelus domini apparuit i ſōnis ioſeph i egypto/ dicens. Surge/ et accipe puerum/ ꝛ matrem eius: et vade in terram iſrael: defuncti ſūt enim/ qui querebant animā pueri Qui cōſurgens accepit puerum et matrē eius: et venit in terrā iſrael Audiens autem quod archelaus regnaret i iudea pro herode patre ſuo: timuit illo ire. Et ammonitꝰ in ſomnis/ ſeceſſit ĩ partes galilee: et veniens habitauit in ciuitatẽ/ q̃ vocat᷑ nazareth: vt adimpleret᷑ qđ dictum eſt per prophetas: quoniã nazareus vocabitur. Offr. Deus enim firmauit orbem terre/ qui non cõmouebitur. parata ſedes tua deus ex tunc: a ſeculo tu es. Secreta.

Tribue queſumus domine vt cum preſentibus immolemus ſacrificijs et ſumam⁹: que venture ſolemnitatis pia munera preloquũtur: dominũ noſtrum ieſum chriſtũ filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate. ⁊c. Alia de ſancto Thoma. Secreta

Salutaris hoſtie munus ſacrandũ/ ꝗs dñe beatus thomas pontifex et martyr nobis ad ſalutem fore depoſcat: vt ⁊ conuerſatiõis eius experiamur inſignia: et interceſſionis eius percipiamus ſuffragia. Alia de ſcto Edvvardo

Sacris altaribus aſſiſtentes/ nos domine queſumus ſpiritus ſancti luce perfunde vt quod tibi in honore beati regis edvvardi deuote offerimus: nobis ipſo interueniente/ fiat remedium ſalutare. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum filium tuum Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiuſdem Prefatio quotid. Cõio. Tolle puerum et matrem eius: et vade in terrã iuda. defuncti ſunt enim qui querebant animam pueri. Poſtcõio.

Da nobis queſumus domĩe digne celebrare miſterium quod in noſtri ſaluatoris infantia miraculis choruſcantib⁹ declaratur: et corporalib⁹ incremẽtis manifeſta deſignatur humanitas. Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum Qui tecum vi. Alia de ſancto Thoma.

Adiuuet nos oipotẽs et miſericors deus per hec ſãcta que ſũpſim⁹ beati martyris tui atq; põtificis thome interceſſio venerãda: qui pro tui nominis honore glorioſa meruit coronari martyrio. De ſancto Edvvardo Poſtcõio.

Vitalis alimonie conuiuio ſaginati/ queſumus domine deus nr̃: vt beati regis edvvardi cõfeſſoris tui ſuffragantib⁹ meritis: celeſtis conuiuij mereamur eſſe participes. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat in vni.

¶ In nocte Epyphanie poſt .ix. ℟. cantetur hoc Euangelium. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo Sequentia ſancti euangelii: ſecundum Lucam. Gloria tibi dñe.

Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus: et ieſu baptizato et orante/ apertũ eſt celum: et deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie/ ſicut colũba in ipſum: et vox de celo facta eſt/ tu es filius meus dilectus: in te complacuit mihi. Et ipſe ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta: vt putabat᷑ filius ioſeph. Qui fuit heli: qui fuit mathat: qui fuit leui. Qui fuit melchi: qui fuit ianne: qui fuit ioſeph. Qui fuit mathathie: qui fuit amos: qui fuit naum Qui fuit heſli: qui fuit nagge: qui fuit mathath Qui fuit mathathie qui fuit ſemei: qui fuit ioſeph Qui fuit iuda: qui fuit iohanna: qui fuit reſa. Qui fuit zorobabel: qui fuit ſalathiel: qui fuit neri. Qui fuit melchi: qui fuit addi: qui fuit chosan. Qui fuit helmadan: qui fuit her: qui fuit ieſu. Qui fuit eliezer: qui fuit iorim: qui fuit mathath. Qui fuit leui: qui fuit ſimeon. qui fuit iuda. qui fuit ioſeph: qui fuit iona: qui fuit eliachim. Qui fuit melcha: qui fuit menna: qui fuit mathata Qui fuit nathan: qui fuit dauid: q̄ fuit ieſſe Qui fuit obeth qui fuit booz: qui fuit ſalmõ. Qui fuit naaſon: qui fuit aminadab: qui fuit aram Qui fuit eſrom: qui fuit phares: qui fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit iſaac: q̄ fuit abrahe. Qui fuit thare: qui fuit nachor qui fuit ſaruch. Qui fuit ragau: q̄ fuit phalech: qui fuit heber. Qui fuit ſale: qui fuit chainan: qui fuit arpharat. Qui fuit ſem: qui fuit noe: qui fuit lamech. Qui fuit mathuſale: qui fuit enoch qui fuit iareth Qui fuit malaleel: q̄ fuit chainan: qui fuit enos. Qui fuit ſeth: qui fuit adam: qui fuit dei. Ieſus autẽ plenus ſpiritu ſancto: regreſſus eſt a iordane. Finito Euangelio: incipiat ſacerdos in cappa ſerica Pſalmus. Te deum laudam⁹: te dominum confitemur. et cetera

¶ In die Epyphanie. Officium.

Ecce aduenit dominator dominus: et regnum in manu eius: et poteſtas et imperiũ. ps. Deus iudiciũ tuum regi da et iuſticiam tuam filio regis. Gloria patri et. Kyrie fons. Oratio.

Deus qui hodierna die/ vnigenitum tuum gentib⁹ ſtella duce reuelaſti: concede propici⁹: vt qui iam te ex fide cognouimus: vſq; ad contẽplãdam ſpeciem tue celſitudinis/ pducamur. Per eundem. Lectio Iſaie prophete. lx.

Surge/ illuminare hieruſalem: quia venit lumen tuũ: et gloria domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebre operiẽt terram: et caligo populos. Super te autẽ orietur domin⁹: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabũt gentes in lumine tuo: et reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: omnes iſti congregati ſunt/ venerunt tibi. Filij tui de longe venient: et filie tue de latere ſurgēt. Tūc videbis ⁊ afflues et mirabit/ et dilatabit cor tuum: quādo cōuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gētiū/ venerit tibi Inundatio camelorū operiet te: dromedarij madian ⁊ effa. Oēs de ſabba venient: aurū ⁊ thus deferētes: ⁊ laudē dño annūciātes Gr. Oēs de ſabba venient aurū ⁊ thus deferētes: ⁊ laudē dño annūciātes ℣. Surge/ et illuminare hieruſalē: quia gloria dñi ſuper te orta eſt Alla. ℣. Uidimus ſtellam eius in oriente et venimus cum munerib⁹ adorare dñm.

Sequentia. Epyphaniā domino canamus glorioſam. Qua prolem dei/ vere magi adorant Immēſam caldei: cuius per ſeqꝫ/ venerant potentiā. Quem cuncti prophete: precinere venturū/ gentes ad ſaluandas Cuius maieſtas ita eſt inclinata: vt aſſumeret ſerui formā. Ante ſecula qui deus et tempora: homo fact⁹ eſt ex maria. Sequens ℣. dicit ter. Balaam de quo vaticinans: exibit ex iacob/ rutilans inquit ſtella. Et confringet ducum agmina: regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferunt preclara: aurum/ ſimul thus et mirram. Thure deum predicāt: auro regē magnum hoiem mortalē/ mirra. In ſomnis hos monet angelus ne redeāt ad regem: commotū propter regna. Pauebat etenim nimiun regem natū: verēs amittere regni iura. Magi ſibi ſtella micante preuia. Pergunt alacres itinera patriā Que eos ducebat ad propriam/ linquentes herodis mādata. Qui percuſſus corde: nimium pre ira. Extemplo mandat: infantulos per cuncta. Inquiri bethleem confinia: et mox priuari eos vita. Omnis nunc caterua: tinnulum ſungat laudibus organi neuma. Myſtice offerens regi regum chriſto/ munera precioſa. Poſcens vt per orbem: regna omnia protegat/ in ſecula ſempiterna

¶ Secundum Matheum. ij.

Cum nat⁹ eſſet ieſus in bethleem iude/ in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriēte venerūt hieroſolymā/ dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorū? Uidim⁹ enī ſtellam eius in oriente: et venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex/ turbatus eſt: et oīs hieroſolyma cum illo. Et congregans oēs principes ſacerdotū/ et ſcribas populi: ſciſcitabat ab eis vbi chriſtus naſceretur. At illi dixerunt ei In bethleem iude. Sic enim ſcriptum eſt/ per prophetā. Et tu bethleem terra iuda: nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populū meum iſrael. Tunc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tēpus ſtelle/ que apparuit eis Et mittens illos in bethleem/ dixit Ite et interrogate diligenter de puero: et cum inueneritis/ renunciate mihi vt et ego veniens/ adorem eum. Qui cum audiſſent regem: abierunt. Et ecce ſtella quam viderant in oriente: āntecedebat eos/ vſqꝫ dū veniens ſtaret ſupra vbi erat puer Uidētes autē ſtellam: gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrātes domum: inuenerūt puerum cum maria matre eius: et procidentes / adorauerūt eum. ⁊ apertis theſauris ſuis: obtulerunt ei munera / aurum / thus / et mirram. Et reſponſo accepto in ſomnis / ne redirēt ad herodem: per aliam viam / reuerſi ſunt in regionem ſuam. Offr. Reges tharſis et inſule munera offerent reges arabū et ſabba / dona adducent et adorabūt eum omnes reges terre: omnes gentes ſeruient ei. Secreta.

Eccleſie tue q̄s dn̄e dona ꝓpicius intuere: quibus non iam aurum / thus / ⁊ mirra profertur: ſed quod eiſdem munerib⁹ declaratur / immolatur ⁊ ſumitur: Ieſus chriſtus dn̄s noſter. Qui tecū. Prefatio. Quia cum vnigenitus. Hec Prefatio dr̄ per totas oc. et in octa. et Cōicantes ſimiliter. Cōio. Vidimus ſtellam eius in oriente: et venimus cum munerib⁹ adorare dn̄m.

Preſta q̄s op̄s deus: Poſtcō. vt que ſolemni celebramus officio: purificate mentis intelligētia / conſequamur. Per. Quotidie infra octa. dicit̄ eadē miſſa: ſed ſine Sequētia / et Credo. Tamen in dn̄ica dicit̄ Credo: ſed nulla Seq̄ntia. ¶ Dn̄ica infra octa. ad miſſā dicitur cantus ſuper Kyrie. Gloria in excelſis. Sanct⁹ / et Agnus: per ordinem: ſicut infra octa. cum regimine chori habet̄ Cetera ſicut in die: preter Sequētiam cum hoc Euāge. ¶ Secūdum Johannē. j.

In illo tēpore. Vidit iohannes ieſum venientē ad ſe: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi. Poſt me venit vir / qui ante me factus eſt: quia prior me erat / et ego neſciebam eum. Sed vt manifeſtetur in iſrael: propterea veni ego in aqua baptizās. Et teſtimoniū perhibuit iohannes dicens. Quia vidi ſpiritum deſcendētem / quaſi columbā de celo: et manſit ſuper eū: et ego neſciebā eum. Sed qui miſit me baptizare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentē: et manentem ſuper eum: hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſctō. Et ego vidi et teſtimonium perhibui: quia hic eſt filius dei. Quod ſi dn̄ica infra octa. non euenerit: tunc in .iiij. feria infra octa. legatur hoc predictum euangeliū. ¶ Tertia die infra octa. fiat mēoria de martyribus Luciano / ſociorumq̄ eius: cum oratiōe de cōmuni plurimorū martyrū. In octa Epyphanie. Ad miſſam Officiū.

Ecce aduenit dominator dn̄s: ⁊ regnū in manu ei⁹: et poteſtas ⁊ imperiū. ps. Deus iudiciū tuum regi da: et iuſticiā tuam filio regis. Gloria patri. Orō.

Deus cuius vnigenit⁹ / in ſubſtantia noſtre carnis apparuit: preſta q̄ſum⁹ vt per eum quē ſimilem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecū. ¶ Mēo. de ſctō Hilario. Orō.

Adeſto dn̄e ſupplicationib⁹ noſtris: et interceſſione beati hilarij confeſſoris tui atq̄ pontificis / cuius depoſitionem celebramus: perpetuam nobis miām benignus impende. Per dominum. ¶ Memoria de ſctā Maria. Orō.

DEus qui ſalutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi pꝛemia pꝛeſtitiſti: tribue q̄s: vt ipſam pꝛo nobis intercedere ſentiamus / per quam meruimꝰ auctoꝛem vite ſuſcipere dn̄m noſtrū ieſū chꝛiſtū filiū tuū. Qui tecum viuit et regnat in vni.

Lectio Iſaie pꝛophete. xij.

DOmine deus meus / honoꝛificabo te: laudem tribuam nomini tuo: ꝙ facis mirabiles res. Conſiliū tuū antiquū / verum fiat. Dn̄e / excelſum eſt bꝛachiū tuū. deus ſabaoth: coꝛona ſpei / que oꝛnata eſt gloꝛia. Exultet deſertum / et exultent ſolitudines ioꝛdanis: ⁊ populꝰ meꝰ videbit altitudinē dn̄i et maieſtatē dei: et erit congregatꝰ et redēptus per deum. Et veniet in ſyon cū gloꝛia / et leticia ſēpiterna: ſuper caput eius laus et exultatio. Et aperiā in montibꝰ flumina: in medijs cāpis fontes diſrūpā: ⁊ terram ſitientē ſine aqua / infundam Ecce puer meꝰ exaltabit ⁊ eleuabit et ſublimis erit valde. Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ ſaluatoꝛis: et dicetis in illa die cōfitemini dn̄o et inuocate nomē eius. Notas facite in populis v̓tutes eiꝰ mementote q̄m excelſū eſt nomen eiꝰ. Cantate dn̄o quia mirabilia fecit: annūciate hec in vniuerſa terra: dicit dn̄s op̄s. Gr. Oēs de ſabba venient / aurū et thus deferētes: et laudem dn̄o annūciātes. ℣. Surge et illuminare hieruſalē: quia gloꝛia dn̄i ſuper te oꝛta eſt. Alla. ℣. Vidimus ſtellā eius in oꝛiente: et venimus cum muneribus / adoꝛare dn̄m. Non dicitur Sequentia: licet Dominica fuerit

¶ Secundum Matheum. iij.



IN illo tempoꝛe: Venit ieſus a galilea in ioꝛdanē ad iohānem: vt baptizaretur ab eo. Iohannes autē pꝛohibebat eū dicēs. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Reſpōdēs aūt ieſus: dixit ei Sine modo: ſic enim decet nos implere oēm iuſticiā. Tunc dimiſit eū. Baptizatus aūt ieſus: ɔfeſtim aſcēdit de aqua: et ecce aperti ſūt ei celi: et vidit ſpm̄ dei deſcēdentē ſicut columbam / ⁊ venientē ſup ſe. Et ecce vox de celis dicēs. Hic eſt filiꝰ meꝰ dilectus: in quo mihi bene complacui. Offꝫ. Reges tharſis et inſule munera offerēt: reges arabū et ſabba dona adducēt. et adoꝛabūt eū oēs reges terre: oēs gentes ſeruiēt ei. Secreta.

HOſtias tibi dn̄e pꝛo nati filij tui apparitiōe deferimꝰ ſuppliciter exoꝛātes: vt ſicut idem noſtroꝛum auctoꝛ eſt munerum: ita ipſe ſit miſericoꝛs et ſuſceptoꝛ / ieſus chꝛiſtus dn̄s noſter Qui tecū

¶ Alia Secreta de ſancto Hylario

SAncti hylarij pꝛecibus tibi dn̄e q̄s grata reddat oblatio: pꝛo cuius eſt depoſitiōe immolanda. Per.

¶ Alia de ſctā Maria

OBlatis domine muneribus ſuppliciter depꝛecamur: vt qui veram verbi tui incarnationē fideliter veneramur: verā eiuſdē ſubſtantiam carnis ac ſanguinis quam per ſpiritū ſanctū virgo mater edidit / in hoc pꝛeſenti myſterio ſalubriter percipiamus. Per eundē Prefatio Quia cum vnigenitꝰ.. et Cōicantes/vt in die. Cōio. Uidimꝰ ſtellā eius in oriente: et venimus cum muneribus/adorare dñm. Poſtcōio.

Celeſti nos q̄s dñe lumine/ſēper et vbiqꝫ preueni: vt myſteriū cuius nos participes eſſe voluiſti: ⁊ puro cernamus intuitu/et digno percipiamus effectu. Per. ¶ Alia Poſtcōio de ſācto Hylario.

Sumpſimus dñe pignus redemptiōis eterne: ſit nobis q̄s interueniēte beato hylario confeſſore tuo atqꝫ pōtifice/vite preſentis auxilium/pariter ⁊ future. Per do. ¶ Alia Poſtcō. de ſctā Maria.

Da q̄s miſericors deus/ eius nos continua interceſſione vegetari: cuius integra virginitate ſuſcipimus auctorem noſtre ſalutis: dñm noſtrū ieſum chriſtum filium tuū. Qui tecū. ¶ Dñica. j. poſt octa. Epy. Ad miſſam Offiti.

In excelſo throno vidi ſedere virū: quē adorat multitudo angelorum pſallētes in vnum: ecce cuius imperij numē eſt ineternum. Ps. Jubilate deo oīs terra: ſeruite dño in let.cia. Oratio.

Uota q̄s dñe ſupplicātis populi celeſti pietate proſequere: vt et que agenda ſunt videant: et adimplenda que viderint/cōualeſcant. Per. ¶ Ad Romanos. xij.

FRatres. Obſecro vos per miām dei vt exhibeatis corpora veſtra/hoſtiā viuentē/ſanctā deo placētem: rationabile obſequium veſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri: vt probetis que ſit voluntas dei bona/et beneplacens/ et perfecta. Dico enim per gratiā que data eſt mihi oībus qui ſunt inter vos: non plus ſapere/ q̄ oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem: et vnicuiqꝫ ſicut deus diuiſit menſuram fidei. Sicut eni in vno corpore/multa membra habemus: omnia autem mēbra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus ſumus in chriſto. Singuli autē: alter alterius membra. In chriſto ieſu: dño nr̄o. Gr. Benedictꝰ dñs deus iſrael: qui facis mirabilia magna ſolus a ſeculo. Vꝰ. Suſcipiant montes pacē populo tuo et colles iuſticiā. Alla. V. Jubilate deo omnis terra ſeruite dño in leticia. Nulla die dñica per annū dicitur Sequētia ad miſſā quādo de dñica agit̄: niſi in Aduē. ⁊ in tp̄e paſ. et niſi in dñica infra ebd̄. nati. dñi ¶ Secundum Lucam. ij.



Cum factꝰ eſſet ieſus annorum duodecim: aſcendentibus illis hieroſolymam/ſecundū conſuetudinem diei feſti: conſummatiſqꝫ diebꝰ cū redirent: remanſit puer ieſus in hieruſalem: et non cognouerunt parentes eius. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu: venerunt iter diei: et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inuenientes: regreſſi ſunt in hieruſalem/requirentes eum. Et factū eſt poſt triduũ: inuenerũt eum in tẽplo/ſedentẽ in medio doctorũ: audientẽ illos/et iterrogãtẽ eos. Stupebãt aũt oẽs qui eũ audiebãt: ſuper prudẽtia ⁊ reſpõſis ei⁹. Et vidẽtes/admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illũ. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus et ego/ dolẽtes q̃rebam⁹ te. Et ait ad illos. Quid eſt quod me q̃rebatis? Neſciebatis quia in his que p̃ris mei ſunt oportet me eſſe? Et ipſi non itellexerũt verbũ/quod locut⁹ eſt ad illos. Et deſcẽdit cum eis/ ⁊ venit nazareth et erat ſubdit⁹ illis. Et mater eius cõſeruabat oia verba hec: conferẽs in corde ſuo. Et ieſus ꝓficiebat ſapientia/etate/et gratia: apud deũ/ et hoies. Offr. Jubilate deo ois terra iubilate deo ois terra: ſeruite dño in leticia. intrate in cõſpectu eius in exultatione quia dñs ipſe eſt de⁹. Sec.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos queſum⁹ ſemper et muniat. Per do. Prefa. quotid. Cõio. Fili quid feciſti nobis ſic: ego et pater tuus dolentes querebam⁹ te: et quid eſt quod me querebatis? neſciebatis quia in his que patris mei ſunt oportet me eſſe? Poſtcõio.

Tua nos dñe ſctã libantes/ et perfecte capiam⁹ purgationis effectum: et cõtinuũ diuine defenſionis auxiliũ. Per do. Si tẽpus adeo breue fuerit ab oc. Epy. vſq; ad.lxx.ꝙ tres miſſe dñicales: ſcilʒ In excelſo throno Ois terra: et Adorate. nõ poſſint ſingule/ in ſinglis cãtari ebđ. tũc due vel tres miſſe (ſi tpis breuitas expetierit) i vna eadẽq; ebđ. cãtent. Et ſi aliqđ feſtũ triũ lec. ibidẽ cõtigerit: totũ fiat ſeruitiũ de feſto/vſq; ad miſſã: ⁊ ad illam miſſam que erit de tpali: fiat ſcda oro de ipſo feſto. tertia de ſancta Maria. quarta de oibus ſanctis. quinta pro vniuerſali eccl'ia. Cetere vº miſſe que ſequunt eo anno: oino ꝓtermittãtur. Hoc etiam bene obſeruetur: quod nunq̃ ante primã do. poſt oc. Epy. cãtet miſſa In excelſo throno. niſi quãdo nulla dñica inter octa. Epypha. et. lxx contigerit: tunc eni in ferijs primo loco poſt octa. Epy. cãtetur: et due miſſe ſcilʒ Omnis terra/ et Adorate in ferijs ſequẽtib⁹ eiuſdẽ ebdo. cantentur: ⁊ tunc nichil fiat de feſ. triũ lec. que ibidẽ cõtingere poſſũt. Cum autẽ plurũ fue. tẽpus: officiũ Adorate per tres dñicas cãtet. Si vero tres fuerint dñice / inter octa. Epy. et. lxx. ita ꝙ tria officia predicta cantent: tũc in fer. poſt.iij. do. (ſi vacauerit) dr Ep'le et Euãgelia de.iiij.et.v.do. in miſſis de die.

¶ Feria.iiij. Ad Romanos. x.

Fratres Voluntas quidem cordis mei: et obſecratio ad deum fit pro illis in ſalutem. Teſtimoniũ enim ꝑhibeo illis/ ꝙ emulationẽ quidẽ dei habent: ſed non ſcdm ſcientiã. Ignorãtes eni iuſticiã dei ⁊ ſuam querẽtes ſtatuere: iuſticie dei non ſunt ſubiecti. Finis enim legis chriſt⁹: ad iuſticiã oĩ credenti. ¶ Scdm Matheũ. iiij.

In illo tempore. Cum audiſſet ieſus ꝙ iohannes tradit⁹ eſſet: ſeceſſit in galileam Et relicta ciuitate nazareth: venit/et habitauit in ciuitate capharnaum maritima/in finibus zabulon et neptalim: vt adimpleretur quod dictũ eſt/per iſaiam prophetam. Terra zabulon / et terra neptalim: via maris trans iordanem galilee gẽtium: populus qui ambulabat in tenebris/vidit lucem magnam. Et ſedentibus in regione vmbre mortis: lux orta eſt eis. Et exinde cepit ieſus predicare/et dicere. Penitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum.

¶ Feria.vj. Ad Romanos. xiij.

FRatres. Oĩs aĩa poteſtatibus ſublimioribꝰ ſubdita ſit. Non eſt enĩ poteſtas/ niſi a deo Que autem ſunt a deo: ordinata ſũt. Itaqꝫ qui reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt: ipſi ſibi dãnationẽ acquirunt. Nam qui principant̃: nõ ſũt timori boni operis/ ſed mali. Vis autẽ non timere poteſtatẽ: bonum fac/et habebis laudem ex illa. Dei enim miniſter: eſt tibi in bonum. Si autem male egeris: time Non enim ſine cauſa: gladium portat. Dei enĩ miniſter eſt: vindex in irã ei qui malum agit. Ideoqꝫ neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolum propter iram/ ſed etiam ꝓpter cõſcientiã. Ideo et tributa p̄ſtatis. Miniſtri enĩ dei ſũt: ĩ hoc ipſũ ſeruiẽtes.

¶ Secundum Lucam. iiij.

IN illo tempore Egreſſus eſt ieſus in virtute ſpiritus in galileam: et fama exijt per vniuerſam regionem de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis eorum: ꝛ magnificabatur ab oĩbus. Et venit nazareth/vbi erat nutritus: et intrauit ſcd̃m conſuetudinẽ ſuam die ſabbati in ſynagogam / et ſurrexit legere. Et traditus eſt illi liber iſaie prophete. Et vt reuoluit librũ inuenit locum vbi ſcriptũ erat. Spiritus dñi ſuꝑ me: propter quod vnxit me: euãgelizare pauperibꝰ miſit me: ſanare contritos corde. Predicare captiuis remiſſionẽ/ et cecis viſũ: dimittere cõfractos in remiſſionem: predicare annum dñi acceptum/et diem retributionis. Et cũ plicuiſſet librũ: reddidit miniſtro: et ſedit. Et oĩm in ſynagoga oculi erant intendẽtes in eum. Cepit autem dicere ad illos: quia hodie impleta eſt hec ſcriptura / in auribus veſtris. Et omnes teſtimoniũ illi dabant: et mirabantur in verbis gratie: que ꝓcedebãt de ore ipſius.

Per totã ebd̃. dr̃ miſſa dñicalꝭ: niſi feſtũ itercurrat vnde fiat ſeruitiũ: et niſi quãdo miſſa Salus populi vel quãdo dicitur de feſto loci: vel de ſancta Maria ¶ Dñica.ij.poſt octauas Epyphanie. Officium.

OMnis terra adoret te deus et pſallat tibi: pſalmum dicat noĩ tuo altiſſime. p̃s. Jubilate deo oĩs terra: pſalmũ dicite noĩ eius: date gloriã laudi eius Orõ.

OMnipotẽs ſempiterne deus qui celeſtia ſimul et terrena moderaris: ſupplicationes populi tui clementer exaudi: et pacẽ tuã noſtris concede temporibus. Per dominum. ¶ Ad Romanos. xij.

FRatres habentes donationes ſcd̃m gratiã que data eſt nobis differentes: ſiue ꝓphetiã ſcd̃m rationẽ fidei: ſiue miniſterium/in miniſtrãdo: ſiue qui docet/ in doctrina. Qui exhortat̃/ ĩ exhortādo: qui tribuit in ſimplicitate: q preeſt in ſolicitudine: qui miſeret in hilaritate. Dilectio: ſine ſimulatione. Odientes malū: adherētes bono. Caritatē fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicē preuenētes. Sollicitudine non pigri Spū feruētes: dn̄o ſeruiētes. Spe gaudentes: in tribulatione patiētes. Orationi inſtātes: neceſſitatibus ſanctorū cōmunicātes hoſpitalitatem ſectantes. Bn̄dicite perſequentibus vos: benedicite ⁊ nolite maledicere. Gaudere cum gaudentib⁹: flere cū flentib⁹. Idipſū inuicē ſentiētes. nō alta ſapiētes: ſed humilib⁹ cōſentiētes. Gr. Miſit dn̄s verbū ſuū/et ſanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitu eorū. V. Cōfiteāt dn̄o mīe eius: et mirabilia eius filiis hoim. Alla. V⁹. Laudate deū oēs āgeli ei⁹: laudate eū oēs virtutes ei⁹.

¶ Secundum Johannem. ij.



IN illo tpe Nuptie facte ſunt in chana galilee. Et erat mater ieſu ibi. Vocatus eſt autē ieſus et diſcipuli eius/ ad nuptias Et deficiente vino: dicit mater ieſu ad eum. Vinū non habēt. Et dicit ei ieſus. Quid michi et tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcunq; dixerit vobis: facite. Erāt autem ibi lapidee hydrie ſex poſite/ſecundum purificationem iudeorum: capiētes ſingule/metretas binas vel ternas. Dicit eis ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas/ vſq; ad ſummū Et dicit eis ieſus. Haurite nunc/et ferte architriclino. Et tulerūt. Vt autē guſtauit architriclin⁹ aquā vinū factū ⁊ nō ſciebat vnde eſſet: miniſtri autē ſciebāt q hauſerāt aquā: vocat ſponſū architriclinus/ et dicit ei. Oīs homo primū bonū vinū ponit: et cum inebriati fuerint/tūc id quod deteri⁹ eſt. Tu aūt ſeruaſti vinū bonū vſq; adhuc Hoc fecit initiū ſignorū ieſ⁹ in chana galilee: et manifeſtauit gloriā ſuam. Et crediderūt in eum diſcipuli ei⁹. Offer. Iubilate deo vniuerſa terra/ iubilate deo vniuerſa terra: pſalmū dicite nomini eius. venite et audite/et narrabo vobis oēs qui timetis deū quāta fecit dn̄s aīe mee. Alla

VT tibi grata ſint dn̄e Sec. munera ppl̄i tui ſupplicantis: ab oī q̄s eū cōtagione peruerſitatis emūda Per. Prefa. quot. Cōio Dicit dn̄s: iplete hydrias aqua/ ⁊ ferte architriclino: et dū guſtaſſet architriclin⁹ aquā vinū factū/ dicit ſpōſo: ſeruaſti vinū bonū vſq; adhuc: hoc ſignū fecit ieſ⁹ primū/ corā diſcipulis ſuis

AVgeatur in nobis Poſtcō. dn̄e q̄s tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati ſacramentis: ad eorum pmiſſa capiēda/ tuo ſemp munere preparemur. Per d.

¶ Feria. iiij. Ad Timotheum. j.

CAriſſime. Fidelis ſermo: et omni acceptione dignus. Quia chriſtus ieſus venit in hunc mundum/peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum. Sed ideo miām conſecutus ſum: vt in me primo oſtēderet chriſtus ieſus omnem patientiā: ad informationem eorū qui credituri ſunt illi in vitam eternā. Regi aūt ſeclorū immortali/inuiſibili: ſoli deo honor et gloria: in ſecula ſeculorum. Amen

¶Secundum Marcum. vj.

IN illo tempore. Egreſſus ieſus/abijt in patriā ſuam: et ſequebātur illum diſcipuli ſui. Et facto ſabbato/cepit ī ſynagoga docere. Et multi audientes: admirabantur in doctrina eius/ dicentes. Unde huic hec omnia: et que eſt ſapientia que data eſt illi: et virtutes tales que per manus eius efficiūtur? Nonne hic eſt faber filius marie: frater iacobi/et ioſeph et iude ⁊ ſimonis? Nōne et ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Et ſcādalizabant᷑ in illo. Et dicebat eis ieſus. Quia non eſt propheta ſine honore: niſi in patria ſua: et in domo ſua: et in cognatiōe ſua. Et non poterat ibi virtutē vllam facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus/ curauit. Et mirabatur: propter incredulitatem eorum.

¶Feria. vj. Ad Romanos. xiiij.

FRatres. Scio et confido in dn̄o ieſu: quia nichil cōmune per ipſum: niſi ei qui exiſtimat quid cōmune eſſe/ illi cōmune eſt. Si enim propter cibum frater tuꝰ ſcandalizatur/aut contriſtat᷑: iam non ſecundū caritatem ambulas. Noli cibo tuo illū ꝑdere: pro quo chriſtus mortuꝰ eſt Non ergo blaſphemetur bonum noſtrum. Non eſt enim regnum dei eſca et potus: ſed iuſticia/pax/et gaudiū/in ſpiritu ſancto. Qui enim in hoc ſeruit chriſto: placet deo/et ꝓbatus eſt hominibꝰ. Itaqꝫ que pacis ſunt ſectemur: et que edificationis ſunt/ in inuicem cuſtodiamꝰ. Noli propter eſcam deſtruere opus dei. Oīa quidem mūda ſunt: ſed malū eſt hoī qui per offendiculū mādūcat. Bonū eſt nō mādūcare carnē et nō bibere vinū: neqꝫ in quo frater tuus offendit᷑/ aut ſcādalizat᷑ aut infirmat᷑. Tu quidē quā habes penes temetipſū: habe corā deo. Beatus qui nō iudicat ſemetipſū: in eo qđ probat. Qui aūt diſcernit: ſi manducauerit/dānatus eſt: quia nō eſt ex fide. Omne aūt quod non eſt ex fide/pctm̄ eſt. ¶Scd̄m Lucā. iiij.

IN illo tp̄e. Deſcēdit ieſus in capharnaum ciuitatem galilee: ibiqꝫ docebat illos ſabbatis. Et ſtupebāt in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſiꝰ. Et in ſynagoga erat homo habēs demonium imundū et exclamauit voce magna dicēs Sine. Quid nobis ⁊ tibi ieſu nazarene? Veniſti ꝑdere nos? Scio te: quia ſis ſctūs dei. Et increpauit illū ieſus dicēs. Obmuteſce/⁊ exi ab eo. Et cum ꝓieciſſet illud demoniū in mediū: exijt ab illo/nichilqꝫ illum nocuit. Et factus eſt pauor in oībus: ⁊ colloquebant᷑ adinuicem/dicentes. Quod eſt hoc verbū: quia in poteſtate et virtute imperat ſpiritibꝰ immundis et exeunt. Et diuulgabatur fama de illo: in oēm locū regionis. ¶Dn̄ica tertia poſt octa. Epypha. Officiū.

ADorate dn̄m oēs angeli eius: audiuit/ et letata eſt ſyō et exultauerunt filie iude. ps. Dominus regnauit exultet

terra:letentur inſule multe. Oratio.
Omnipotēs ſempiterne deus
infirmitatē noſtram propici
us reſpice:atq; ad protegendū nos
dexteram tue maieſtatis extende.
Per dūm. Ad Romanos. xij.
Fratres. Nolite eſſe pruden
tes apud voſmetipſos Nul
li malū pro malo reddentes. Pro
uidētes bona/non tātum corā deo
ſed etiam coram oībus hoībus Si
fieri poteſt quod ex vobis eſt: cum
oībus hoībus pacē habētes. Non
voſmetipſos defendentes chariſſi
mi:ſed date locū ire. Scriptum eſt
enim. Michi vindictā:et ego retri
buā dicit dñs. Sed ſi eſurierit ini
micus tuus:ciba illū. Si ſitit:po
tū da illi. Hoc eni faciēs: carbones
ignis cōgeres ſuper caput ei⁹. No
li vinci a malo: ſed vince in bono
malū. Gr. Timebūt gētes nomē tu
um dñe: et oēs reges terre gl'iam tuā
℣. Qm̄ edificauit dñs ſyon et videbi
tur in maieſtate ſua. Alla. ℣. Dñs
regnauit exultet terra:letentur inſule
multe. Secundū Matheum. viij.



In illo tem
pore Cum
deſcēdiſſet ieſus
de monte: ſecute
ſunt eum turbe
multe. Et ecce le
proſus veniens/
adorabat eum di
cens. Dñe: ſi vis
potes me mūdare. Et extendēs ie
ſus manū: tetigit eum dicēs. Uo
lo:mundare. Et confeſtim: mūda
ta eſt lepra ei⁹. Et ait illi ieſus. Ui
de nemini dixeris: ſed vade oſtēde
te ſacerdoti:et offer munus tuum
quod precepit moyſes / in teſtimo
nium illis. Cum autem introiſſet
capharnaum:acceſſit ad eum cen
turio/rogās eum et dicens. Domi
ne:puer meus iacet in domo para
liticus/et male torquetur. Et ait il
li ieſus. Ego veniam/et curabo eū.
Et reſpondens centurio : ait. Do
mine: non ſum dignus : vt intres
ſub tectum meum:ſed tantum dic
verbo/et ſanabitur puer meus.
Nam et ego homo ſum ſub pote
ſtate conſtitutus : habens ſub me
milites. Et dico huic vade/& vadit
et alio veni/et venit : et ſeruo meo
fac hoc/et facit. Audiens autem ie
ſus/miratus eſt: & ſequentibus ſe/
dixit. Amen dico vobis:non inue
ni tātam fidem in iſrael. Dico au
tem vobis:q̄ multi ab oriente et oc
cidente venient:et recumbent cum
abraham/et iſaac/ et iacob ī regno
celorum. Filij autem regni/eijcien
tur in tenebras exteriores : ibi erit
fletus/et ſtridor dentium. Et dixit
ieſus centurioni Uade:et ſicut cre
didiſti fiat tibi. Et ſanat⁹ eſt puer:
in illa hora. Offr. Dextera domini
fecit virtutem: dextera domini exalta
uit me.non moriar ſed viuam:et nar
rabo opera domini. Secreta.
Uite perpetue myſteria ve
nerāda recolim⁹ te dñe de
precantes:vt et deuotis eadē ſacri
ficijs:et dignis opib⁹ aſſequamur
Per. Prefa. quoti. Cōio. Mirabāt
oēs / de his que procedebāt de ore dei
Quos tantis dñe lar Poſtcō
giris vti myſterijs : preſta
qs:vt effectibus eorum nos veraci
ter aptare digneris. Per dominū.
¶ Feria.iiij. Ad Romanos. xv.

FRatres. Obſecro vos ꝑ dominū noſtrū ieſum chꝛiſtū ⁊ per caritatē ſpirit⁹ ſcti: vt adiuuetis me in oꝛationib⁹ veſtris ad deū vt liberer ab infidelib⁹ qui ſunt in iudea: et obſequij mei oblatio accepta fiat in hieroſolyma ſanctis: vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei/ vt refrigerer vobiſcum. Deus aūt pacis: ſit cum oib⁹ vobis. Amen. Scd̄m Marcū. iij.

INillo tempoꝛe. Intrauit ieſus in ſynagogā: et erat ibi homo habēs manū aridā: ⁊ obſeruabant eum ſi ſabbatis curaret: vt accuſarēt illū. Et ait homini habenti manū aridā. Surge in medium: et dicit eis. Licet ſabbatis benefacere/an male: animā ſaluā facere/an perdere? At illi tacebant Et circūſpiciens eos cum ira: cōtriſtatus ſuper cecitate coꝛdis eoꝛum dicit hoi. Extende manū tuā Et extendit. Et reſtituta eſt manus illi.

¶Feria.vj. Ad Coꝛinthios. j.iij.

FRatres. Neſcitis quia templum dei eſtis: et ſpirit⁹ dei habitat in vobis? Si quis autē tēplū dei violauerit: diſperdet illum deus. Templū enim dei ſanctū eſt quod eſtis vos. Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo: ſtultus fiat: vt ſit ſapiēs. Sapiētia enim hui⁹ mūdi ſtultitia eſt apud deum. Scriptū eſt enim. Compꝛehendam ſapientes/in aſtutia eoꝛū. Et iterū. Dñs nouit cogitatiōes ſapientiū: quoniā vane ſunt. Nemo itaqꝫ gloꝛieť in hoib⁹. Omnia enim veſtra ſūt: ſiue paulus/ ſiue appollo/ ſiue cephas/ ſiue mundus/ ſiue vita/ ſiue moꝛs/ ſiue preſentia: ſiue futura. Omnia enim veſtra ſunt/ vos autem chꝛiſti: chꝛiſtus autem dei.

¶Secundum Matheum. iiij.

INillo tempoꝛe Circuibat ieſus totam galileā: docēs in ſynagogis eoꝛum: ⁊ predicās euāgeliū regni: ⁊ ſanans oēm languoꝛem/ et oēm infirmitatē in populo Et abijt opinio eius in totam ſyꝛiam. Et obtulerunt ei omnes male habentes/ varijs languoꝛib⁹ ⁊ toꝛmentis cōpꝛehenſos: et qui demonia habebant/ et lunaticos/ et paraliticos: et curauit eos. Et ſecute ſunt eū: turbe multe. ¶Dñica.iiij poſt octa. Epyphanie. Officium.

ADoꝛate dñm oēs āgeli eius audiuit et letata eſt ſyon: et exultauerunt filie iude. p̄s. Dominus regnauit exultet terra: letentur inſule multe Gloꝛia. Oꝛatio

DEus qui nos in tantis periculis cōſtitutos/ pꝛo humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis et coꝛpoꝛis: vt ea que pꝛo peccatis noſtris patimur/ te adiuuante vincamus. Per dominum noſtrum.

¶Ad Romanos. xiij.

FRatres. Nemini quicꝙ̄ debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit pꝛoximū: legem impleuit. Nam non adulterabis: non occides: non furaberis: non falſum teſtimoniū dices: non concupiſces rem pꝛoximi tui. Et ſi quod eſt aliud mādatum/ in hoc verbo inſtaurať. Diliges pꝛoximū tuū/ ſicut teipſum. Dilectio primi malū nō operat̄. Plenitudo ergo legis: eſt dilectio. Gr. Timebūt gētes nomē tuū dñe: et oēs reges terre gloriā tuā. ℣. Qm̄ edificauit dñs ſyō: et videbit i maieſtate ſua. Alleluya. ℣⁹. Dominus regnauit exultet terra: letentur inſule multe.

¶ Secundum Matheum. viij.



In illo tempore. Aſcēdēte ieſu in nauiculā: ſecuti ſūt eū diſcipuli eius. Et ecce mot⁹ magn⁹ factus eſt in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat autem illis: ventus contrarius. Ipſe vero dormiebat. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius: et ſuſcitauerūt eum dicentes. Domine: ſalua nos/ perimus. Et dicit eis ieſus. Quid timidi eſtis modice fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis et mari: et facta eſt trāquillitas magna. Porro homines mirati ſunt/ dicentes. Qualis eſt hic quia venti et mare/ obediunt ei? Offer. Dextera dñi fecit virtutē/ dextera dñi exaltauit me. non moriar ſed viuā et narrabo opera dñi. Secreta

Concede q̄s oīpotens de⁹: vt huius ſacrificij mun⁹ oblatum: fragilitatē noſtram ab omni malo purget et muniat. Per dñm

Prefa. quoti. Cōio. Mirabātur omnes/ de his que procedebāt de ore dei. Poſtcōio.

Munera tua nos deus: et a delectationibus terrenis expediant: et celeſtib⁹ ſemper inſtruant alimentis Per dñm

¶ Feria. iiij. ad Corinthios. j. vij

Fratres. Bonū eſt homini mulierē non tangere. Propter fornicationem autem/ vnuſquiſqꝫ vxorē ſuam habeat: et vnaqueqꝫ mulier/ virū ſuum habeat. Uxori/ vir debitū reddat: ſimiliter autem/ et vxor viro. Mulier ſui corporis poteſtatē non habet/ ſed vir. Similiter autem et vir ſui corporis poteſtatem non habet/ ſed mulier. Nolite fraudare inuicem: niſi forte ex conſenſu ad tempus/ vt vacetis orationi Et iterū reuertimini in idipſum. ne temptet vos ſathanas propter incōtinentiā veſtram

¶ Secundum Lucam. ix.

In illo tempore. Factum eſt ambulātib⁹ diſciplis in via dixit quidam ad ieſum Sequar te quocūqꝫ ieris. Dixit illi ieſus. Vulpes foueas habent/ et volucres celi nidos: filius autem hois/ non habet vbi caput ſuū reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autem dixit. Dñe/ permitte michi primū ire: et ſepelire patrē meum. Dixitqꝫ ei ieſus. Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos. tu autem vade/ ⁊ annūcia regnum dei. Et ait alter. Sequar te domie: ſed primum permitte michi renunciare his que domi ſunt. Et ait ad illum ieſus. Nemo mittens manū ſuam ad aratrum/ et aſpiciens retro: aptus eſt regno dei. ¶ Feria ſexta. Ad Corinthios prime. vij.

Fratres Unuſquiſqꝫ in qua vocatione vocatus eſt: in ea permaneat. Seruus vocatus es: non ſit tibi cure. Sed et ſi potes fieri liber: magis vtere. Qui enim in dño vocatus eſt ſeruus: libert⁹ eſt dñi. Similiter qui liber vocatus eſt: ſeruus eſt chriſti. Precio empti eſtis: nolite fieri ſerui hoim. Vnuſquiſqꝫ ergo in qua vocatione vocatus eſt frater: i hac ꝑmaneat apud deum. ¶Secũdum Marcum. x.

IN illo tẽpoꝛe Offerebãt ieſu paruulos: vt tangeret illos. Diſcipuli autẽ / cõminabant offerentibus. Quos cum videret ieſus indigne tulit / et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: et ne pꝛohibueritis eos. Talium enim eſt regnũ dei. Amen dico vobis: quiſquis non receperit regnum dei velut paruulꝰ: non intrabit in illud. Et complexans eos / et imponens manus ſuper illos bñdicebat eos.

¶Dñica.v.poſt octa.Epy.Offiñ.

ADoꝛate dñm oẽs ãgeli eius: audiuit et letata eſt ſyon: et exultauerũt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra: letẽtur inſule multe. Gloꝛia. Oꝛatio.

FAmiliã tuam ꝗs dñe continua pietate cuſtodi: ⁊ que i ſola ſpe gratie celeſtis innititur: tua ſemper pꝛotectiõe muniatur. Per dñm. Ad Coloſſenſes. iij.

FRatres. Induite vos ſicut electi dei ſancti et dilecti viſcera miſericoꝛdie: manſuetudinẽ benignitatẽ / humilitatem / modeſtiam / patientiam: ſuppoꝛtãtes inuicem: ⁊ donãtes vobiſmetipſis / ſi quis aduerſus aliquem habet querelã. Sicut et dñs donauit vobis ita et vos. Super omnia autẽ hec / caritatem habete: quod eſt vinculum perfectionis. Et pax chriſti exultet in coꝛdibus veſtris: in qua et vos vocati eſtis in vno coꝛpoꝛe: et grati eſtote. Verbũ chriſti habitet in vobis abundanter: in omni ſapientia / docẽtes et cõmonẽtes voſmetipſos in pſalmis / et hymnis / ⁊ cãticis ſpiritalibꝰ in gratia: cantãtes in coꝛdibus veſtris deo. Omne aũt quodcũqꝫ facitis / in verbo aut in opere: omnia in noĩe dñi noſtri ieſu chriſti facite: gratias agentes deo et patri. Per ipſum chriſtũ dominũ noſtrũ. Gr. Timebũt gentes nomen tuũ dñe: et omnes reges terre gloꝛiã tuã. V. Qm̃ edificauit dñs ſyõ et videbit in maieſtate ſua. Alla. V. Dñs regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Sedm Matheũ. xiij.



IN illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Simile factũ eſt regnũ celoꝛũ hoi qui ſeminauit bonũ ſemẽ in agro ſuo Cum autem doꝛmirent hoĩes: venit inimicus eius: et ſuperſeminauit zizania in medio tritici / ⁊ abijt. Cum autem creuiſſet herba / et fructum feciſſet: tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem ſerui patriſfamilias dixerunt ei. Dñe: nõne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autẽ dixerũt ei. Vis imus / et colligimus ea? Et ait. Non. Ne foꝛte colligentes zizania: eradicetis ſimul cum eis et triticũ. Sinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem: et in tẽ-

pore meſſis/dicā meſſoribꝰ. Colli-
gite primū zizania: et alligate ea
in faſciculos ad cōburēdū. triticū
autem: congregate in horreū meū
Offr. Dextera domini fecit virtutē:
dextera dñi exaltauit me. non moriar
ſed viuam: ⁊ narrabo opera domini.
SUſcipe q̄s dñe tuo Secreta.
rū oblationes precesqꝫ ſeruo
rum: vt ſub tue protectionis auxi-
lio: et collata non perdāt: et que ex-
petunt apprehendāt. Per dñm no
ſtrū ieſū chriſtū filiū tuū. Prefatio
quoti. Cōio. Mirabantur omnes de
his que procedebāt de ore dei. Poſtcō
DEus qui nos ſacramēti tui
participatione contingis:
virtutis eius effectꝰ/ in noſtris cor-
dibus operare: vt muneri diuino
quod ſumpſimus/ per ipſum mu-
nus aptemur. Per dominum no-
ſtrum ieſum chriſtum filium tuū.

¶ Feria. iiij. Ad Timotheū.

CArissime. Obſecro primum
oīm fieri obſecrationes/ ora-
tiones/ poſtulationes / gratiarum
actiones: pro oībus hoībus Pro re
gibus/ et oībus qui in ſublimitate
ſunt conſtituti: vt quietam et tran
quillam vitam agamus: in omni
pietate et caſtitate. Hoc enim bonū
eſt: et acceptū coram ſaluatore no-
ſtro deo. Qui omnes homīes vult
ſaluos fieri: et ad agnitionem ve-
ritatis venire. Unus enim deus:
vnus et mediator dei et hominū/
homo chriſtus ieſus. Qui dedit ſe-
metipſum redemptionē pro oībus
cuius teſtimoniū tēporibꝰ ſuis cō-
firmatum eſt: in quo poſitus ſum
ego predicator et apoſtolus. Veri-
tatem dico/ non mentior: doctor gē
tium/ in fide et veritate.

¶ Secundum Matheum. xxi.

IN illo tempore. Dixit ieſus
turbis iudeorū. Homo qui-
dam habebat duos filios: et acce-
dēs ad primū/ dixit. Fili/ vade ho-
die operari in vineā meā. Ille aūt
reſpondens/ ait. Nolo. Poſtea au-
tem penitentia motus: abijt. Acce
dens autē ad alterum: dixit ſimili
ter. At ille reſpondens/ ait. Eo dñe
Et non iuit. Quis ex duobus fecit
voluntatē patris? Dicunt ei. Pri-
mus. Dicit illis ieſus. Amen dico
vobis: quia publicani ⁊ meretrices
precedent vos in regno dei. Venit
enim ad vos iohannes in via iuſti
cie: et non crediđiſtis ei. Publicani
autem et meretrices / crediderunt
ei. vos autem videntes/ nec penitē-
tiam habuiſtis poſtea: vt credere-
tis ei. Qui habet aures audiendi:
audiat. ¶ Dominica in ſeptuage-
ſima. Ad miſſam Officium

CIrcundederūt me
gemitꝰ mortis: do-
lores inferni circū-
dederūt me: ⁊ in tri
bulatione mea in-
uocaui dñm: et ex-
audiuit de tēplo ſancto ſuo vocem
meā. p̄s. Diligā te dñe fortitudo mea
dñs firmamētū meū et refugium me-
um/ et liberator meus. Glīa. Ab hac
die vſqꝫ ad vigiliā paſche: non di-
citur Gloria in excelſis de quocun-
qꝫ dicitur miſſa: niſi epiſcopus in
cena domini celebrauerit. Oratio.
PReces populi tui q̄s domīe
clementer exaudi: vt qui iu-
ſte pro peccatis noſtris affligimur
pro tui nominis gloria/ miſericor-

diter liberemur. Per dominũ noſtrum ieſum chriſtum filium tuũ. Qui tecum viuit et regnat. ⁊c.

¶ Ad Corinthios. j. ix. et x.

FRatres. Neſcitis ꝙ hi qui i ſtadio currũt: oẽs quidem currunt/ ſed vnus accipit brauiũ. Sic currite: vt cõprehẽdatis. Oĩs enim qui in agone cõtendit: ab oĩbus ſe abſtinet. Et illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiãt: nos aũt incorruptã. Ego igit̃ ſic curro: nõ quaſi in incertũ. Sic pugno: nõ quaſi aerẽ verberãs. Sed caſtigo corpus meum/ et in ſeruitutẽ redigo: ne forte cum alijs p̄dicauerim/ ipſe reprobꝰ efficiar. Nolo autem vos ignorare fratres: quoniam patres noſtri oẽs ſub nube fuerunt: et oẽs mare trãſierũt: et oẽs in moyſe baptizati ſũt/ in nube et in mari. Et oẽs eandẽ eſcam ſpiritalẽ mãducauerunt: ⁊ oẽs eundem potũ ſpiritalem biberũt. Bibebant autẽ de ſpiritali: conſequẽte eos petra: petra autẽ erat chriſtus. Gr. Adiutor in oportunitatibꝰ in tribulatione. ſperẽt in te qui nouerunt te: quoniã non dereliquis querẽtes te domine. ℣. Quoniã nõ in finem obliuio erit pauperis patiẽtia pauperũ nõ peribit in eternũ exurge domine non preualeat homo. Non repetatur Gr. quando dicit Tractus vt ſupra. Tractus.

DE profũdis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Fiant aures tue intẽdentes in orationem ſerui tui. Si iniquitates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit. Quia apud te propitiatio eſt: et propter legem tuam ſuſtinui te domine. ¶ Secundũ Matheũ. xx.



IN illo tempore Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Simile eſt regnũ celorum homini patrifamilias: q exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Cõuentione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno: miſit eos in vineam ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam: vidit alios ſtãtes in foro ocioſos/ et dixit illis. Ite et vos in vineam meam: et quod iuſtum fuerit/ dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autẽ exijt circa ſextam et horam nonam: et fecit ſimiliter. Circa vndecimã vero exijt: et inuenit alios ſtãtes/ et dixit illis. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Dicũt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineam meam. Cum ſero autem factum eſſet: dicit dñs vinee/ procuratori ſuo. Voca operarios/ ⁊ redde illis mercedẽ incipiens a nouiſſimis vſq; ad primos. Cum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant: acceperũt ſingulos denarios. Venientes autem et primi: arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi. Acceperunt autem et ipſi/ ſingulos denarios. Et accipientes: murmurabant aduerſꝰ patremfamilias dicentes. Hi nouiſſimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis feciſti/ qui portauimus pondus diei et eſtus. At ille reſpondens vni eorum/ dixit. Amice: nõ facio tibi iniuriam. Nonne ex denario cõuenit ſti mecū? Tolle quod tuum eſt / et vade. Volo autē et huic nouiſſimo dare / ſicut et tibi. Aut non licet michi quod volo facere? An oculꝰ tuus nequā eſt / quia ego bonꝰ ſum? Sic erūt nouiſſimi primi: ⁊ primi nouiſſimi. Multi enim ſūt vocati: pauci vͦ electi. Offr. Bonū eſt cōfiteri dño: et pſallere noī tuo altiſſime. ℣. Quā magnificata ſunt opera tua dñe: nimis profunde facte ſunt cogitationes tue. ℣. Ecce inimici tui dñe peribunt: et diſpergētur omnes qui operantur iniquitatem. Secreta.

MUneribꝰ noſtris q̄s dñe precibuſqꝫ ſuſceptis: ⁊ celeſtibꝰ nos munda myſterijs / et clemēter exaudi. Per. Prefa. quotid. Cōio. Illumina faciem tuam ſuper ſeruum tuum: ſaluum me fac in tua mīa dñe non confundar / quoniam inuocaui te. Poſtcōio.

FIdeles tui deus per tua dona firmentur: vt eadem et percipiendo requirant: ⁊ querendo ſine fine percipiant. Per

¶ Sciēdum eſt: ꝙ ſeruitiū huius diei non differtur propter aliquod feſtū: niſi cū purificatio beate marie / vel dedicatio eccleſie in hac die contigerit. tunc enim differatur vſqꝫ ad .iij. fer. et Tr. De profundis: pretermittat᷑. quoniā in ferialibꝰ diebus non dicit᷑ Tractꝰ ante .iiij. feriā in capite ieiunij: niſi tantū in miſſis pro defunctis. nec etiam in feriā ſine regimīe chori. Quodcūqꝫ vero aliud feſtum in hac dñica vel in aliqua dñica vſqꝫ ad paſſionem dñi contigerit / ſemper differatur: licet duplex feſtū fuerit: et fiat ſeruitiū de ipſa dñica / nulla facta de feſto memoria: niſi ſit feſtū triū lec. quod non differtur: ſed tunc de eo fiat memoria vſqꝫ ad .xl. tantū. A quarta autem feria in capite ieiunij vſqꝫ in craſtinum octa. paſce nichil fiat ad miſſam de feſtis triū lec. nec etiam memoria.

¶ Feria iiij. Epiſtola Ad Corinthios. ij. iiij.

FRatres. Si opertū eſt euāgelium noſtrū: in his qui pereunt eſt opertum. In quibꝰ deus huius ſeculi / excecauit mentes infidelium: vt non fulgeat illuminatio euangelij glorie chriſti: qui eſt imago dei. Nō enim noſmetipſos predicamus: ſed ieſum chriſtū dñm noſtrū. nos autem ſeruos veſtros per ieſum. Quoniā deus qui dixit de tenebris lucem ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus noſtris: ad illuminationē ſciētie claritatis dei / in facie chriſti ieſu. Habemꝰ autem theſaurū iſtum abſconditū in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei / et nō ex nobis. In omnibus tribulationē patimur / ſed non anguſtiamur. Aporiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionem patimur: ſed non derelinquimur. Humiliamur: ſed non confundimur. Deicimur: ſed non perimus. Semper mortificationem ieſu chriſti in corpore noſtro circūferentes: vt et vita ieſu in corporibꝰ noſtris manifeſtetur. Semper enī nos qui viuimus: in mortem tradimur propter ieſum: vt et vita ieſu manifeſtet᷑ in carne noſtra mortali Ergo mors in nobis operatur vita autem in vobis.

¶ Secundum Marcum. ix.

IN illo tēpore. Egreſſꝰ ieſus ibat per galileam: nec volebat quemq̄ ſcire. Docebat autem diſcipulos ſuos: et dicebat illis. Qm̄ filius hominis tradet̄ in manus hominū: ⁊ occident eum: et occiſꝰ / tertia die reſurget At illi ignorabant verbum: et timebant eum interrogare. Et venerunt capharnaum Qui cum domi eſſent: interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidem inter ſe in via diſputauerant: quis eſſet eorum maior. Et reſidens vocauit duodecī: et ait illis. Si quis vult primus eſſe: erit oīm nouiſſimus / et omniū miniſter. Et accipiens puerum: ſtatuit eum ī medio eorum. Quem cum cōplexus eſſet ait illis. Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo / me recipit Et quicunq; me ſuſceperit: non me ſuſcipit / ſed eum qui me miſit. Qui habet aures audiendi / audiat.

¶ Feria ſexta. Ad Corinthios. ſecunde. iiij.

FRatres. Habētes ſpiritum fidei: ſicut ſcriptum eſt. Credidi propter quod locutus ſum: et nos credimus / propter quod et loquimur: ſcientes quoniā qui ſuſcitauit ieſum: et nos cum ieſu ſuſcitabit / et cōſtituet vobiſcū. Oīa enī propter vos: vt gratia abundans per multas gratiarū actiones / abūdet in gloriā dei: propter quod nō deficimꝰ. Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamē is qui intus eſt / renouatur de die diem. Id enim quod in preſenti eſt momentaneum / et leue tribulationis noſtre: ſupra modum in ſublimitate eternū glorie pondus operatur in nobis: non cōtemplātibꝰ nobis que vidētur: ſed que non videntur. Que enim videnť / tēporalia ſunt: que autem non videntur eterna ſunt. Scđm Matheum. xij

IN illo tēpore. Dixit ieſꝰ phariſeis. Qui non eſt mecū / cōtra me eſt: ⁊ qui non cōgregat mecū / ſpargit. Ideo dico vobis. Omne peccatum et blaſphemia remittetur hoībus: ſpiritꝰ autē blaſphemie non remittet̄. Et quicunq; dixerit verbū contra filium homīs: remittet̄ ei. Qui autem dixerit cōtra ſpiritum ſanctū: non remittet̄ ei: neq; in hoc ſeculo / neq; in futuro Aut facite arborem bonam / et fructum eius bonum: aut facite arborem malam / et fructū eius malū. Siquidē ex fructu / arbor cognoſcitur. Progenies viperarū: quomodo poteſtis bona loqui / cum ſitis mali? Ex abundātia enim cordis: os loquitur. Bonus homo de bono theſauro: profert bona. Et malus homo de malo theſauro: profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbū ocioſum quod locuti fuerint homines: reddēt rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis / iuſtificaberis: et ex verbis tuis condemnaberis.

¶ Dn̄ica in ſexageſima. Officiū.

EXurge quare obdormis dn̄e. exurge et ne repellas in finē. quare faciem tuā auertis: obliuiſceris tribulationem noſtram: adheſit in terra venter noſter: exurge domine adiuua nos / et libera nos. Ps. Deus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annūclauerunt nobis.

Oꝛatio.

DEus qui conſpicis / quia ex nulla noſtra actione confidimus: concede pꝛopicius: vt cōtra oīa aduerſa/doctoꝛis gentiū pꝛotectiōe muniamur. Per. ¶ Sequēs Epiſtola legat̄ tota: hac die tantū. Quando vero dicit̄ per ebdoma. ſemper incipiatur ad iſtam clauſulam. Damaſci pꝛe. et legatur vſq; ad finē. Ad Coꝛithios. ij. xi. et. xij.

FRatres. Libenter ſuffertis inſipiētes: cum ſitis ipſi ſapientes. Suſtinetis enim/ ſi quis vos in ſeruitutē redigit: ſi quis deuoꝛat: ſi quis accipit: ſi quis extollitur: ſi quis in faciem vos cedit. Secundum ignobilitatē dico: quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet: in inſipientia dico: audeo et ego. Hebꝛei ſunt et ego. Iſraelite ſunt/ ⁊ ego. Semē abꝛahe ſunt/et ego. Miniſtri chꝛiſti ſunt/et ego. Ut minus ſapiens dico/plus ego. In laboꝛibus pluꝛimis. in carceribus abundantius. in plagis ſupꝛa modum: in moꝛtibus frequenter. A iudeis quinquies quadꝛagenas vna minus accepi. Ter virgis ceſus ſum: ſemel lapidatus ſum: ter naufragium feci Nocte ac die/in pꝛofūdum maris fui. In itineribus ſepe: periculis fluminum: periculis latronum: periculis ex genere: periculis ex gētibus: periculis in ciuitate: periculis in ſolitudine/periculis in mari periculis in falſis fratribus. In laboꝛe et erumna: in vigilijs multis In fame et ſiti: in ieiunijs multis In frigoꝛe et nuditate: pꝛeter illa que extrinſecus ſunt inſtātia mea quotidiana: ſollicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur: et ego non infirmoꝛ? Quis ſcandalizatur: et ego non vroꝛ? Si gloꝛiari opoꝛtet: que īfirmitatis mee ſūt gloꝛiaboꝛ. Deus et pater domini noſtri ieſu chꝛiſti ſcit/ qui eſt benedict⁹ ī ſecula ꝙ nō mētioꝛ. Diuiſio

Damaſci pꝛepoſitus gentis arethe regis. cuſtodiebat ciuitatē damaſcenoꝛū/vt me compꝛehēderet. Et per feneſtram in ſpoꝛta dimiſſum ſum per murum: et ſic effugi manus eius. Si gloꝛiari opoꝛtet non expedit quidem. Ueniam autem ad viſiones et reuelationes domini. Scio hominem in chꝛiſto ante annos quattuoꝛdeci: ſiue in coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛp⁹ neſcio de⁹ ſcit: raptum huiuſmodi vſq; ad tertiū celum. Et ſcio huiuſmodi hominem: ſiue in coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛpus/neſcio deus ſcit: quoniā rapt⁹ eſt in paradiſum: et audiuit archana verba/que non licet homini loqui. Pꝛo huiuſmodi gloꝛiaboꝛ: pꝛo me autē nichil/niſi in infirmitatibus meis. Nam et ſi voluero gloriari: non ero inſipiens. Ueritatē enim dicam. Parco autē: ne quis me exiſtimet ſupꝛa id quod videt in me/aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationū extollat me: datus eſt michi ſtimul⁹ carnis mee angelus ſathane: qui me colaphizet. Pꝛopter quod ter dominum rogaui vt diſcederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloꝛiaboꝛ in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me/ virtus chꝛiſti. Gr.

Sciãt gentes qm̃ nomẽ tibi deus: tu ſolus altiſſim⁹ ſuper oẽm terram. ℣. Deus meus pone illos vt rotã: et ſicut ſtipulam ante faciem venti. Tr.

COmmouiſti dñe terrã/et cõturbaſti eam. Sana cõtritiões ei⁹ quia mota eſt. Vt fugiãt a facie arc⁹ vt liberẽt᷑ dilecti tui. Scdꝫ lucã. viij



IN illo tempoꝛe. Cum turba plurima cõueniret/et de ciuitatibus ꝓperarent ad ieſũ: dixit per ſimilitudinẽ Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Et dum ſeminat: aliud cecidit ſecus viam/et conculcatũ eſt: et volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit ſupꝛa petram: ⁊ natũ aruit: quia non habebat humoꝛẽ. Et aliud cecidit inter ſpinas: et ſimul exoꝛte ſpine/ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et oꝛtum fecit fructum centuplum. Hec dicens clamabat. Qui habet aures audiẽdi/audiat. Interrogabãt autẽ eum diſcipuli ei⁹: que eſſet hec parabola. Quibus ipſe dixit. Vobis datum eſt noſſe myſterium regni dei: ceteris autem in parabolis: vt vidẽtes/non videãt: et audiẽtes/non intelligãt. Eſt autem hec parabola. Semen eſt verbum dei. Qui autẽ ſecus viam: hi ſunt qui audiũt. Deinde venit diabolus: ⁊ tollit verbum de coꝛde eoꝛum: ne credentes/ſalui fiãt. Nam qui ſupꝛa petram: qui cum audierint: cum gaudio ſuſcipiũt verbũ. Et hi radices non habent: quia ad tempus credũt: et in tẽpoꝛe tẽptationis recedũt. Quod autẽ in ſpinas cecidit: hi ſunt qui audierũt: ⁊ a ſolicitudinib⁹/et diuitijs/et voluptatib⁹ vite euntes. ſuffocant᷑: et non referunt fructum. Quod autẽ in bonã terrã: hi ſunt qui in coꝛde bono et optimo: audientes verbũ/retinẽt. Et fructũ afferũt: in patiẽtia. Offr. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt nõ moueãtur veſtigia mea. inclina aurẽ tuã et exaudi verba mea: mirifica mias tuas: qui ſaluos facis ſperãtes i te dñe. ℣. Exaudi dñe iuſticiã meã: intẽde depꝛecationẽ meã aurib⁹ percipe oꝛationẽ meã. ℣. Cuſtodi me dñe vt pupillã oculi: ſub vmbꝛa alarum tuarum pꝛotege me: eripe me domine ab impio. Secreta.

INtende q̃s dñe hoſtiam familie tue: vt quã ſacris muneribus facias eſſe participẽ tribuas ad eius plenitudinẽ peruenire. Per dñm. Pꝛefatio quoti. Cõio. Introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutẽ meam. Poſtcõio.

SUpplices te rogamus oĩpotens deus: vt quos tuis reficis ſacramẽtis: tibi etiam placitis moꝛib⁹/dignãter deſeruire concedas. Per dñm. ¶ Feria quarta. Ad Coꝛinthios. ſecunde. j. et. ij

FRatres. Ego teſtem deum inuoco in aĩam meã: q̃ parcens vobis/non veni vltra coꝛinthum. non quia dñamur fidei veſtre: ſed adiutoꝛes ſumus gaudij veſtri: nam fide ſtatis. Statui autem hoc ipſum apud me: ne iterũ in triſticia venirem ad vos. Si enĩ ego cõtriſtoꝛ vos: et quis eſt qui me letificet: niſi qui contriſtat᷑ ex me.

Et hoc ipſum ſcripſi vobis: vt non cum venero/triſtitiam ſuper triſtitiam habeam: de quibus oportuerat me gaudere. confidens in omnibus vobis: quia meum gaudiũ omniũ veſtrũ eſt. Nam ex multa tribulatiõe et anguſtia cordis/ſcripſi vobis per multas lachrymas. non vt contriſtemini: ſed vt ſciatis quam caritatẽ habeam abundantius in vobis. Si quis autem cõtriſtauit me/non me cõtriſtauit: ſed ex parte/vt non onerẽ omnes vos. Sufficit illi qui huiuſmodi eſt/obiurgatio hec que fit a pluribus: ita vt ecõtrario magis donetis/et cõſolemini: ne forte abundãtiori triſtitia abſorbeatur/qui huiuſmodi eſt. Propter quod obſecro vos/vt cõfirmetis illum in caritate. Ideo enim et ſcripſi vobis: vt cognoſcã experimentũ veſtrum/an in oibus obedientes ſcitis. Si cui autem aliquid donaſtis: et ego. Nam et ego quod donaui/ſi quid donaui propter vos in perſona chriſti: vt non circũueniamur a ſathana. Nõ eni ignoramus: cogitationes eius.

¶ Secundum Marcum iiij.

In illo tempore. Cepit ieſus docere ad mare: et cõgregata eſt ad eum turba multa: ita vt in nauim aſcendens ſederet in mari. Et omnis turba circa mare: ſuper terrã erat. Et docebat illos in parabolis multa: ⁊ dicebat illis in doctrina ſua. Audite. Ecce exijt ſeminans/ad ſeminandũ. Et dum ſeminat: aliud cecidit circa viã: et venerunt volucres celi/et comederunt illud Aliud vero cecidit ſuper petroſa/vbi non habuit terrã multã et ſtatim exortũ eſt: quoniã non habebat altitudinẽ terre. et quando exortus eſt ſol/exeſtuauit: et eo ꝗ non habebat radicem/exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas: et aſcenderunt ſpine/et ſuffocauerunt illud: ⁊ fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam: et dabat fructum aſcendentem et creſcentẽ: et afferebat/vnum triceſimum: et vnum ſexageſimũ: et vnum centeſimum. Et dicebat. Qui habet aures audiendi/audiat.

¶ Feria. vj. Ad Corinthios. ij. v.

FRatres Scientes timorem dñi/hoibus ſuademꝰ: deo autem manifeſti ſumꝰ. Spero autem et in conſcientijs veſtris: manifeſtos nos eſſe. Non enim iterũ commẽdamus nos vobis: ſed occaſionem damꝰ vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur/et nõ in corde. Siue enim mente excedimus deo: ſiue ſobrij ſumꝰ vobis. Caritas eni chriſti vrget nos/eſtimantes hoc: quoniã ſi vnus pro oibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt Et pro oibus mortuus eſt chriſtꝰ: vt et qui viuũt/iam non ſibi viuãt: ſed ei qui pro ipſis mortuꝰ eſt/et reſurrexit. ¶ Secundũ Lucam. xvij.

In illo tẽpore. Interrogatꝰ ieſus a phariſeis/quãdo venit regnum dei: reſpondit eis/et dixit. Non veniet regnũ dei cum obſeruatiõe: neqꝫ dicent/ecce hic: aut ecce illic. Ecce enim regnum dei/intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Venient dies/quando deſideretis videre vnum diem filij hois: et non videbitis. Et dicent vobis.

Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neqꝫ ſectamini. Nam ſicut fulgur choruſcãs de ſub celo/in ea que ſub celo ſunt fulgent: ita erit fili⁹ hominis/in die ſua. Pꝛimũ autem opoꝛtet illum multa pati: et repꝛobari a generatione hac Et ſicut factum eſt in diebus noe: ita erit et in diebus filij hoïs. Edebant/et bibebãt vxoꝛes ducebant / et dabantur ad nuptias: vſqꝫ in diem qua ītrauit noe in archam: et venit diluuiũ et perdidit oẽs. Similiter ſicut factũ eſt in dieb⁹ loth: edebãt/et bibebãt emebant/et vendebant: plãtabãt et edificabãt. Qua die autem exijt loth a ſodomis: pluit ignem et ſulphur de celo: et oẽs ꝑdidit. Sc̄d̄m hec erit: qua die filius hoïs reuelabitur. In illa hoꝛa qui fuerit in tecto/et vaſa eius in domo: ne deſcẽdat tollere illa. Et qui ī agro: ſimiliter nõ redeat retro. Mẽoꝛes eſtote vxoꝛis loth. Quicunqꝫ queſierit aïam ſuã ſaluã facere: perdet illã: Et quicunqꝫ ꝑdiderit illã: viuificabit eam. Dico vobis: in illa nocte/ erunt duo in lecto vno: vnus aſſumetur/⁊ alter relinquet᷑. Due erũt molentes in vnũ: vna aſſumet᷑/et altera relinquetur. Duo in agro: vnus aſſumet᷑/et alter reliquetur. Reſpondẽtes/dicunt illi Ubi dñe? Qui dixit illis. Ubicũqꝫ fuerit coꝛpus: illuc cõgregabũtur et aquile.

¶ Dominica in .l. Officium.

Eſto mihi in deum pꝛotectoꝛẽ: et ī locũ refugij vt ſaluum me facias: qm̄ firmamẽtũ meũ et refugiũ meũ es tu: et pꝛopter nomen tuũ dux michi eris et enutries me. ps. In te domine ſperaui non confundar ineternũ: in iuſticia tua libera me et eripe me. Oratio

Preces noſtras q̄s dñe clemẽter exaudi: atqꝫ a peccatoꝛũ vinculis abſolutos: ab omni aduerſitate cuſtodi. Per dominũ noſtrũ

¶ Ad Coꝛinthios. pꝛime. xiij.

Fratres. Si linguis hoïm loquar et angeloꝛũ/ caritatem aũt nõ habeã: fact⁹ ſum velut es ſonans/aut cymbalũ tinniens. Et ſi habuero pꝛophetiã/ et noueri myſteria oïa et oẽm ſcientiam: et ſi habuero omnẽ fidem/ita vt mõtes trãſferã: caritatẽ autẽ non habuero/nichil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ/ oẽs facultates meas: et ſi tradidero coꝛpus meũ / ita vt ardeã: caritatẽ autẽ non habuero nichil mihi pꝛodeſt. Caritas patiens eſt: benigna eſt. Caritas non emulat᷑: nõ agit perperã: nõ inflat᷑ non eſt ambicioſa: non querit que ſua ſunt. Non irritat᷑: non cogitat malũ: non gaudet ſuꝑ iniquitate/ cõgaudet aũt veritati. Oïa ſuffert oïa credit: oïa ſperat: oïa ſuſtinet. Caritas nunq̄ excidit. Siue ꝓphetie euacuabunt᷑: ſiue lingue ceſſabunt: ſiue ſciẽtia deſtruet᷑ Ex parte enim cognoſcimus/et ex parte pꝛophetam⁹. Cum autẽ venerit quod ꝑfectũ eſt: euacuabit᷑ quod ex parte eſt. Cum eſſẽ paruul⁹: loquebar vt paruul⁹: ſapiebã vt paruul⁹: cogitabã vt paruul⁹. Quando autẽ factus ſum vir: euacuaui que erãt paruuli. Uidem⁹ nũc per ſpeculũ ī enigmate: tũc aũt facie ad faciem. Nũc ꝯgnoſco ex ꝑte: tũc aũt cogno ſcam/ſicut ⁊ cognit⁹ ſum. Nũc aũt manẽt fides/ſpes/caritas/ tria hec maioꝛ aũt hoꝝ/eſt caritas. Gr. Tu es deus qui facis mirabilia ſolus: notam feciſti in gentib⁹ virtutẽ tuã. V⁹. Liberaſti in bꝛachio tuo populũ tuũ: filios iſrael/ iacob/et ioſeph. Tract⁹.

Iubilate deo oīs terra: ſeruite dño in leticia. V. Introite in cõſpectu ei⁹ i exultatiõe. V. Scitote qm̃ dñs ipſe eſt deus. V. Ipſe fecit nos et nõ ipſi nos: nos aũt popul⁹ ei⁹: ⁊ oues paſcue ei⁹. ¶ Scd̃m Lucam. xviij.



In illo tempoꝛe. Aſſũpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos: ⁊ ait illis. Ecce aſcendim⁹ hieroſolymã: et conſũmabũtur omnia que ſcripta ſunt ꝑ pꝛophetas/de filio hoīs. Tradetur enim gentibus/et illudet: et flagellabitur/et cõſpuet. Et poſtꝙ̃ flagellauerit/occident eũ: et die tertia reſurget. Et ipſi nichil hoꝝ intellexerũt. Erat autẽ verbũ iſtud abſconditũ ab eis. ⁊ non intelligebãt que dicebant. Factum eſt autẽ cum appꝛopinquaret hiericho: cecus quidã ſedebat ſecus viam mẽdicans. Et cum audiret turbam pꝛetereuntẽ: interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei: ꝙ ieſus nazarenus tranſiret. Et clamauit dicẽs. Ieſu fili dauid: miſerere mei. Et qui pꝛeibant: increpabãt eum vt taceret. Ipſe vero multomagis clamabat Fili dauid: miſerere mei. Stans autẽ ieſus: iuſſit illum adduci ad ſe: et cum appꝛopinquaſſet interrogauit illũ dicens. Quid tibi vis faciã? At ille dixit. Dñe: vt videã. Et ieſus dixit illi. Reſpice. Fides tua te ſaluũ fecit. Et cõfeſtim vidit: et ſequebat eum magnificãs deũ. Et oīs plebs vt vidit: dedit laudẽ deo. Offer. Benedict⁹ es dñe/ doce me iuſtificationes tuas. Benedict⁹ es dñe doce me iuſtificationes tuas: in labiis meis pꝛonũciaui oīa iudicia oꝛis tui. V. Beati imaculati in via qui ãbulãt i lege dñi. V. Bti qui ſcrutãt teſtimonia ei⁹: i toto coꝛde exquirũt eũ. V. Aufer a plebe tua oppꝛobriũ ⁊ cõtẽptũ: quia mandata tua non ſumus obliti dñe.

Hec hoſtia qs dñe Secreta. emũdet nr̃a delicta: et ad ſacrificiũ celebꝛandũ: ſubditoꝝ tibi coꝛpoꝛa/mẽteſq; ſãctificet. Per do. Pꝛefatio quotiđ. Cõio. Manducauerunt et ſaturati ſunt nimis: et deſiderium eoꝝ attulit eis dñs: non ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Poſtcõio.

Queſum⁹ omnipotẽs deus: vt qui celeſtia alimenta percepimus: per hec contra oīa aduerſa muniamur. Per dominum.

¶ Feria. iiij. in capite ieiunij: poſt ſextam in pꝛimis fiat ſermo ad populũ/ſi placuerit. Deinde pꝛoſternant ſe clerici in choꝛo: et dicant ſeptem pſalmos penitentiales cum Gloꝛia patri: et Sicut erat. et Añ. Ne reminiſcaris. Excellentioꝛ vero ſacerdos: indutus veſtibus ſacerđ in cappa ſerica rubea: cum diacono a dextris/ et ſubdiacono a ſiniſtris cum ceteris miniſtris altaris qui oēs ſint albis cum amictibus induti: ante altare dicant per ſe ſeptem pſalmos penitẽtiales in pꝛoſtratiõe cũ Añ. Ne reminiſcaris. Ps

DOmine ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̃ in ira tua coꝛripias me. Miſerere mei dñe quoniā infirmꝰ ſum: ſana me dñe/ quoniā cōturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu dñe vſq̃quo. Conuertere dñe et eripe animā meā: ſaluū me fac ꝓpter miam tuā. Quoniā non eſt in morte qui memoꝛ ſit tui: ī inferno autē quis cōfitebit̄ tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo ꝑ ſingulas noctes lectum meum/ lachꝛimis meis ſtratum meum rigabo. Turbatꝰ eſt a furoꝛe oculus meus: inueteraui inter oēs inimicos meos. Diſcedite a me oēs qui operamini iniquitatē: qm̄ exaudiuit dñs vocem fletus mei. Exaudiuit dñs depꝛecationē meam: dñs oꝛationē meam ſuſcepit. Erubeſcāt et conturbent̄ vehementer oēs inimici mei: conuertant̄ ⁊ erubeſcant valde velociter. Gloꝛia patri. ps.

BEati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates: ⁊ quoꝝū tecta ſunt pctā. Beatꝰ vir cui nō imputauit dñs pctm̄ nec eſt in ſpū eius dolus. Qm̄ tacui inueterauerūt oſſa mea dum clamarem tota die. Qm̄ die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in erūna mea dum cōfigit̄ ſpina. Delictū meū cognitū tibi feci: et iniuſticiā meā non abſcōdi. Dixi cōfitebor aduerſū me iniuſticiā meā dño: et tu remiſiſti impietatē peccati mei. Pꝛo hac oꝛabit ad te oīs ſanctus: in tēpoꝛe opoꝛtuno. Verūtamen in diluuio aquaꝝ multaꝝ: ad eum non appꝛoximabūt. Tu es refugium meū a tribulatiōe que circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdantibꝰ me. Intellectū tibi dabo et inſtruā te in via hac qua gradieris firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus et mulus: quibus non eſt intellectus. In chamo et freno maxillas coꝝ cōſtringe: ꝗ nō appꝛoximāt ad te. Multa flagella peccatoꝛis: ſperātem autem in dño/ mia circūdabit. Letamini in dño et exultate iuſti et gl̄iamini oēs recti coꝛde. Glia. ps.

DOmine ne in furoꝛe tuo arguas me: neq̃ in ira tua coꝛripias me. Qm̄ ſagitte tue infixe ſunt mihi: et confirmaſti ſuper me manū tuam. Non eſt ſanitas in carne mea/ a facie ire tue: nō eſt pax oſſibus meis/ a facie peccatoꝝū meoꝝū. Quoniā iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meū: et ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Putruerunt ⁊ coꝛrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipiētie mee. Miſer factus ſum et curuatus ſum vſq̃ in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lūbi mei impleti ſunt illuſionibus: et non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum et humiliatꝰ ſum nimis: rugiebā a gemitu coꝛdis mei. Dñe ante te omne deſiderium meū: ⁊ gemitꝰ meus a te nō eſt abſconditꝰ. Coꝛ meū conturbatū eſt: dereliquit me virtꝰ mea: et lumē oculoꝝ meoꝝ/ et ipſū nō eſt mecium. Amici mei et pꝛoximi mei: aduerſum me appropinquauerūt et ſteterunt. Et qui iuxta me erāt de longe ſteterunt: et vim faciebāt qui querebant animā meam. Et qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die meditabantur. Ego autem tanꝙ ſurdus non audiebam: et ſicut mutus nō aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens: et nō habens in oꝛe ſuo redargutiones. Quoniā in te domine ſperaui: tu exaudies me domīe deus meus. Quia dixi nequādo ſupergaudeant michi inimici mei: et dum cōmouentur pedes mei ſuper me magna locuti ſunt. Quoniam ego in flagella paratꝰ ſum: et doloꝛ meus in cōſpectu meo ſemper. Quoniā iniquitatē meā annunciabo: et cogitabo pꝛo peccato meo. Inimici autem mei viuūt ⁊ confirmati ſunt ſuper me: et multiplicati ſunt qui oderūt me inique. Qui retribuunt mala pꝛo bonis detrahebāt michi: qm̄ ſequebar bonitatē. Ne dereliquas me dn̄e: deus meus ne diſceſſeris a me. Intēde in adiutoꝛiū meum: dn̄e deus ſalutis mee. Gloꝛia patri. ps.

Miſerere mei deus: ſecundū magnā miſericoꝛdiā tuam. Et ſecundū multitudinē miſerationū tuarū: dele iniquitatē meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatē meam ego cognoſco: et peccatum meum contra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui et malum coꝛam te feci: vt iuſtificeris in ſermonibꝰ tuis/et vincas cum iudicaris. Ecce enī in iniquitatibꝰ cōceptꝰ ſum: et in pctis cōcepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexiſti: incerta et occulta ſapiētie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me dn̄e yſopo et mundaboꝛ: lauabis me et ſuper niuem dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudiū et leticiam: et exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciē tuam a peccatis meis: ⁊ oēs iniquitates meas dele. Coꝛ mundū crea in me deus et ſpiritū rectū innoua in viſceribꝰ meis. Ne pꝛoiicias me a facie tua et ſpiritū ſanctū tuū ne auferas a me. Redde michi leticiam ſalutaris tui: et ſpiritu pꝛīcipali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: ⁊ impij ad te cōuertentur. Libera me de ſanguinibꝰ deus deus ſalutis mee: et exultabit ligua mea iuſticiā tuam. Dn̄e labia mea aperies: et os meū annunciabit laudē tuam. Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū dediſſē: vtiqꝫ holocauſtis non delectaberis. Sacrificiū deo ſpūs cōtribulatꝰ: coꝛ contritū ⁊ humiliatum deus nō deſpicies. Benigne fac dn̄e in bona volūtate tua ſyon vt edificent̄ muri hieruſalē. Tūc acceptabis ſacrificiū iuſticie oblationes et holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloꝛia patri et filio. ps.

Domine exaudi oꝛationem meā: et clamoꝛ meꝰ ad te veniat. Nō auertas faciē tuā a me: in quacūqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurē tuā. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt ſicut fumus dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut cremiū arueruit. Percuſſus ſũ vt fenũ et aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum. A voce gemitus mei: adheſit os meũ carni mee. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nicticorax in domicilio. Vigilaui: et factus ſum ſicut paſſer ſolitari⁹ in tecto. Tota die exprobrabãt michi inimici mei: et qui laudabãt me aduerſum me iurabãt. Quia cinerẽ tanq̃ panẽ mãducabã: et potũ meum cum fletu miſcebã. A facie ire indignatiõis tue: quia eleuãs alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerũt: et ego ſicut fenũ arui. Tu autẽ dñe in eternũ ꝑmanes: et memoriale tuum in generatiõe et generationẽ. Tu exurgẽs dñe miſereberis ſyon: quia tẽpus miſerendi eius: quia venit tẽpus. Quia placuerũt ſeruis tuis lapides eius et terre eius miſerebunt. Et timebunt gentes nomen tuum dñe ꝛ oẽs reges terre gloriã tuã. Quia edificauit dñs ſyon: et videbit in gloria ſua. Reſpexit in orationẽ humiliũ: et non ſpreuit precẽ eorum. Scribãtur hec in generatiõe altera: et popul⁹ qui creabit laudabit dñm. Quia ꝓſpexit de excelſo ſancto ſuo: dñs de celo in terrã aſpexit. Vt audiret gemit⁹ cõpeditorũ vt ſolueret filios interemptorũ. Vt annũciẽt in ſyon nomẽ dñi: et laudem eius in hieruſalem. In cõueniendo populos in vnum: et reges vt ſeruiãt dño. Reſpõdit ei in via virtutis ſue: paucitatẽ dierũ meorum nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meoꝝ: in generatione et generationem anni tui. Initio tu dñe terram fundaſti: ꝛ opera manuũ tuarũ ſunt celi. Ipſi peribunt tu autem permanes: ꝛ oẽs ſicut veſtimentũ veteraſcent. Et ſicut opertoriũ mutabis eos ꝛ mutabunt: tu autẽ idem ipſe es: ꝛ anni tui non deficient. Filij ſeruorum tuorũ habitabũt: et ſemen eorũ in ſeculum diriget. Glia. ps.

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendẽtes: in vocem deprecatiõis mee. Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe q̃s ſuſtinebit. Quia apud te propiciatio eſt: ꝛ propter legem tuã ſuſtinui te dñe. Suſtinuit aia mea in verbo eius: ſperauit anima mea ĩ dño. A cuſtodia matutina vſq; ad noctẽ: ſperet iſrael in dño. Quia apud dñm mĩa: ꝛ copioſa apud eũ redemptio. Et ipſe redimet iſrael ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri et filio. ps.

Domie exaudi orationẽ meam / auribus percipe obſecrationẽ meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia. Et nõ intres ĩ iudiciũ cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam: Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus / in me turbatum eſt cor meum. Memor fui dierum antiquorum meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus Non auertas faciem tuam a me et similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac michi mane miam tuā: quia in te speraui Notam fac mihi viam ī qua ambulē quia ad te leuaui aīam meā. Eripe me de inimicis meis/ dñe ad te cōfugi: doce me facere volūtatē tuam/quia deus meus es tu Spūs tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum dñe viuificabis me ī eq̄tate tua. Educes de tribulatione animā meā: et in mīa tua disperdes inimicos meos. Et perdes oēs qui tribulant aīam meā: quoniā ego seruus tu⁹ sum. Gloria. Añ. Ne reminiscaris dñe delicta nostra/vel parentū nostrorū: neq3 vindictā sumas de peccatis nostris. Kyriel. Christel. Kyriel. Pater noster.

¶ Et hec oīa sine nota dīr/tā a sacer. q̄ a toto choro: puero iteri tenēte vexillū cilicinū / ꝑpe sinistrū cornu altaris. Deīde erigat se sacer. cū diaco. et subdiaco. et solus dicat sup ꝓstr̄n cōuers⁹ ad orientē corā dextro cornu altaris/ hoc modo. Et ne nos īducas in tēptationem. Chorus respondeat: Sed libera nos a malo Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas. De⁹ meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxiliū de sancto. Et de syon tuere eos. Conuertere dñe vsq3quo. Et deprecabilis esto sup seruos tuos. Adiuua nos de⁹ salutaris noster Et propter gloriā noīs tui dñe libera nos: et propici⁹ esto peccatis nostris propter nomen tuū. Dñe exaudi orationē meā Et clamor me⁹ ad te veniat. Dñs vo. Oremus.

Exaudi q̄s dñe preces Oro. nostras: et cōfitentium tibi parce peccatis: vt quos cōsciētie reatus accusat: indulgētia tue miserationis absoluat. Per christū. R. Amē. Et oēs oratiōes dīr cū Oremus et finiātur more sec. Non dr̄ Dñs vobiscū nisi ante primā orationē tantū. Alia Oro cū Orem⁹.

Adsit q̄s dñe famulis Oro tuis inspiratio gratie salutaris: que corda eorū fletuum vbertate resoluat/ sicq3 macerando conficiat: vt iracundie tue motus idonea satisfactione compescat. Per christum. Oremus. Oratio.

Da q̄s dñe de⁹ noster his famulis tuis continuā purgationis sue obseruantiā penitendo gerere: et vt hoc efficaci⁹ implere valeāt: gratia eos tue visitationis preueniat/et subsequatur. Per christum dominū. Oremus Oro.

Preueniat hos famulos tuos q̄s dñe mīa tua: vt oēs iniquitates eorum celeri indulgētia deleant. Per christū. Oremus.

Adesto dñe supplicationib⁹ nostris nec sit ab his famulis tuis clementie tue lōginqua miseratio. sana vulnera/ eorumq3 remitte peccata. vt nullis a te iniquitatibus separati: tibi domino semper valeant adherere. Per christū dominum nostrū. Oremus Oro.

Domine deus noster qui offensione nostra non vinceris/ sed satisfactione placaris: respice quesumus super famulos tuos/qui se tibi grauiter peccasse confitentur. tuum est enim absolutiotionem criminū dare: et veniā preſtare peccantibus: qui dixiſti penitentiam te malle peccatorꝫ / ꝙ mortem. concede ergo dñe his famulis tuis: vt tibi penitentie excubias celebrent: et correctis actibus ſuis / cōferri ſibi a te ſempiternā gaudia gratulentur. Per chriſtum. Oremus.

Deus cuius indulgentia oīs homo indiget. memēto famulorū famularumque tuarū: et qui lubrica terrenique corporis fragilitate nudati virtute / in multis deliquerūt: q̄s / vt des veniā confitentibus: parcas ſupplicibus. vt qui ſuis meritis accuſantur: tua miſeratione ſaluentur. Per chriſtum. Hic non dr Dñs vobiſcū / neque Oremus: ſed vertat ſe ſacerdos ad populū: et extēdens manū dicat ſup eos ſine nota / ſed in audiētia: hoc modo

Abſoluimus vos vice beati petri apoſtolorū principis cui collata eſt a domino poteſtas ligandi atque ſoluendi: et quantum ad vos ptinet accuſatio / et ad nos remiſſio: ſit vobis oipotēs deus vita et ſalus / et oim peccatorū veſtrorum pius indultor. Qui viuit et regnat cum deo patre Deīde ſurgāt oēs a proſtratione / oſculantes terram vel formulas: ſacerdote dicēte Oremus / ꝛc. Deinde fiat benedictio cinerum: ſine Dominus vobiſcum. et ſine Qui viuit. a ſacerdote ad orientem conuerſo.

Omnipotens ſempiterne deus: qui miſereris oim / et nichil odiſti eorum que feciſti: diſſimulans peccata hominū propter penitentiā: qui etiā ſubuenis in neceſſitate laborātib⁹: bene✠dicere et ſancti✠ficare hos cineres dignare: quos cauſa humilitatis et ſancte religionis / ad emundanda delicta noſtra / ſup capita noſtra more niniuitarū ferre conſtituiſti: et da per inuocationem ſancti tui nominis: vt omnes qui eos ad deprecandam miam tuā ſup capita ſua tulerint: a te mereantur oim delictorum ſuorum veniam percipere et hodie ſic eorum inchoare ſancta ieiunia: vt in die reſurrectiōis / purificatis mētibus / ad ſanctum mereantur accedere paſcha: et in futuro / perpetuam accipere gloriam. Per dñm. Hic aſpergat aqua bñdicta ſuper cineres. Deinde dr Dominus vobiſcū / et Oremus. Oro.

Deus qui non mortē / ſed penitentiā deſideras peccatorum: fragilitatē cōditionis humane benigniſſime reſpice: ꝛ hos cineres quos cauſa preferende humilitatis / atque promerende venie / capitibus noſtris imponi decreuimus bene✠dicere et ſancti✠ficare pro tua pietate digneris: vt qui nos cineres eſſe monuiſti: et ob prauitatis noſtre meritū in puluerē reuerſuros cognoſcim⁹: peccatorū omniū veniam ꝛ premia penitētib⁹ repromiſſa miſericorditer conſequi mereamur. Per. Poſtea diſtribuātur cineres ſup capita clericorū ꝛ laicorū a dignioribus pſonis: et ſigno Crucis cineribus ſignēt ſic dicēdo. Memēto hō q̄ cinis es: et in cinerē reuerteris. In noīe pris / et filij / et ſpiritus ſancti Amē. et interī cātent ſequētes Añe. Exaudi nos dñe qm̄ benigna eſt mīa tua: ſcḋm multitudinē miſerationū tuarum reſpice nos dñe.

Ps. Saluũ me fac deus: quoniã intrauerunt aque vſqꝫ ad animam meam. Nõ dr̄ niſi primꝰ v. pſ. ſed ſtatī ſequat᷑ Gloria. Deide repetat᷑ Aña. Exaudi. Alia Añ. Iuxta veſtibulũ et altare plorabãt ſacerdotes et leuite miniſtri dñi dicentes: parce dñe parce pplo tuo: et ne diſſipes ora clamantiũ ad te dñe. Alia Añ. Immutemur habitu in cinere et cilicio: ieiunemꝰ et ploremꝰ ãte dñm: quia multũ miſericors eſt dimittere pctã noſtra deus noſter. Peracto hoc Offici. dicat ſacer. ad grad chori Dñs vob. Oremꝰ. Oro

Deus qui iuſte iraſceris ⁊ clementer ignoſcis: afflicti populi tui lachrymas ſuſcipe: ⁊ iram tue indignationis quam iuſte meretur / propitiatus auerte. Per chriſtum. Alia Oratio. cum Oremus

Concede nobis queſumꝰ domine pſidia militie chriſtiane / ſic ſanctis inchoare ieiunijs: vt cõtra ſpiritales nequitias pugnaturi: continentie muniamur auxilijs. Per. ¶ Eiectis penitentibꝰ (vt patet Officium in proceſſionalibꝰ) incipiatur Miſſa hoc modo Offīm

Miſereris omniũ domine et nichil odiſti eorũ que feciſti. diſſimulãs peccata hominũ propter penitẽtiam / et parcẽs illis: quia tu es dñs deus noſter. Ps. Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. Non repetat᷑ Offi. ſed ſtatī ſequat᷑ Gloria patri. Dicto Kyriel. ſacer. dicat Dñs vobiſcũ et Oremꝰ. et poſtea dicat diaconus Flectamus genua et tunc oẽs genu flectent. Deinde diacono dicente ſic Leuate: ſurgãt oẽs / oſculantes formulas. Oratio

Preſta qs domine fidelibus tuis: vt ieiuniorum veneranda ſolemnia: ⁊ congrua pietate ſuſcipiant: et ſecura deuotiõe percurrant. Per. Ab hac die vſqꝫ ad cenã domini in oĩbus miſſis de ieiunio fiat memoria pro penitentibꝰ cum hac oratiõe. Exaudi queſumꝰ domine ſuppli. vt patet in fine libri. Hac die et tribꝰ diebus ſequẽtibus quiqꝫ dicũtur oratiões: ſicut in prima do. Aduen. dñi ſupra dictũ eſt

Lectio Iohelis prophete. ij.

Hec dicit dominus. Cõuertimini ad me in toto corde veſtro: in ieiunio / et fletu / et plãctu: ⁊ ſcindite corda veſtra / et nõ veſtimẽta veſtra. Et cõuertimini ad dñm deum veſtrum: quia benignꝰ ⁊ miſericors eſt: patiens et multe mie / ⁊ preſtabilis ſup malicia. Quis ſcit ſi conuertat᷑ et ignoſcat deus: et relinquat poſt ſe benedictionẽ / ſacrificiũ et libamen: dño deo noſtro Canite tuba in ſyon: ſanctificate ieiunium: vocate cetum: cõgregate populum: ſanctificate eccleſiã. Coadunate ſenes: cõgregate paruulos / ⁊ ſugentes vbera. Egrediatur ſponſus de cubili ſuo: et ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulum ⁊ altare / plorabunt ſacerdotes miniſtri dñi / et dicent. Parce dñe parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobriũ: vt dominent᷑ eis nationes. Quare dicunt in populis: vbi eſt deus eorum / zelatus eſt dñs terram ſuam: ⁊ pepercit populo ſuo. Et reſpondit dñs: ⁊ dixit populo ſuo. Ecce ego mittam vobis frumētū/⁊ vinū/⁊ oleū:⁊ replebimini in eis:et nō dabo vos vltra oppꝛopꝛiū in gētibꝰ Dicit dn̄s oṗs Gr. Miſerere mei deus miſerere mei quoniam in te cōfidit anima mea. ℣. Miſit de celo et liberauit me: dedit in oppꝛobꝛium conculcātes me. Chorꝰ alternatim dicat Tractus.

Domīe non ſecūdū peccata noſtra que fecimꝰ nos:neqꝫ ſecūdū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Dn̄e ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquarū cito anticipēt nos mie tue:quia pauperes facti ſumꝰ nimis. Hic nō fiat genuflexio cū dr̄ ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter:et pꝛopter gloꝛiā nois tui dn̄e libera nos et pꝛopicius eſto pctīs noſtris pꝛopter nomē tuū. Iſte Tractꝰ dr̄ oī ſcd̄a feria et. vj. fer. ad miſ. de ieiunio/vſqꝫ ad cenā dn̄i ¶ Scd̄z matheū vj

In illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſciplis ſuis. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Exterminant enī facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis:quia receperūt mercedē ſuam Tu autem cum ieiunas: vnge caput tuum/⁊ faciem tuam laua:ne videaris hoībus ieiunās:ſed patri tuo qui eſt in abſcondito : et pater tuus qui videt in abſcondito/ reddet tibi Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra:vbi erugo et tinea demolitur: et vbi fures effodiunt et furantur. Theſaurizate autem vobis theſauros in celo : vbi neqꝫ erugo neqꝫ tinea demolit̄ : et vbi fures non effodiūt neqꝫ furant̄ Vbi enim eſt theſaurꝰ tuus: ibi eſt et coꝛ tuum. Offr. Exaltabo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. dn̄e clamaui ad te et ſanaſti me. ℣. Dn̄e abſtraxiſti ab inferis animā meam:ſaluaſti me a deſcendentibus in lacum. Secreta.

Hac nos dn̄e q̄s his muneribus offerendis/ conuenienter aptari:quibus ipſius venerabilis ieiunij/ celebꝛamus exoꝛdium. Per. Pꝛefatio Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Hec Pꝛefatio dr̄ in oī miſſa de ieiunio/vſqꝫ ad cenā dn̄i: et Flectamus genua Leuate:et Humiliate capita veſtra deo. Cōio. Qui meditabitur in lege dn̄i die ac nocte : dabit fructū ſuū in tempoꝛe ſuo . Poſtcō.

Percepta nobis dn̄e pꝛebeāt ſacramenta ſubſidium: vt et tibi grata ſint noſtra ieiunia : et nobis pꝛoficiāt ad medelam. Per. Finitis Poſtcōionibꝰ: pꝛeter illā q̄ dicetur ſuper populū ſic/ Per oīa ſecula ſeculoꝛum. ℟. Amen. dicat ſacerdos. Oꝛemus. Deinde dicat diaconus: Humiliate capita veſtra deo. Super populum. Oꝛatio.

Inclinantes ſe dn̄e maieſtati tue pꝛopiciatꝰ intende : vt qui diuino munere ſunt refecti:celeſtibus ſemper nutriant̄ auxilijs Per do. Et ſic miſſa/cum Benedicamus domino finiatur.

¶ Feria. v. Ad miſſam Officium

Cum clamarem ad dominū exaudiuit vocē meam / ab his qui appinquant michi: et humiliauit eos qui eſt an te ſecula/ et manet ineternū: iacta cogitatū tuū in dn̄o: et ipſe te enutriet. ps. Exaudi de⁹ orationē meā: et ne deſpexeris deprecationē meā. intēde michi: et exaudi me. Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oro.

Deus qui culpa offenderis/ penitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propicius reſpice: et flagella tue iracundie/ q̄ pro peccatis noſtris meremur: propiciatus auerte. Per dominū noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat.

Lectio Iſaie prophete. xxxviij

In diebus illis. Egrotauit ezechias vſqꝫ ad mortem: et introiuit ad eū iſaias filius amos propheta/ et dixit ei. Hec dicit dn̄s. Diſpone domui tue: quia morieris tu/ et non viues: Et cōuertit ezechias faciē ſuā ad parietē: ⁊ orauit ad dn̄m/ et dixit. Obſecro dn̄e/ memēto queſo quomodo ambulauerim coram te in veritate/ ⁊ in corde perfecto: et quod bonum eſt in oculis tuis/ fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum eſt verbū domini ad iſaiam prophetam/ dicens. Vade: et dic ezechie. Hec dicit dn̄s deus dauid patris tui. Audiui orationē tuā: et vidi lachrimas tuas Ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos: et de manu regis aſſyriorꝝ eruam te/ et ciuitatem iſtam: et protegam eam/ dicit dn̄s oīpotens. Gr. Iacta cogitatum tuum in domino: et ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dn̄m exaudiuit vocem meam/ ab his qui appropinquant michi. Repetat̄ Grad̄.

¶ Secundum Matheum. viij.

In illo tempore Cum introiſſet ieſ⁹ capharnaū: acceſſit ad eum centurio/ rogans eū et dicēs. Dn̄e: puer meus iacet in domo paralitic⁹ et male torquetur. Et ait illi ieſus. Ego veniā et curabo eū. Et reſpōdens centurio: ait. Dn̄e: non ſum dignus vt intres ſub tectum meū ſed tantum dic verbo/ ⁊ ſanabitur puer me⁹. Nam et ego homo ſum ſub poteſtate cōſtitut⁹ habens ſub me milites: et dico huic vade/ et vadit: et alio veni/ et venit: et ſeruo meo fac hoc/ ⁊ facit. Audiens autē ieſus/ miratus eſt: et ſequētibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantā fidem in iſrael. Dico autē vobis: ꝙ multi ab oriēte et occidēte venient/ et recumbent cū abrahā/ iſaac/ ⁊ iacob in regno celorum. Filij autem regni/ eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit flet⁹/ et ſtridor dentiū Et dixit ieſus cēturioni Vade: ⁊ ſicut credidiſti/ fiat tibi Et ſanat⁹ eſt puer: in illa hora. Offr.

Ad te dn̄e leuaui aīam meam: deus meus in te cōfido nō erubeſcam: neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui te expectant non cōfundent̄. ℣. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es deus ſalutaris meus/ et te ſuſtinui tota die. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e munera q̄ dediſti: vt et creationis tue circa mortalitatē noſtram teſtificētur auxilium: et remedium nobis immortalitatis operentur. Per.

[illegible]. Quis comparabit te. ¶ Com. Acceptabis sacrificium iusticie oblatiões et holocausta super altare tuum domine.

QUos de fidelib⁹ tuis possessos domie q̃s/ et sine cessatione capere paschalia sacramenta: ⁊ desiderāter expectare ventura: vt in mysteriis quib⁹ renouati sunt permanentes: ad nouam vitam his operibus perducantur. Per dñm.

Super populū Oremus humiliate capita vestra deo. Oratio.

PArce dñe parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus/ in tua miseratione respiret. Per. ¶ Feria sexta in capite ieiunij. Ad missam Officium.

AUdiuit dñs et miserit⁹ est michi: dñs fact⁹ est adiutor meus. Ps. Exaltabo te dñe quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Gloria patri. Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.

INchoata ieiunia quesum⁹ dñe benigno fauore prosequere: vt obseruantiā quam corporaliter exhibemus: mentibus etiam sinceris exercere valeam⁹. Per dominū. Lectio Isaie prophete. lviij

HEc dicit dñs deus. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. Et annūcia populo meo scelera eorum: ⁊ domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem querūt: et scire vias meas volunt. quasi gens que iusticiam fecerit: et que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogāt me iudicia iusticie: et appropinquare deo volūt. Quare ieiunauimus/ et non aspexisti: humiliauimus animas nostras/ et nescisti. Ecce in die ieiunij vestri inuenit voluntas vra: et oēs debitores vestros/ repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hāc diem: vt audiat in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi/ per diem affligere hominē aīam suam. Nunquid contorquere quasi circulum caput suum: et saccum et cinerē sternere. Nunquid istud vocabis ieiuniū: ⁊ diem acceptabilē dño. Nōne hoc est magis ieiuniū quod elegi. Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimētes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos: et oē onus disrumpe. Frange esurienti panē tuū: et egenos vagosq; induc in domū tuā. Cū videris nudū/ operi eū: et carnē tuā ne despexeris. Tūc erūpet quasi mane lumē tuū: et sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciē tuā iusticia tua: et gloria dñi colliget te. Tunc inuocabis et dñs exaudiet: clamabis et dicet ecce assū. Quia misericors sū: dñs de⁹ tu⁹. Gr. Unā petii a dño hāc requirā: vt inhabitē i domo dñi. V. Ut videā volūtatē dñi: et protegar a templo sancto eius. Tract⁹.

DOmine non secundum peccata nostra que fecimus nos: neq; secūdū iniquitates nostras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatū nostrarū ātiquarū: cito anticipēt nos mie tue: quia pauperes facti sumus nimis. Hic non fiat genuflexio cum dicitur V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui dñe libera nos: et propicius esto petis nostris propter nomē tuū.

¶ Secūdum Matheum. v. et. vi.

In illo tempoꝛe Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis quia dictum eſt. Diliges pꝛoximū tuum: et odio habebis inimicū tuū. Ego autem dico vobis: diligite inimicos veſtros benefacite his qui oderūt vos: ꝛ oꝛate pꝛo perſequētibus et calumniātibus vos. vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt: qui ſolem ſuum oꝛiri facit ſup bonos et malos: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos Si enim diligitis eos qui vos diligunt: quā mercedem habebitis? Nōne et publicani hoc faciunt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum: quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo et vos perfecti: ſicut ꝛ pater veſter celeſtis perfectus eſt. Attendite ne iuſticiā veſtram faciatis coꝛam hominibus: vt videamini ab eis Alioquin mercedem non habebitis: apud patrē veſtrum qui in celis eſt. Cum ergo facis elemoſinā: noli tuba canere ante te/ ſicut hypocrite faciūt in ſynagogis et in vicis: vt honoꝛificentur ab hominibus. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. Te autem faciente elemoſinā: neſciat ſiniſtra tua/ quid faciat dextera tua: vt ſit elemoſina tua in abſcondito: et pater tuus qui videt in abſcōdito/ reddet tibi. Et cum oꝛatis: non eritis ſicut hypocrite/ qui amant in ſynagogis ꝛ in angulis platearum ſtātes oꝛare: vt videātur ab hominibus. Amen dico vobis: receperūt mercedē ſuam. Tu autē cum oꝛaueris: intra in cubiculum tuum: et clauſo oſtio/ oꝛa patrem tuum in abſcondito: et pater tuus qui videt in abſcondito/ reddet tibi. Offr. Dñe viuifica me ſecundū eloquium tuū: vt ſciam teſtimonia tua. V. Fac cum ſeruo tuo dñe: ſecundum magnā miſericoꝛdiā tuam: et ne auferas de oꝛe meo verbū veritatis. Secr.

Sacrificium dñe obſeruātie quadꝛageſimalis offerimꝰ: pꝛeſta q̄s: vt et tibi mentes noſtras reddet acceptas: et cōtinentie pꝛōptioꝛis nobis tribuat facultatem. Per dominū noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. Cōio. Seruite domino in timoꝛe: et exultate ei cum tremoꝛe. appꝛehendite diſciplinam: ne pereatis de via iuſta. Poſtcōio.

Tribue nobis q̄s oīpotēs deus: vt dona celeſtia que debito frequētamus obſequio: ſalutaria nobis iugiter ſentiamus. Per dnm̄ noſtrum ieſum chꝛiſtū filium tuum. Qui tecum viuit. ꝛc. Super populum Oꝛemus. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛatio.

Tuere dñe populum tuū/ et ab oībus peccatis clementer emunda: quia nulla ei nocebit aduerſitas ſi nulla dominetur iniquitas. Per dominū noſtrum ieſum chꝛiſtum ¶ Sabbato poſt Cineres Ad miſſam Officium.

Audiuit dñs et miſertꝰ eſt mihi: dñs factus eſt adiutoꝛ meus. Ps. Exaltabo te dñe quoniā ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Glĩa patri. Flectamus genua Levate. Oro.

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris ⁊ concede: vt hoc ſolemne ieiuniū/ quod aīabus corporibuſqꝫ curādis ſalubriter inſtitutum eſt: deuoto ſeruitio celebremus. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio Iſaie prophete. lviii

Hec dicit dñs. Si abſtuleris de medio tui cathenā: et deſieris digitum extendere et loqui quod non prodeſt. Cum effuderis eſurienti animā tuam: et animam afflictā repleueris. orietur in tenebris lux tua: et tenebre tue erunt ſicut meridies. Et requiem dabit tibi dñs deus tuus ſemper: et implebit ſplēdoribꝰ animā tuam/ ⁊ oſſa tua liberabit Et eris quaſi ortꝰ irriguus: et ſicut fons aquarū cuius non deficient aque. Et edificabuntur in te deſerta ſeculoꝝ: fundamēta generationis et generatiōis ſuſcitabis Et vocaberis edificator ſepium: auertens ſemitas iniquitatum. Si auerteris a ſabbato pedē tuum: facere volūtatē tuam in die ſancto meo: et vocaberis ſabbatū delicatum/ et ſanctum domini glorioſum: ⁊ glorificaueris eum dum non facis vias tuas: et nō inuenietur voluntas tua vt loquaris ſermonē: tunc delectaberis ſuper dño et ſuſtollam te ſuper altitudinē terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi locutum eſt hec: ait dñs oīpotēs. Gr. Unā petii a dño hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi. ℣. Ut videā voluntatē dñi: et protegar a templo ſancto eius.

¶ Secundum Marcum. vi.

In illo tempore. Cum ſero eſſet factum: erat nauis in medio maris: et ieſꝰ ſolus in terra. Et vidit diſcipulos ſuos laborātes in remigādo: erat enī ventus cōtrariꝰ eis. Et circa quartam vigiliam noctis/ venit ad eos ambulans ſupra mare: et volebat preterire eos. At illi vt viderūt eū ſupra mare ambulātē: putauerūt fantaſma eſſe/ et exclamauerunt. Omnes enim eum viderūt: et conturbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis: et dixit illis. Cōfidite: ego ſum/ nolite timere. Et aſcēdit ad illos in nauim: et ceſſauit ventus: ⁊ plus magis intra ſe ſtupebāt. Nō enī intellexerūt de panibꝰ: erat enī cor illorū obcecatū. Et cū tranſfretaſſent: venerunt in terrā genezareth/ et applicuerūt. Cumqꝫ egreſſi eſſent de naui: continuo cognouerunt eum. Et percurrentes vniuerſam regionē illam: ceperūt in grabatis eos qui ſe male habebant circunferre/ vbi audiebant eū eſſe. Et quocunqꝫ introibat in vicos/ vel in villas/ aut ciuitates: in plateis ponebāt īfirmos: ⁊ deprecabant̄ eū/ vt vel fimbriā veſtimēti eius tāgerēt Et quotquot tāgebāt eū/ ſalui fiebant. Offer. Dñe viuifica me ſecundum eloquiū tuū: vt ſciā teſtimonia tua. ℣. Da mihi intellectū/ vt diſcam mādata tua: et volūtaria oris mei fac mihi in bñplacito tuo dñe. Secreta.

Prepara nos dñe qs huius votiuis abſtinentie officijs:

vt hec ſacrificia veneráda: ſobꝛiis ſemp̄ mētibꝰ celebꝛemꝰ. Per dñm. Prefatio. Qui corpoꝛali ie. Cõio. Seruite dño in timoꝛe: et exultate ei cum tremoꝛe. appꝛehendite diſciplinã ne pereatis de via iuſta. Poſtcõio.

Celeſtis vite munere vegetati q̄s domine deus noſter: vt quod eſt nobis in preſenti vita myſterium: fiat eternitatis auxilium. Per Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Hac nos q̄s dñe ſalutis noſtre cauſas: et deuotis ſemper frequentare ſeruitiis: et deuotius recolere/ pꝛincipaliter inchoatas. Per dominũ ¶ Dñica .j. quadrageſime. Ad miſſam Officium

Inuocauit me/ et ego exaudiã eũ: eripiam eum/ ⁊ gloꝛificabo eũ: lõgitudine dierũ/ adimplebo eũ. Ps. Qui habitat in adiutoꝛio altiſſimi: in protectione dei celi commoꝛabitur. Oratio.

Deus qui eccleſiã tuam annua quadꝛageſimali obſeruatiõe purificas: p̄ſta familie tue: vt qđ a te obtinere abſtinẽdo nitit̃ hoc bonis operibꝰ exequat̃. Per dominũ noſtrũ. Ad Coꝛinthios. ij. vj.

Fratres. Hoꝛtamur vos ne in vacuũ gratiã dei recipiatis. Ait enĩ. Tẽpoꝛe accepto/ exaudiui te: et in die ſalutis/ adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes vllam offenſionem: vt non vituperetur miniſteriũ noſtrum. Sed in oibus exhibeamus noſmetipſos/ ſicut dei miniſtros. In multa patientia. in tribulationibꝰ. in neceſſitatibꝰ. in anguſtiis. in plagis. in carceribꝰ. in ſeditionibꝰ. in laboꝛibus. in vigiliis. in ieiuniis. In caſtitate. in ſciẽtia. in lõganimitate. in ſuauitate. in ſpũ ſctõ. In caritate nõ ficta: in v̄bo veritatis: in v̄tute dei. Per arma iuſticie: a dextris et a ſiniſtris. Per gl̃iam/ et ignobilitatẽ: per infamiã/ et bonã famã. Ut ſeductoꝛes/ et veraces. Sicut q̄ ignoti/ et cogniti. Quaſi moꝛiẽtes et ecce viuimꝰ. Ut caſtigati/ et non moꝛtificati: quaſi triſtes ſemp̄ aũt gaudẽtes Sicut egẽtes mltos aũt locupletãtes. Tanq̄ nihil habẽtes et oĩa poſſidẽtes. Gr. Angelis ſuis mãdauit de te: vt cuſtodiãt te in oibus viis tuis. V. In manibꝰ poꝛtabũt te: ne vnq̄ offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ.

Tractꝰ

Qui habitat in adiutoꝛio altiſſimi: in protectione dei celi cõmoꝛabit̃. Dicet dño ſuſceptoꝛ meus es tu: et refugiũ meũ deus meꝰ ſperabo in eũ. Quoniã ipſe liberauit me de laqueo venãtiũ: et a verbo aſpero. Scapulis ſuis obũbꝛabit tibi: et ſub pẽnis eiꝰ ſperabis. Scuto circũdabit te veritas eiꝰ: nõ timebis a timoꝛe nocturno. A ſagitta volãte per diem/ a negotio perãbulãte in tenebꝛis: a ruina et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille/ et decẽ milia a dextris tuis: tibi autem nõ appꝛopinquabit. Quoniã angelis ſuis mãdauit de te: vt cuſtodiãt te in oibus viis tuis. In manibꝰ poꝛtabũt te: ne vnq̄ offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuum. Super aſpidẽ et baſiliſcũ ambulabis: et cõculcabis leonẽ et dꝛaconem. Quoniã in me ſperauit liberabo eũ: pꝛotegam eũ/ quoniã cognouit nomẽ meũ.

Inuocabit me/ et ego exaudiã eũ: cũ ipſo ſum in tribulatiõe. Eripiã eũ/ et glorificabo eũ. lõgitudine dierũ adimplebo eum: et oſtẽdã illi ſalutare meũ. ¶ Secundum Matheum. iiij.

In illo tempoꝛe. Ductus eſt ieſus ĩ deſertũ a ſpũ: vt tẽptaretur a diabolo. Et cũ ieiunaſſet quadꝛaginta diebus et quadꝛagita noctib⁹: poſtea eſuriit. Et accedens tẽptatoꝛ/ dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiant. Qui reſpõdẽs dixit. Scriptũ eſt. Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod pꝛocedit de oꝛe dei. Tunc aſſumpſit eum diabol⁹ in ſanctam ciuitatem: ⁊ ſtatuit eum ſupꝛa pinnaculũ templi/ ⁊ dixit ei. Si filius dei es: mitte te deoꝛſum. Scriptũ eſt enim/ quia angelis ſuis mãdauit de te: et in manibus tollent te: ne foꝛte offendas ad lapidem pedẽ tuum. Ait illi ieſus rurſum. Scriptum eſt: Non temptabis dñm deum tuum. Iterum aſſumpſit eũ diabol⁹ in mõtem excelſũ valde: et oſtendit ei oĩa regna mũdi et gloꝛiam eoꝛum: et dixit illi. Hec oĩa tibi dabo: ſi cadens/ adoꝛaueris me. Tunc dixit ei ieſus Uade ſathana Scriptũ eſt enĩ Dñm deũ tuũ adorabis: et illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eum diabol⁹: et ecce angeli acceſſerunt: et miniſtrabant ei. Offer. Scapulis ſuis obumbꝛabit tibi dñs: et ſub pennis eius ſperabis: ſcuto circundabit te veritas eius. Secreta.

Sacrificiũ quadꝛageſimalis initij ſolenniter immolam⁹ te dñe depꝛecãtes: vt cum epularũ reſtrictiõe carnaliũ: a noxijs quoq; voluptatib⁹ temperemur. Per. Pꝛefatio quoti. Cõio. Scapulis ſuis obũbꝛabit tibi: et ſub pẽnis ei⁹ ſperabis. ſcuto circũdabit te veritas eius. Poſtcõ.

Tui nos dñe ſacramenti libatio ſancta reſtauret: et a vetuſtate purgatos: in myſterij ſalutaris faciat tranſire conſoꝛtium. Per. ¶ Feria .ij. poſt Inuocauit Ad miſſam Officium.

Sicut oculi ſeruoꝛũ in manib⁹ dñoꝛum ſuoꝛũ: ita oculi noſtri ad dñm deum noſtrum/ donec miſereatur noſtri. miſerere nobis dñe: miſerere nobis. ps. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Flectamus genua leuate. Oratio.

Conuerte nos de⁹ ſalutaris noſter: et vt nobis ieiunium quadꝛageſimale pꝛoficiat: mentes noſtras celeſtibus inſtrue diſciplinis. Per. Ab hac die vſq; ad cenã dñi/ in omni miſſa de ieiunio: dicũtur ſeptem oꝛationes ſicut in do. j. aduentus dñi ſupꝛa dictũ eſt. Lectio Ezechielis pꝛophete. xxxiiij.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipſe requirã oues meas: et viſitabo illas/ ſicut viſitat paſtoꝛ gregem ſuum: in die quãdo fuerit in medio ouiũ ſuarũ diſſipatarũ. Sic viſitabo oues meas: et liberabo eas de oĩbus locis in quibus diſperſe fuerãt/ in die nubis ⁊ caliginis. Et educam eas de populis: et congregabo eas de terris. Et indu cam eas ī terram ſuam: et paſcam eas in montibus iſrael / in riuis et in cunctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis paſcam eas: et in mōtibus excelſis iſrael erunt paſcue earum. Ibi requieſcēt in herbis virētibꝰ: ⁊ in paſcuis pinguibus paſcent̃ ſuper montes iſrael. Et ego paſcam oues meas: ⁊ ego eas accubare faciam: dicit dñs deus Quod perierat / requirā: et qđ abiectū fuerat / reducā: et quod cōfractum fuerat / alligabo: et quod infirmū fuerat / cōſolidabo: et quod pingue et foꝛte / cuſtodiā: et paſcā illas in iudicio et iuſticia: dicit dñs omnipotens. Grad. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutum: exaudi pꝛeces ſeruoꝛum tuoꝛum. Tractus.

Domine nō ſecundū peccata noſtra que fecimus nos: neqꝫ ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣ꝰ. Dñe ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquarū: cito anticipent nos mīe tue: quia pauperes facti ſumus nimis. Hic non fiat genuflexio. cum dicitur ℣. Adiuua nos deꝰ ſalutarꝭ noſter: et pꝛopter gl̃iaꝫ noīs tui dñe libera nos: et pꝛopiciꝰ eſto peccatis noſtris / pꝛopter nomen tuum.

¶ Secundum Matheum. xxv.



In illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipl̃is ſuis. Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua / et oēs angeli eius cum eo: tunc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſue. Et cōgregabūtur ante eum oēs gētes: et ſeparabit eos ab inuicē: ſicut paſtoꝛ ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet oues quidem a dextris ſuis: hedos autem a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eiꝰ erunt. Uenite benedicti patris mei: poſſidete paratum vobis regnum / a cōſtitutiōe mundi. Eſuriui enim: ⁊ dediſtis mihi manducare. Sitiui: et dediſtis michi bibere. Hoſpes eram: et collegiſtis me. Nudus: ⁊ operuiſtis me. Infirmꝰ et viſitaſtis me. In carcere erā: et veniſtis ad me. Tunc reſpōdebūt ei iuſti / dicentes. Domine quando te vidimus eſurientē / et pauimus: ſitientem / ⁊ dedimus tibi potum? Quando autē te vidimus hoſpitē et collegimus te: aut nudum et cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum / aut in carcere: ⁊ venimus ad te? Et reſpondens rex dicet illis. Amen dico vobis: ꝙdiu feciſtis vni de his fratribꝰ meis minimis: michi feciſtis. Tunc dicet et his / qui a ſiniſtris eius erūt. Diſcedite a me maledicti / in ignē eternū: qui paratꝰ eſt diabolo et angelis eius. Eſuriui enim: et non dediſtis michi mãducare. Sitiui: et nō dediſtis michi potū. Hoſpes eram et non collegiſtis me. Nudꝰ: et nō operuiſtis me. Infirmus / et in carcere: et non viſitaſtis me. Tunc reſpondebūt ei et ipſi / dicentes. Dñe quādo te vidimꝰ eſuriētē / aut ſitiētē / aut hoſpitē / aut nudū / aut infirmū / vel in carcere / ⁊ nō miniſtrauimus tibi? Tūc reſpōdebit illis / dicēs. Amē dico vobis: ꝙdiu nō feciſtis vni de minoꝛibꝰ his: nec michi feciſtis. Et ibūt hi in ſuppliciū eter nũ:iuſti autẽ in vitã eternã. Offr. Leuabo oculos meos:et conſiderabo mirabilia tua.dñe vt doceas me iuſticiam tuã: da michi intellectũ vt diſcã mãdata tua. ℣. Legẽ pone mihi dñe et viã iuſtificationũ tuarũ exquirã/ et in pꝛeceptis tuis exercebo2. Secreta.

Accepta tibi ſit dñe q̃s nr̃e deuotionis oblatio: que et ieiunium noſtrũ te operante ſanctificet:et indulgẽtiã nobis tue conſolationis obtineat. Per. Pꝛefatio Qui coꝛpoꝛali. Cõio. Uoce mea ad dominũ clamaui: et exaudiuit me de mõte ſancto ſuo:non timebo milia populi circundantis me. Poſtcõio.

Proſint nobis domine q̃s frequẽtata myſteria: que nos et a cupiditatibꝰ terrenis expediãt et inſtruãt amare celeſtia. Per dominum. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛatio.

Abſolue q̃s dñe nr̃oꝛũ vincula pctõꝛũ: ⁊ quicquid pꝛo eis meremur: ꝓpiciatꝰ auerte. Per

¶ Fer.iij.poſt Inuocauit. Officiũ

Domine refugiũ factꝰ es nobis / a generatiõe et pꝛogenie: a ſeculo et i ſeculũ tu es. ps. Priuſq̃ mõtes fierent: aut foꝛmarẽ terra et oꝛbis. Non dicit᷑ vlterius Flectamꝰ genua leua. Orõ.

Reſpice dñe familiã tuam/et pꝛeſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat/ q̃ ſe carnis maceratione caſtigat. Per dominũ. Lectio Iſaie pꝛophete. lv.

In diebus illis. Locutus eſt iſaias ꝓpheta dicẽs. Querite dñm/dum iueniri poteſt: inuocate eum/dum pꝛope eſt. Dereliquat impiꝰ viã ſuã: et vir iniquus cogitatiões ſuas: et reuertat᷑ ad dñm/ et miſerebit᷑ eius:et ad deũ noſtrũ/ q̃m multꝰ eſt ad ignoſcendũ. Non enĩ cogitatiões mee/cogitatiões veſtre:neq3 vie mee/vie veſtre dicit dominꝰ Quia ſicut exaltant᷑ celi a terra:ſic exaltate ſunt vie mee/ a vijs vr̃is:et cogitationes mee/ a cogitationibꝰ vr̃is. Et quõ deſcendit imber et nix de celo/ et illuc vltra non reuertitur:ſed inebꝛiat terrã/et infundit eam ⁊ germinare eã facit: ⁊ dat ſemen ſerẽti/et panẽ comedẽti: ſic erit verbũ meũ / qđ egrediet᷑ de oꝛe meo. Nõ reuertet᷑ ad me vacuũ ſed faciet quecũq3 volui: ⁊ ꝓſperabit᷑ in his/ ad q̃ miſi illud. Ait dñs oĩpotens Gr. Dirigat᷑ oꝛatio mea ſicut incenſũ:in conſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ: ſacrificiũ veſpertinũ. Scd̃m Matheum. xxj.



In illo tp̃e. Cũ itraſſet ieſꝰ hieroſolymã cõmota ẽ vniuerſa ciuitas dicens. Quis ẽ hic Popli aũt dicebãt. Hic ẽ ieſꝰ ꝓpheta a nazareth galilee. Et ĩtrauit ieſꝰ in tẽplũ dei: et eijciebat oẽs vẽdẽtes ⁊ emẽtes in tẽplo/ ⁊ mẽſas nũmularioꝝ/ ⁊ cathedꝛas vẽdẽtium colũbas/euertit. Et dixit eis. Scriptũ eſt: q̃a domꝰ mea / domꝰ oꝛatiõis vocabit᷑. Vos aũt feciſtis illã ſpelũcã latronũ. Et acceſſerũt ad eũ ceci ⁊ claudi i tẽplo: ⁊ ſanauit eos Uidẽtes aũt pꝛĩcipes ſacerdotũ ⁊ ſcribe mirabilia q̃ fecit: ⁊ pueros clamãtes i tẽplo ⁊ dicẽtes oſãna fi tio dauid: indignati ſūt/ et dixerūt ei. Audis quid iſti dicūt? Jeſus autem dixit eis. Utiqꝫ. Nūꝙ legiſtis: quia ex ore infantiū et lactētiū perfeciſti laudē? Et relictis illis abijt foras extra ciuitatē i bethaniā: ibiqꝫ māſit ⁊ docebat eos de regno dei. Offꝫ. In te ſperaui dñe dixi tu es deus meꝰ in manibꝰ tuis tēpora mea. Illumina faciē tuā ſuper ſeruū tuū: ⁊ ſaluū me fac propter miam tuā: dñe nō cōfundar qm̄ inuocaui te. Secre.

PReſta dñe queſumꝰ: vt dicato muneri/ cōgruētē nr̄e deuotiōis tibi offeramꝰ affectū. Per. Prefa. Qui corpali. Cōio. Cum inuocarē te exaudiſti me deꝰ iuſticie mee i tribulatiōe dilataſti me miſerere mihi dñe: ⁊ exaudi orationē meā Poſtcō.

QUeſumꝰ oīpotēs deus: vt illius ſalutaris capiamus effectū: cuius per hec myſteria pignꝰ accepimꝰ. Per. Super populū Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

AScēdant ad te dñe preces noſtre: ⁊ ab eccleſia tua cūctam repelle nequitiā. Per. ¶ Feria.iiij. quattuor tēporū. xl. Offiñ

REminiſcere miſerationū tuaꝝ dñe/ ⁊ mie tue q̄ a ſeculo ſunt: ne vnq̄ꝫ dominentr̄ nobis inimici nr̄i. libera nos deꝰ iſrael: ex oībꝰ āguſtijs nr̄is. Ps. Ad te dñe leuaui aīam meā: deꝰ meꝰ in te cōfido nō erubeſcā. Oro ſine Dominus vobiſcū. ſed cū Oremꝰ. et Flectamus genua leuate. Oratio.

PReces nr̄as q̄s dñe clemēter exaudi: et cōtra cūcta nobis aduerſātia dexterā tue maieſtatis extēde. Per. Lec. libri Exodi. xxiiij

IN diebus illis Dixit dñs ad moyſen. Aſcēde ad me i mōtem/ ⁊ eſto ibi: daboqꝫ tibi duas tabulas lapideas: et legem ac mādata q̄ ſcripſi: vt doceas filios iſrael. Surrexerūt moyſes et ioſue miniſter eius: aſcendēſqꝫ moyſes in mōtem dei/ ſeniorībꝰ ait Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiſcū. ſi qd natum fuerit queſtionis/ referetis ad eos. Cūqꝫ aſcendiſſet moyſes: operuit nubes montē: ⁊ habitauit gloria dñi ſuper ſinay: tegens illū nube/ ſex diebꝰ. Septimo aūt die: vocauit eum dñs de medio caliginis Erat autē ſpecies glorie dñi/ quaſi ignis ardēs ſup verticē montis: in cōſpectu filiorū iſrael. Ingreſſuſqꝫ moyſes mediū nebule aſcēdit i mōtē: et fuit ibi quadraginta diebus et quadraginta noctibꝰ. Gr. Tribulatiōes cordis mei dilatate ſūt: de neceſſitatibꝰ meis eripe me dñe. ℣. Uide humilitatē meā et laborē meū: ⁊ dimitte oīa pctā mea Nō repetatr̄ gr. ſed ſequatr̄ Dñs vo. et Flectamꝰ ge. le.

DEuotionē populi tui Oro. q̄s dñe benignꝰ intēde: vt q̄ per abſtinētiā macerantur in corpore: per fructū boni operis reficiantur in mēte. Per. Hic dicūtr̄ in more cōſuete. Lectio libri Regū. iij. xix.

IN diebꝰ illis. Uenit helyas in berſabee iuda: et dimiſit ibi puerū ſuū: et perrexit in deſertum/ viam vnius diei. Cumqꝫ veniſſet et ſederet ſubter vnam iuniperū: petiuit anime ſue vt moreretr̄ et ait. Sufficit mihi domine: tolle aīam meam Neqꝫ enī melior ſum q̄ꝫ patres mei. Proiecitqꝫ ſe: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus dn̄i tetigit eum: dixitqꝫ illi. Surge/comede. Et reſpexit Et ecce ad caput ſuū ſubcinericius panis/et vas aque. Comedit ergo et bibit: et rurſum obdormiuit Reuerſuſqꝫ eſt angelus dn̄i ſecundo/ et tetigit eum: dixitqꝫ illi. Surge/ comede: grandis eni tibi reſtat via Qui cum ſurrexiſſet: comedit/⁊ bibit Et ābulauit in fortitudine cibi illiꝰ: quadragita diebꝰ/ et quadragita noctibꝰ: vſqꝫ ad mōtē dei oreb Chorꝰ alternatim dicat Tractū.

De neceſſitatibꝰ meis eripe me dn̄e. vide humilitatē meā et laborē meū: et dimitte oīa pc̄tā mea. ℣. Ad te leuaui aīam meā: deus meꝰ in te cōfido nō erubeſcā: neqꝫ irrideāt me inimici mei. ℣. Eteni vniuerſi qui te expectāt nō cōfundēt: cōfundāt oēs faciētes vana. Et dr̄ iſte tractꝰ in oi iiij. feria. vſqꝫ ad dn̄icā palmarū.

¶ Secundum Matheum. xij.



In illo tempore. Acceſſerūt ad ieſū ſcribe et phariſei: dicētes. Magiſter: volumus a te ſignū videre. Qui reſpondēs/ ait illis Gn̄atio mala et adultera ſignū querit: et ſignū non dabit ei/niſi ſignū ione ꝓphete. Sicut eni fuit ionas in vētre ceti tribus diebus et tribus noctibꝰ: ita erit filiꝰ hoīs in corde terre/ tribus diebus ⁊ tribꝰ noctibꝰ. Uiri niniuite ſurgēt in iudicio cū generatione iſta/et cōdēnabūt eā: quia penitentiā egerūt ĩ p̄dicatiōe ione Et ecce plus ꝙ iona hic Regina auſtri ſurget ĩ iudicio cū gn̄atiōe iſta/⁊ cōdēnabit eā: ꝗa venit a finibꝰ terre/ audire ſapiētiā ſalomonis. Et ecce plus ꝙ ſalomō hic. Cū aūt immūdus ſpūs exierit ab hoīe: ābulat ꝑ loca arida/ querēs requiē/⁊ nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domū meā vnde exiui. Et veniēs/ inuenit eā vacātē: ſcopis mūdatā ⁊ ornatā Tunc vadit/et aſſumit ſeptē alios ſpūs ſecū neq̄ores ſe et intrātes/ habitāt ibi. Et fiūt nouiſſima hoīs illius: peiora prioribꝰ. Sic erit et generationi huic peſſime. Adhuc eo loq̄nte ad turbas: ecce mater eiꝰ et frēs ſtabāt foris/ querētes loqui ei. Dixit aūt ei q̄dā. Ecce mater tua ⁊ frēs tui foris ſtāt/ querentes te. At ipſe reſpōdēs dicēti ſibi ait Que eſt mater mea: ⁊ q̄ ſūt frēs mei? Et extēdēs manū ĩ diſcipl̄os ſuos/ dixit. Ecce mater mea: ⁊ frēs mei. Quicūqꝫ eni fecerit volūtatē pr̄is mei q̄ in celis eſt: ipſe meꝰ frater/ ⁊ ſoror/ ⁊ mater eſt. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. ℣. Pars mea dn̄e dixi cuſtodire legem tuam: p̄catus ſum vultū tuum in toto corde meo. Secreta.

Intēde q̄s dn̄e ſacrificiū ſingulare vt huiꝰ participatiōe myſterij q̄ ſperāda credimꝰ/ expectata ſumamꝰ Per. Prefatio Qui corpali. Cōio. Intellige clamorē meum: intēde voci oratiōis mee/ rex meꝰ et deꝰ meꝰ: qm̄ ad te orabo dn̄e Poſt.

Da q̄s oīps deꝰ: vt reatū (cōio noſtrū munera ſacra purificent: et recte viuendi nobis operētur effectū. Per do. Super populū

Humiliate capita veſtra deo. Oro

Mentes noſtras q̄s dn̄e lumine tue claritatis illuſtra: vt videre poſſimus que agēda ſunt ⁊ que recta ſunt agere valeamus. Per dn̄m. ¶ Feria. v. poſt Inuocauit. Ad miſſam Officium.

Confeſſio et pulchritudo in cōſpectu ei⁹: ſāctitas et magnificētia in ſanctificatiōe eius. Ps. Cantate dn̄o canticū nouum: cantate dn̄o omnis terra. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omp̄s ſēpiterne deus: q̄ in obſeruatiōe ieiunij/ et elemoſinarū largitiōe/ noſtroꝝ poſuiſti remedia pctōrū: concede nos mēte et corpe/ ſemp tibi eſſe deuotos. Per. Lectio Ezechielis prophete. xviij.

In dieb⁹ illis. Factus eſt ſermo dn̄i ad me dicens. Quid eſt qd̄ inter vos hāc parabolā vertitis in ꝓuerbiū iſtud ī terra iſrael dicētes. Patres nr̄i comederūt vuā acerbā: et dētes filioꝝ obſtupeſcūt Viuo ego dicit dn̄s deus: ſi erit vobis vltra parabola hec in ꝓuerbiū in iſrael. Ecce oēs aīe mee ſunt. Ut aīa patris: ita et aīa filij mea eſt. Aīa que peccauerit: ipſa morietur. Et vir ſi fuerit iuſt⁹: ⁊ fecerit iudicium et iuſticiā. in mōtib⁹ nō comederit: et oculos ſuos non leuauerit ad idola dom⁹ iſrael: et vxorē primi ſui non violauerit: ⁊ ad mulierem mēſtruatā nō acceſſerit: et hominē nō cōtriſtauerit: pign⁹ debitori ſuo reddiderit: ꝑ vim nihil rapuerit: panē ſuū eſuriēti dederit: ⁊ nudū operuerit veſtimēto: ad vſurā nō cōmodauerit: ⁊ ampli⁹ nō acceperit: ab iniquitate auerterit manum ſuā. Iudiciū verū fecerit inter virum et virū: et in p̄ceptis meis ambulauerit/ et iudicia mea cuſtodierit/ vt faciat veritatē: hic iuſtus eſt/ et vita viuet: ait dn̄s deus Quod ſi genuerit filiū latronē/ effundētē ſanguinē: et fecerit vnum de iſtis: et hec quidē oīa non facientem/ nūquid viuet? Nō viuet. Cū vniuerſa deteſtāda hec fecerit. morte moriet̄. Sāguis ei⁹/ in ipſo erit. Quod ſi genuerit filiū/ qui videns oīa peccata patris ſui que fecit: timuerit/ et non fecerit ſimile eis. iudicia mea fecerit/ et in p̄ceptis meis ābulauerit: hic non moriet̄ in iniquitate patris ſui: ſed vita viuet. Pater eius quia calūniatus eſt/ et vim fecerit fratri: et malū operat⁹ eſt ī medio populi ſui: ecce mortu⁹ eſt in iniqtate ſua. Et dicitis. Quare non portabit fili⁹ iniquitatē patris ſui? Videlicet/ quia filius iudiciū et iuſticiā operat⁹ eſt: oīa precepta mea cuſtodiuit/ et fecit illa: vita viuet/ ait dn̄s oīpotens. Gr. Cuſtodi me domine vt pupillā oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. V. De vultu tuo iudicium meū: prodeat: oculi tui videant equitatem.

¶ Secundum Johannem. viij.

In illo tempore. Dicebat ieſus ad eos/ qui crediderūt ei ex iudeis. Si vos manſeritis in ſermone meo vere diſcipuli mei eritis: et cognoſcetis veritatem: et veritas liberabit vos.

Reſponderunt ei iudei. Semen abꝛahe ſumus: et nemini ſeruiuimus vnq̄. Quomodo tu dicis / q̄a liberi eritis? Reſpondit eis ieſus. Amen amē dico vobis: q̄a omnis qui facit peccatū / ſeruus eſt peccati Seruus autē non manet in domo in eternū: filius aūt manet in eternū. Si ergo filius vos liberauerit vere liberi eritis. Scio quia filij abꝛahe eſtis: ſed queritis me interficere / quia ſermo meꝰ nō capit in vobis. Ego quod vidi apud patrē meū / loquoꝛ: ⁊ vos q̄ vidiſtis apud patrē veſtrū / facitis. Reſpōderūt ⁊ dixerūt ei. Pater noſter abꝛahā eſt Dicit eis ieſꝰ. Si filij abꝛahe eſtis: opera abꝛahe facite. Nūc aūt queritis me interficere: hoīem qui veritatē locutꝰ ſum vobis / quam audiui a deo. Hoc abꝛaham non fecit Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaq̧ ei. Nos ex foꝛnicatiōe non ſumus nati: vnum patrē habemus deum. Dixit ergo eis ieſus Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiq̧ me. Ego enim ex deo pꝛoceſſi / et veni. Neq̧ enim a meipſo veni: ſed ille me miſit. Quare loq̄lam meā nō cognoſcitis? Quia nō poteſtis audire ſermonē meū Vos ex patre diabolo eſtis: et deſideria patris veſtri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: et in veritate non ſtetit: quia nō eſt veritas in eo Cum loquit̄ mēdaciū: ex pꝛopꝛijs loquit̄ / quia mēdax eſt / et pater eiꝰ Ego aūt quia veritatē dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de pctō? Si veritatē dico vobis quare vos nō creditis michi? Qui ex deo eſt / verba dei audit. Offr. Immittit angelus domini in circuitu timētiū eum / et eripiet eos: guſtate et videte / quoniā ſuauis eſt dominꝰ. V. Benedicā dominū in omni tempoꝛe: ſemper laus eius in oꝛe meo. Secre.

SAcrificia dn̄e q̄s pꝛopenſius iſta nos ſaluent: que medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. Per dn̄m. Pꝛefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiu. Cōio. Panis quē ego dedero: caro mea eſt pꝛo ſeculi vita. Poſtcōio.

TUoꝛū nos dn̄e largitate donoꝛū: et tēpoꝛalibꝰ attolle pꝛeſidijs: ⁊ renoua ſēpiternis. Per dominū. Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio

DA queſumꝰ domie populis chꝛiſtianis / et que pꝛofitentur agnoſcere: et celeſte munus diligere / quod frequentant. Per do.

¶ Feria ſexta quattuoꝛ tempoꝛū quadꝛageſime. Officium.

DE neceſſitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam ⁊ laboꝛem meum: et dimitte oīa peccata mea. Ps. Ad te leuaui animā meam: deus meus in te confido non erubeſcam. Flectamus genua Leuate. Oꝛo.

ESto domine pꝛopicius plebi tue: ⁊ quam tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratus auxilio. Per dominum. ¶ Lectio Ezechielis pꝛophete. xviij.

HEc dicit dominꝰ deus. Anima que peccauerit: ipſa morietur. Filius non poꝛtabit iniquitatem patris: et pater nō poꝛtabit iniquitatem filij. Iuſticia iuſti ſuper eum erit: ⁊ impietas impij erit ſup eū. Si autē impiꝰ egerit penitentiam ab omnib⁹ peccatis ſuis que operat⁹ eſt: et cuſtodierit oīa p̄cepta mea: et fecerit iudiciū ⁊ iuſticiā: vita viuet/ ⁊ non moꝛiet̃. Oīm īiquitatū eius quas operat⁹ eſt/ nō recoꝛdaboꝛ. In iuſticia ſua quam operat⁹ eſt/ viuet. Nūquid volūtatis mee eſt moꝛs impij dicit dn̄s deus: et nō magis vt cōuertat̃ a vijs ſuis/ et viuat? Si autē auerterit ſe iuſtus a iuſticia ſua: et fecerit iniqtatem/ ſcd̄m omnes abhominationes quas operari ſolet impi⁹: nunquid viuet? Oēs iuſticie eius quas fecerat: nō recoꝛdabūtur In pꝛeuaricatiōe ſua qua pꝛeuaricat⁹ eſt: et in pctō ſuo qḋ peccauit: in ipſis morietur. Et dixiſtis. Nō eſt equa via dn̄i. Audite ergo dom⁹ iſrael. Nūquid via mea non eſt equa: et non magis vie veſtre pꝛaue ſunt? Cū enī auerterit ſe iuſt⁹ a iuſticia ſua/ et fecerit iniquitatē: moꝛiet̃ in eis. In iniuſticia ſua quā operatus eſt moꝛiet̃. Et cū auerterit ſe impius ab impietate ſua quā operat⁹ eſt/ ⁊ fecerit iudicium et iuſticiā: ipſe animā ſuam viuificabit. Conſiderās enim/ et auertens ſe ab oībus iniqtatib⁹ ſuis quas operatus eſt vita viuet ⁊ non moꝛiet̃. Dicit dn̄s oīps

Gr. Saluū fac ſeruū tuum: deus meus ſperantē in te. ℣. Auribus percipe domine oꝛationem meam. Tractus

Domine nō ſecūdū peccata noſtra que fecimus nos: neq̃ ſecundū iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Domine ne memineris iniquitatū noſtrarū antiquarū: cito anticipēt nos mīe tue: quia pauperes facti ſumus nimis Hic non fiat genuflexio cum dicit̃ ℣. Adiuua nos de⁹ ſalutaris noſter: et pꝛopter gloꝛiā nominis tui dn̄e libera nos: et pꝛopicius eſto pctīs noſtris/ pꝛopter nomē tuū.

¶ Secundum Johannem. v.



In illo tempoꝛe. Erat dies feſtus iudeorum: et aſcēdit ieſus hieroſolymā Eſt autem hieroſolymis pꝛobatica piſcina: que cognominatur hebꝛaice bethſaida/ quinq̃ poꝛtic⁹ habens In his iacebat mltitudo magna languentiū: cecoꝛū/ claudoꝛū/ aridoꝛ: expectantiū aque motum Angel⁹ autē domini ſcd̄m temp⁹ deſcendebat in piſcinā: et mouebatur aqua. Et quicūq̃ pꝛioꝛ deſcēdiſſet ī piſcinā poſt motionē aque: ſanus fiebat/ a quacūq̃ detinebat̃ infirmitate. Erat aūt qdā homo ibi triginta ⁊ octo annos habēs in infirmitate ſua. Hūc cū vidiſſet ieſus iacentē: et cognouiſſet qa multū iā temp⁹ haberet/ dicit ei. Uis ſanus fieri? Reſpōdit ei lāguidus. Dn̄e: hoīem nō habeo vt cū turbata fuerit aqua: mittat me in piſcinā Dū venio enim ego: alius ante me deſcendit. Dicit ei ieſus Surge/ tolle grabatū tuum/ et ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: et ſuſtulit grabatū ſuum et ambulabat Erat autem ſabbatum in illo die. Dicebāt ergo iudei illi qui ſanatus fuerat. Sabbatum eſt: non licet tibi tollere grabatū tuum. Reſpondit eis. Qui me ſanum fecit/ ille mihi dixit: tolle grabatum tuum ⁊ ambula. Interrogauerūt er go eum. Quis eſt ille homo qui dixit tibi: tolle grabatū tuū et ambula. Is autē qui ſanus fuerat effectus: neſciebat quis eſſet Jeſus autem declinauit a turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eū ieſus in tēplo: ⁊ dixit illi. Ecce ſan⁹ fact⁹ es: iam noli peccare ne deteri⁹ tibi aliquid cōtingat. Abijt ille homo: et nunciauit iudeis: quia ieſus eſſet: qui fecit eum ſanum. Offer. Benedic aīa mea dn̄o: et noli obliuiſci oēs retributiones eius: et renouabit̄ ſicut aquila iuuētus tua. V. Qui propiciatur oībus iniquitatibus tuis: et redemit de interitu vitā tuā qui coꝛonat te in miſeratione et miſericoꝛdia. Secre.

Suſcipe domine q̄s munera nr̄is oblata ſeruitijs: et tua propicius dona ſanctifica. Per do. Prefatio. Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Cōio. Erubeſcant et contubētur oēs inimici mei: auertantur retroꝛſum et erubeſcant valde velociter. Poſtcōio.

Per hu⁹ domīe operationē myſterij: ⁊ vicia noſtra purgentur: et iuſta deſideria cōpleantur. Per do. Super populū. Orō.

Exaudi nos miſericoꝛs deus: et mentibus noſtris / gratie tue lumen oſtende. Per dominum

¶ Sabbato. iiij. tēpoꝛū. xl. Offi.

Intret oꝛatio mea ī conſpectu tuo: inclina aurem tuā ad precē meā. Ps. Dn̄e de⁹ ſalutis mee in die clamaui et nocte coram te. Oēs orōnes ſine Dn̄s vobiſcū dr̄: preter vltimā que eſt ante epiſtolā et ad oēs orōnes dicitur Oꝛemus ſiliter et ad oēs oꝛatiōes dr̄ Flectam⁹ genua. preterq̄ ad vltimam: et omnes lectiones cum ſuis titulis lectantur. Oꝛatio.

Populum tuum q̄ſum⁹ domine propicius reſpice: atq̄ ab eo flagella tue iracundie / clementer auerte. Per dominum.

Lectio libꝛi Deuteronomij. xxvj.

In diebus illis. Locutus eſt moyſes ad dn̄m dicens. Reſpice dn̄e de ſāctuario tuo: et de excelſo celoꝝ habitaculo: et bn̄dic populo tuo iſrael: et terre quā dediſti nobis / ſicut iuraſti pr̄ib⁹ nr̄is: terre lacte ⁊ melle manāti. Audi iſrael. Hodie dn̄s de⁹ tuus p̄cepit tibi: vt facias mādata eius atq̄ iudicia et cuſtodias et impleas ex toto coꝛde tuo / et ex tota aīa tua. Dn̄m elegiſti hodie vt ſit tibi deus: ⁊ ambules in vijs eius. Ut cuſtodias cerimonias illius / ⁊ mādata eius atq̄ iudicia: et obedias eius imperio. En dn̄s elegit te hodie: vt ſis ei populus peculiaris / ſicut locutus eſt tibi: et cuſtodias oīa p̄cepta ei⁹ ⁊ faciet te excelſioꝛē cūctis gētib⁹ / quas creauit in laudē / et nomē / et gloꝛiā ſuā: vt ſis populus ſanct⁹ dn̄i dei tui: ſicut locutus eſt tibi. Gr. Propicius eſto dn̄e peccatis noſtris nequādo dicāt gentes vbi eſt deus eoꝛum V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honoꝛem nōis tui dn̄e libera nos. Non repetat̄ Grad. Oꝛemus Flectamus genua Leuate. Orō.

Deus qui nos per tempoꝛalia ducis ad eterna: pretende miām tuam / ad celeſtia promiſſa nitentibus: et quia tuū eſt quod in te credimus: tuū ſit omne quod viuimus. Per dominū noſtrum.

Lectio libꝛi Deuteronomij. xj.

IN diebus illis. Dixit moyſes filijs iſrael. Si cuſtodieritis mādata que ego pꝛecipio vobis: et feceritis ea/ vt diligatis dominū deū veſtrū: et ambuletis in oībus vijs eiꝰ adherētes ei/ diſperdet dñs oēs gentes iſtas ante faciē veſtrā: et poſſidebitis eas/ que maioꝛes et foꝛtioꝛes vobis ſunt. Oīs locus quē calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto/ et libano/ et flumine magno eufrate/ vſqꝫ ad mare occidētale: erunt termini veſtri. Nullus ſtabit contra vos. Terroꝛem veſtrū et foꝛmidinē/ dabit dominꝰ deus veſter/ ſuper omnē terram: quam calcaturi eſtis: ſicut locutꝰ eſt vobis: dñs deꝰ veſter. Gꝛ. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deꝰ: et reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe deus virtutum: exaudi pꝛeces ſeruoꝛū tuoꝛū. Oꝛemꝰ. Flectamus genua leuate

Oꝛo.

PRotectoꝛ noſter aſpice deus: vt qui maloꝛū nr̄oꝛū pondere pꝛemimur: percepta miſericoꝛdia/ libera tibi mente famulemur. Per dominum noſtrum.

Lectio libꝛi Machabeoꝛum. ij. j.

IN diebus illis. Oꝛationē faciebāt ſacerdotes/ dū offerrēt ſacrificiū pꝛo pplo iſrael ionatha inchoāte: ceteris aūt reſpōdentibꝰ et dicētibꝰ. Benefaciat vobis deus et meminerit teſtamenti ſui: quod ad abꝛaham/ iſaac/ et iacob locutꝰ eſt/ ſeruoꝛū ſuoꝛū fideliū. Et det vobis coꝛ oībus vt colatis eum: et faciatis eius volūtatē: coꝛde magno et animo volenti. Adaperiat dñs coꝛ veſtrū in lege ſua/ et ī pꝛeceptis ſuis: et faciat pacē. Exaudiat dñs oꝛationes veſtras/ et recōcilietꝛ vobis: nec vos deſerat ī tempoꝛe malo: dominꝰ deus noſter. Gꝛ. Cōuertere dñe aliquantulū: et depꝛecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe refugiū factꝰ es nobis: a generatiōe et pꝛogenie. Oꝛemus. Flectamꝰ genua leuate

Oꝛo.

ADeſto qͣs dñe ſupplicationibus noſtris: vt eſſe te largiēte mereamur/ et inter pꝛoſpera humiles: et inter aduerſa ſecuri. Per dominum. Lectio libꝛi ſapientie. Eccleſiaſtici. xxxvj.

MIſerere noſtri deus oīm/ et reſpice nos: et oſtēde nobis lucē miſerationū tuarū ⁊ immitte timoꝛē tuū ſuper gētes/ que nō exquiſierūt te: vt cognoſcāt quia nō eſt deus niſi tu: vt enarrēt magnalia tua. Alleua manū tuam ſuper gentes alienas: vt videāt potentiā tuam. Sicut enī in cōſpectu eoꝛū/ ſāctificatꝰ es in nobis: ſic in cōſpectu noſtro/ magnificaberis in illis vt cognoſcāt te/ ſicut et nos cognouimus: quia non eſt deus pꝛeter te dñe. Innoua ſigna/ ⁊ imuta mirabilia. Gloꝛifica manū: et bꝛachiū dextrum. Excita furoꝛem: et effunde iram. Extolle aduerſariū: et afflige inimicū. Feſtina tēpus et memēto finis: vt enarrēt vniuerſa mirabilia tua: dñe deus nr̄. Gꝛ. Saluū fac populū tuū dñe: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamaui/ deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendentibus in lacum. Oꝛemus. Flectamus genua Leuate.

Oꝛo.

ACtiones noſtras qͣs dñe et aſpirando pꝛeueni/ et adiuuando pꝛoſequere: vt cūcta noſtra operatio/ et a te ſemper incipiat: et per te cepta finiatur. Per dominū

¶ Lectio Danielis prophete. iij.

Angelꝰ dñi deſcẽdit cũ azaria et ſociis eius in fornacẽ et excuſſit flammã ignis de fornace: et fecit mediũ fornacis quaſi vẽtum roꝛis flantẽ. Flãma autẽ diffuſa eſt ſuper fornacẽ/ cubitis quadꝛagitanouẽ: et incẽdit quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis qui eam incẽdebãt. Illos autẽ omnino nõ tetigit ignis/ neqꝫ cõtriſtauit: nec quicꝙ moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno oꝛe: laudabãt/ et gloꝛificabãt/ et benedicebãt deum in fornace: dicẽtes Benedictꝰ es dñe deus patrũ noſtroꝛũ: et laudabilis/ et glĩoſus / et ſuperexaltatꝰ in ſecula. Et bñdictũ nomen gloꝛie tue quod eſt ſanctũ: et laudabile ⁊ ſuperexaltatũ in oĩbus ſeculis. Benedictꝰ es in tẽplo ſancto gloꝛie tue: et ſuꝑlaudabilis et ſuꝑgloꝛioſus in ſecula. Bñdictꝰ es in thꝛono regni tui: et ſuꝑlaudabilis et ſuperexaltatꝰ in ſecula. Bñdictus es ſuper ſceptrũ regni diuinitatis tue: et ſuꝑlaudabilis et ſuperexaltatꝰ in ſecula. Bñdictus es qui intueris abyſſos/ ⁊ ſedes ſuper cherubin: et ſuꝑlaudabilis et ſuꝑexaltatꝰ in ſecula Benedictꝰ es qui ambulas ſuper pẽnas ventoꝛũ/ et ſuper vndas maris: et ſuꝑlaudabilis et ſuperexaltatꝰ in ſecula. Duo clerici de ſecunda foꝛma: in ſuppellicijs/ ad gradum choꝛi dicãt. Tractum ſequentem. Tractus.

Benedictꝰ es in firmamẽto celi: et laudabilis et glĩoſus in ſecula. Choꝛus idẽ repetat. Clerici. ℣. Benedicite oĩa opera dñi dño: bñdicite celi dño: bñdicite angeli dñi domĩo. Choꝛus poſt vnũquodqꝫ ℣. reſpõdeat Hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſcl'a. Clerici ℣. Bñdicite aque que ſuper celos ſunt dño: bñdicite oẽs virtutes dñi dño: bñdicite ſol ⁊ luna dño Choꝛꝰ. Hymnũ dicite. Clerici ℣. Benedicite ſtelle celi dño. bñdicite ymber et ros dño: bñdicite oĩs ſpũs dei dño. Choꝛus Hymnũ. Clerici ℣. Bñdicite ignis et eſtꝰ dño: bñdicite noctes et dies dño: bñdicite tenebꝛe et lumẽ dño. Choꝛꝰ Hymnũ. Clerici ℣. Benedicite frigus ⁊ cauma dño: bñdicite pꝛuina et niues dño: bñdicite fulgura et nubes dño. Choꝛus Hymnũ. Clerici ℣. Bñdicat terra dño: benedicite montes et colles dño: bñdicite oĩa naſcentia terre dño. Choꝛus Hymnum Clerici ℣. Bñdicite maria et flumia dño: bñdicite fontes dño: bñdicite cete et oĩa que mouẽt in aquis dño. Choꝛus Hymnũ. Clerici ℣. Bñdicite volucres celi dño: bñdicite beſtie et vniuerſa pecoꝛa dño: bñdicite filii hoim dño. Cho. Hymnũ. Clerici ℣. Bñdicat iſrael dño: bñdicite ſacerdotes dñi dño: bñdicite ſerui dñi dño. Choꝛus Hymnũ Clerici ℣. Bñdicite ſpũs et aĩe iuſtoꝛũ dño: bñdicite ſãcti et hũiles coꝛde dño. Choꝛus Hymnũ. Clerici ℣. Bñdicite anania azaria miſael domino. Choꝛus Hymnũ. Poſtea clerici reincipiãt Tr. Benedictꝰ es in firmamẽto. et ꝑcãtẽt a choꝛo. Sequit̃ Dñs vobiſ. ⁊ Oꝛemꝰ. Hic nõ dicat̃ Flectamus genua leuate. Oꝛatio

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignĩu: cõcede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma vicioꝛum. Per dñm. Hic dicũtur memoꝛie cõſuete ¶ Ad Theſſalonicenſes .j. v.

FRatres. Rogamꝰ vos: coꝛripite ĩquietos: cõſolamini puſillanimes: ſuſcipite infirmos/ patientes eſtote ad oẽs. Uidete/ ne quis malũ pꝛo malo alicui reddat ſed ſemꝑ quod bonũ eſt ſectamini in inuicẽ et in oẽs. Semꝑ gaudete ſine intermiſſione oꝛate: in oĩbus gratias agite. Hec eſt enĩ volũtas dei in chꝛiſto ieſu: in oĩbus vobis. Spiritũ nolite extinguere: pꝛophetias nolite ſpernere. Oĩa autẽ pꝛobate: quod bonũ eſt tenete: ab omni ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe autẽ deus pacis ſanctificet vos per omnia: vt integer ſpiritus veſter ⁊ anima et coꝛpꝰ: ſine querela in aduentu dñi noſtri ieſu chꝛiſti ſeruet̃. Duo clerici de ſecũda foꝛma: ĩ cappis nigris ad gradũ choꝛi/ ſimul cãtent totũ et integrũ iſtũ Tractũ

LAudate dñm oẽs gẽtes: et collaudate eum oẽs populi. ꝟꝰ. Qm̃ cõfirmata eſt ſuper nos mĩa eꝰ: et veritas domini manet ineternum.

¶ Secundum Matheum. xvij.



IN illo tp̃e. Aſſumpſit ieſus petrũ ⁊ iacobũ/ et iohãnẽ fratrẽ eius: et duxit illos ĩ montẽ excelſum ſeoꝛſũ: ⁊ trãſfiguratꝰ eſt ante eos. Et reſplẽduit facies eius ſicut ſol: veſtimẽta aũt eius facta ſunt alba ſicut nix Et ecce apparuerũt illis moyſes et helyas/ cum eo loquẽtes. Reſpõdẽs autem petrus: dixit ad ieſum. Dñe: bonum eſt nos hic eſſe. Si vis/ faciamꝰ hic tria tabernacla: tibi vnũ moyſi vnũ: ⁊ helye vnũ. Adhuc eo loquẽte: ecce nubes lucida/ obumbꝛauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectꝰ/ in quo mihi bene cõplacui: ipſum audite. Et audientes diſcipuli/ ceciderunt in faciem ſuam: et timuerũt valde Et acceſſit ieſus/ ⁊ tetigit eos dixitq; eis. Surgite: et nolite timere. Leuãtes autẽ oculos ſuos/ neminẽ viderunt: niſi ſolum ieſum: Et deſcendẽtibꝰ illis de monte: pꝛecepit eis ieſus dicens. Nemini dixeritis viſionẽ: donec filius hominis a moꝛtuis reſurgat. Offr. Domine deus ſalutis mee: in die clamaui et nocte coꝛam te. intret oꝛatio mea in cõſpectu tuo dñe. ꝟ. Inclina aurem tuã ad pꝛecẽ meã: dñe longe feciſti notos meos a me: clamaui ad te domine/ tota die expãdi manꝰ meas ad te. Secreta

PResentibꝰ ſacrificijs q̃s dñe ieiunia noſtra ſanctifica: vt quod obſeruãtia noſtra pꝛofitetur extrinſecꝰ: ĩtrinſecꝰ operet̃. Per d. Prefa. Qui coꝛpali. Cõio. Dñe deꝰ meꝰ in te ſperaui: libera me ab oĩbus perſequẽtibꝰ me et eripe me. Poſtcõ.

QUos diuino domine reficis myſterio/ perpetuo defende pꝛeſidio: et quos imbuiſti celeſtibꝰ inſtitutis: ſalutaribꝰ comitare ſolatijs. Per. Si Epiſcopꝰ defuerit: dicatur ſuper populũ hec oꝛo. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛatio.

FIdeles tuos dñe benedictio deſiderata cõfirmet: q̃ eos ⁊ a tua volũtate nunq̃ faciat diſcrepare: ⁊ tuis ſemꝑ ĩdulgeat bñficijs gratulari. Per. Tũ ſi Epũs preſens fuer. et oꝛdines fecerit: nõ dicet̃

¶ Dñica ſecunda. xl. Officium.

Reminiſcere miſerationũ tuarũ domine/ et mĩe tue que a ſeculo ſunt: ne vnq̃ dominent᷑ nobis inimici noſtri. libera nos deus iſrael: ex omnib⁹ anguſtijs noſtris. ℗s. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te cõfido non erubeſcam. Oratio.

Deus qui cõſpicis omni nos virtute deſtitui: interius exteriuſq; cuſtodi: vt ab oib⁹ aduerſitatib⁹ muniamur in corpore: et a prauis cogitationib⁹ mundemur in mente. Per dominum noſtrum

Ad Theſſalonicenſes. j.iiij.

Fratres. Rogam⁹ vos ⁊ obſecram⁹ in dño ieſu: vt quẽadmodum accepiſtis a nobis/ quomodo vos oporteat ãbulare et placere deo: ſic et ambuletis/ vt abũdetis magis. Scitis enim que precepta dederi vobis per dñm ieſum. Hec eſt eni volũtas dei ſãctificatio veſtra vt abſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſſidere in ſãctificatiõe et honore: nõ in paſſiõe deſiderij: ſicut et gentes/ que ignorãt deũ. Et ne quis ſupergrediat᷑/ neq; circũueniat in negocio fratrẽ ſuũ: q̃m vindex eſt dñs de his oibus ſicut p̃diximus vobis/ et teſtificati ſum⁹. Nõ eni vocauit nos deus in imũdiciã: ſed in ſanctificationẽ. In xp̃o ieſu dño nr̃o. Gr. Tribulationes cordis mei dilatate ſũt: de neceſſitatib⁹ meis eripe me dñe. ℣. Vide hũilitatẽ meã ⁊ laborẽ meũ: et dimitte oĩa peccã mea. Tract⁹

Dixit domin⁹ mulieri chananee: non eſt bonũ ſumere panem filiorũ: et mittere canib⁹ ad mãducãdũ. ℣. At illa dixit: etiã dñe. nam et catelli edũt de micis que cadũt de menſa dñorũ ſuorũ. ℣. Ait illi ieſ⁹: o mulier magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut petiſti. Secõm Matheum. xv.



In illo tempore Egreſſus ieſus: ſeceſſit in partes tyri/ et ſydõis: et ecce mulier chananea a finibus illis egreſſa clamauit dicẽs ei. Miſerere mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexat᷑. Qui non reſpõdit ei verbũ. Et accedẽtes diſcipuli eius: rogabãt eũ dicẽtes. Dimitte eã: q̃a clamat poſt nos. Ipſe aũt reſpondens/ ait. Nõ ſum miſſus: niſi ad oues que perierũt dom⁹ iſrael. At illa venit: et adorauit eum dicens. Dñe: adiuua me. Qui reſpondẽs/ ait. Nõ eſt bonũ ſumere panẽ filiorũ: et mittere canib⁹. At illa dixit. Etiã dñe. Nã et catelli edũt de micis/ q̃ cadũt de mẽſa dñorũ ſuorũ. Tũc reſpõdẽs ieſus: ait illi. O mulier/ magna eſt fides tua: fiat tibi/ ſicut vis Et ſanata eſt filia eius: ex illa hora. Offer. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo man⁹ meas ad mãdata tua que dilexi

Eccleſie tue dñe munera placat⁹ aſſume: que et miſericors offerẽda tribuiſti: et in noſtre ſalutis potenter efficis tranſire myſteriũ. Per dñm. Prefatio quoti. Cõio. Intellige clamorẽ meũ intende voci orationis mee: rex meus et deus meus: q̃m ad te orabo domine.

Secret.

Corporis et ſanguinis ſacroſancti domine queſumus gratia nos ſumpta viuificet: et quod myſticis actionibꝰ pollicetur: eternis effectibꝰ largiatur. Per. Poſtcõio.

¶ Feria ſecũda poſt Reminiſcere. Ad miſſam Officium.

Redime me dñe et miſerere mei: pes eni meus ſtetit in via recta: in eccleſijs benedicã dñm. Ps. Judica me dñe / qm̃ ego in innocentia mea ingreſſus ſum et in dño ſperãs non infirmabor. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Preſta q̃s oĩs deus: vt familia tua q̃ ſe affligẽdo carnẽ ab alimẽtis abſtinet: ſectãdo iuſticiã a culpa ieiunet. Per dñm nrm.

¶ Lectio Danielis prophete. ix.

In diebꝰ illis. Orauit daniel ad dñm dicẽs. Dñe deus noſter / qui eduxiſti populũ tuũ de terra egypti in manu forti: et feciſti tibi nomẽ ſcd̃m diem hanc: peccauimus / iniquitatẽ fecimꝰ dñe: in oẽm iuſticiã tuam. Auertat obſecro ira tua & furor tuus / a ciuitate tua hieruſalẽ: & a monte ſancto tuo. Propter peccata eni noſtra / & iniquitates patrũ noſtrorum hieruſalẽ et populꝰ tuus in opprobriũ ſunt oĩbꝰ per circuitũ noſtrũ. Nũc ergo exaudi deus noſter oratiõẽ ſerui tui et preces eius: et oſtẽde faciẽ tuã ſup ſanctuariũ tuũ / quod deſertũ eſt. Propter temetipſũ inclina deꝰ meus aurem tuam: et audi: aperi oculos tuos / et vide deſolationem noſtram / & ciuitatẽ ſuper quam inuocatum eſt nomẽ tuũ. Neqꝫ enim in iuſtificationibꝰ noſtris proſternimꝰ preces ante faciem tuam: ſed ĩ miſerationibꝰ tuis mltis. Exaudi domĩe: placare dñe / attẽde / et fac. Ne moreris ꝓpter temetipſũ deus meus: quia nomẽ tuũ inuocatũ eſt ſuper ciuitatẽ: et ſuper populũ tuum dñe deꝰ noſter. Gr. Adiutor meus & liberator meus eſto domine ne tardaueris. V. Cõfundant et reuereãt inimici mei / qui querũt aĩam meã. Tr.

Domine nõ ſcd̃m peccata noſtra que fecimꝰ nos: neqꝫ ſcd̃m iniquitates noſtras retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ: cito anticipent nos mĩe tue: quia pauperes facti ſumꝰ nimis. Hic nõ fiat genuflexio cũ dr̃ V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter gl'iaꝫ nõis tui dñe libera nos: et propiciꝰ eſto pc̃tis noſtris / propter nomen tuũ.

¶ Scd̃m Johãnem. viij.

In illo tempore. Dixit ieſus turbis iudeorũ. Ego vado et queretis me: & in pc̃tõ vr̃o moriemini. Quo ego vado: vos nõ poteſtis venire. Dicebãt ergo iudei. Nũquid interficiet ſemetipſũ: qꝛ dicit / quo ego vado: vos non poteſtis venire. Et dicebat eis. Vos de deorſũ eſtis: ego de ſuperiꝰ ſum. Vos de mũdo hoc eſtis: ego nõ ſum de hoc mũdo. Dixi ergo vobis: qꝛ moriemini in peccatis vr̃is. Si eñ non credideritis quia ego ſum: moriemini in peccato veſtro. Dicebãt ergo ei. Tu q̃s es? Dixit eis ieſus. Principiũ / qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui/ ⁊ iudicare: sed qui misit me/ verax est. Et ego que audiui ab eo: hec loquoꝛ i mũdo. Et nõ cognouerũt: quia patrẽ eius dicebat deũ. Dixit ergo eis iesus. Cũ exaltaueritis filiũ hois: tũc cognoscetis quia ego sum. Et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater/ hec loquoꝛ Et qui me misit mecum est: et non reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei facio semꝑ. Offr. Bñdicã dñm qui tribuit mihi itellectũ: pꝛouidebã deũ in conspectu meo sẽper: qm̃ a dextris est michi ne cõmouear. ℣. Cõserua me dñe qm̃ in te speraui: ego dixi deus meꝰ es tu/ dñs pars hereditatis mee. Secre.

Hec hostia domine placationis et laudis: tua nos propitiatione dignos efficiat. Per dñm nostrũ iesũ chꝛi. Pꝛefa. Qui corpoꝛali. Cõio. Dñe dñs noster: ꝙ admirabile est nomẽ tuũ i vniuersa terra.

Postcõ. Hec nos cõmunio domine purget a crimine: et celestis remedij faciat esse consortes. Per dñm nostrũ iesum chꝛistũ filium tuum. Qui te. Super populũ. Humiliate capita vestra deo. Oro.

Adesto supplicatiõibꝰ nr̃is omps deꝰ: ⁊ qbus fiduciã sperãde pietatis idulges: cõsuete mie tribue benignus effectũ. Per dñm nostrũ iesum chꝛistũ filiũ tuum. Qui te.

¶ Feria .iij. post Reminiscere. Ad missam. Officium.

Tibi dixit coꝛ meũ: quesiui vultum tuũ: vultum tuum dñe requiram: ne auertas faciẽ tuã a me. Ps. Dñs illuminatio mea: et salꝰ mea quẽ timebo

Flectamus genua. Leuate. Oro.

Perfice qs dñe benignꝰ in nobis obseruãtie sctẽ subsidiũ vt que te auctoꝛe facienda cognouimus: te operãte cõpleamꝰ. Per dominũ nostrũ iesũ chꝛistũ filiũ tuũ. Qui. Lectio libri Regum. iij. xvij

In diebus illis. Factꝰ est sermo dñi ad heliam thesbiten dicens. Surge/ et vade in sareptã sidonioꝛũ: et manebis ibi. Pꝛecepi enim ibi mulieri vidue/ vt pascat te. Surrexit helyas: ⁊ abijt in sareptam. Cũqꝫ venisset ad portã ciuitatis: apparuit ei mulier vidua colligens ligna. Et vocauit eã: dixitqꝫ ei. Da mihi paululũ aque in vase vt bibã. Cũqꝫ illa ꝑgeret vt afferret: clamauit post tergũ eius dicens. Affer michi obsecro et buccellam panis in manu tua. Que respõdit. Viuit dñs deus tuus: quia non habeo panẽ/ nisi quãtũ pugillus capere potest farine in hydꝛia: et paululũ olei in lechito. En colligo duo ligna: vt ingrediar et faciã illud mihi et filio meo: vt comedamus/ ⁊ moꝛiamur. Ad quã helyas ait. Noli timere: sed vade et fac sicut dixisti. Verũtamẽ mihi primũ fac de ipsa farinula/ subcinericiũ panẽ paruulũ/ et affer ad me: tibi autẽ et filio tuo/ facies postea. Hec autẽ dicit dñs deus israel. Hydꝛia farine nõ deficiet: nec lechitus olei minuetꝛ: vsqꝫ in diẽ in qua dñs daturus est pluuiã sup̃ faciem terre. Que abijt/ et fecit iuxta verbũ helye: et comedit ipse et illa: et domꝰ eius tota. Et ex illa die hydꝛia farine nõ defecit: et lechitus olei nõ est imminutꝰ iuxta verbũ dñi: quod locut⁹ fuerat i manu helye. Gr. Iacta cogitatū tuū i dño: et ipſe te enutriet. ℣. Dū clamarē ad dñm: exaudiuit vocē meā / ab his qui appropinquant michi. ¶ Secūdū Matheum. xxiij

IN illo tempore Locutus eſt ieſ⁹ ad turbas: ⁊ ad diſcipulos ſuos dicens. Super cathedrā moyſi: ſederunt ſcribe et phariſei Omnia ergo quecunq; dixerint vobis: ſeruate et facite. ſcōm vero opera eorū nolite facere. Dicūt eni / et non faciūt. Alligant eni onera grauia ⁊ importabilia: et imponūt in humeros hominū: digito aūt ſuo / nolūt ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt: vt videātur ab hoibus. Dilatant eni philatheria ſua: ⁊ magnificāt fimbrias. Amāt autē primos recubit⁹ in cenis: et primas cathedras in ſynagogis: et ſalutatiōes in foro: et vocari ab hoibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus eſt enim magiſter veſter omnes autem vos fratres eſtis. Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram. Vnus eſt eni pater veſter: qui in celis eſt. Nec vocemini magiſtri quia magiſter veſter / vnus eſt chriſtus. Qui maior eſt veſtrū: erit miniſter veſter. Qui aūt ſe exaltauerit / humiliabit: et qui ſe humiliauerit / exaltabit. Offr. Miſerere michi dñe ſcōm magnā miam tuā / dele dñe iniquitatē meā. ℣. Qm̄ iniquitatem meā ego agnoſco: et delictū meū contra me eſt ſemper. Secreta.

SAnctificationē tuam / nobis domie his myſterijs placat⁹ operare: que nos et a terrenis purget vicijs: et ad celeſtia dona perducat. Per. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. Narrabo omnia mirabilia tua: letabor et exultabo in te / pſallam nomini tuo altiſſime. Poſtcōio.

SIt nobis dñe q̄s medicina mentis et corporis / quod de ſācto altari tuo percepim⁹: vt nullis aduerſitatibus fatigemur: qui tanti remedij participatiōe munimur. Per dñm. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Orō

PRopiciare dñe ſupplicationibus noſtris: et aiarū noſtrarū medere lāguorib⁹: vt remiſſione percepta: in tua ſemper benedictione letemur. Per dñm. ¶ Feria. iiij. poſt Reminiſcere. Officiū.

NE derelinquas me domine deus meus ne diſcedas a me. intēde in adiutoriū meū dñe virt⁹ ſalutꝭ mee. Ps. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq; i ira tua corripias me. Flectam⁹ ge. leua.

POpulū tuū q̄s dñe Oratio. propicius reſpice: ⁊ quos ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxijs quoq; vicijs ceſſare concede. Per do. Lec. libri heſter. xiij.

IN dieb⁹ illis. Orauit heſter ad dñm dicēs. Dñe deus rex op̄s: in ditione tua cūcta ſunt poſita: et non eſt qui tue poſſit reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos: cōtinuo liberabimur. Tu eni dñe feciſti celū et terrā: et quicquid celi ambitu cōtinet. Dñs oim tu es nec eſt qui reſiſtat maieſtati tue.

Et nunc dñe rex regũ / deus abraham: miſerere populo tuo quia volunt nos inimici noſtri perdere: et hereditatẽ tuam delere. Ne deſpicias partẽ tuã quã redemiſti de egipto: ſed exaudi depꝛecationẽ noſtrã: et propiciꝰ eſto ſoꝛti / et funiculo hereditatis tue: et conuerte luctũ noſtrũ in gaudiũ: vt viuentes / laudemus nomen tuum. Et ne claudas oꝛa canẽtiũ te: dñe deꝰ noſter. Gr.

Saluũ fac populũ tuum dñe: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamabo: deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendentibꝰ in lacum. Tractꝰ

De neceſſitatibꝰ meis eripe me dñe: vide humilitatẽ meam / et laboꝛẽ meum: et dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te leuaui aĩam meã: deus meus in te confido non erubeſcã neqꝫ irrideãt me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur: confundant᷑ omnes facientes vana. ¶ Secundũ Matheum. xx.

IN illo tēpore. Erat paſcha ⁊ azima poſt biduū: et querebant ſūmi ſacerdotes ⁊ ſcribe: quomodo ieſum dolo tenerēt: et occiderent. Dicebāt aūt. a. Non in die feſto. m. Ne forte tumult⁹ fieret ĩ populo. Et cū eſſet ieſus bethanie/in domo ſimonis leproſi/et recūberet venit mulier habēs alabaſtrū vnguēti nardi ſpicati ꝑcioſi: et fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius Erant autē quidā indigne ferētes intra ſemetipſos: ⁊ dicentes. a. Ut quid perditio iſta vnguēti facta eſt Poterat enī vnguētū iſtud venundari pluſq̄ trecētis denarijs: et dari pauperib⁹. m. Et fremebant in eam. Ieſus autem dixit. b. Sinite eam. Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus opata eſt in me. Semꝑ enim pauperes habetis vobiſcum et cum volueritis/poteſtis illis benefacere: me autem nō ſemper habebitis Quod habuit/hec fecit: preuenit vngere coꝛpus meum / in ſepulturam. Amen dico vobis: vbicunqꝫ p̄dicatum fuerit euāgeliū iſtud in vniuerſo mundo/ et quod fecit hec: narrabitur in memoꝛiā eius .m. Et iudas ſcariothis vnus de duodecim: abijt ad ſummos ſacerdotes: vt ꝓderet eum illis. Qui audientes/gauiſi ſunt: et pꝛomiſerunt ei pecuniā ſe daturos. Et querebat/quomodo illū opoꝛtune traderet. Et pꝛimo die azimoꝛū/ quādo paſcha immolabant: dicunt ei diſcipuli .a. Quo vis eamus/ et paremus tibi vt manduces paſcha? m. Et miſit duos ex diſcipulis ſuis: et dixit eis .b. Ite in ciuitatem: et occurret vobis homo / lagenam aque baiulans. Sequimini eum: Et quocunqꝫ introierit: dicite dn̄o dom⁹: quia magiſter dicit. Vbi eſt refectio mea: vbi paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe vobis demonſtrabit cenaculū grande ſtratrum: et illic parate nobis. m. Et abierunt diſcipuli eius/et venerunt in ciuitatem: et inuenerūt ſicut dixerat illis: ⁊ parauerūt paſca. Veſpere autē facto: venit cum duodecim. Et diſcūbentibus eis et māducātibus: ait ieſus .b. Amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet: qui manducat mecum. m. At illi ceperunt contriſtari: et dicere ei ſingulatim .a. Nunquid ego? m. Qui ait illis .b. Vnus ex duodecim: qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum: eſt de eo. Ve autē homini illi: per quē filius hoīs tradet. Bonū erat ei/ ſi nō eſſet natus homo ille. m. Et māducātibus illis: accepit ieſus panē: et benedicens fregit/et dedit eis: ⁊ ait b. Sumite: hoc eſt coꝛpus meum m. Et accepto calice: gratias agēs dedit eis. Et biberūt ex illo omnes Et ait illis. b. Hic eſt ſāguis meus noui teſtamenti: qui pꝛo multis effundetur. Amē dico vobis: q̄ iam non bibam de genimine vitis: vſqꝫ in diem illum / cum illud bibā nouum in regno dei m Et hymno dicto: exierunt in montem oliuarū. Et ait eis ieſus. b. Oēs ſcādalizabimini in nocte iſta quia ſcriptum eſt. Percutiā paſtoꝛem: et diſpergētur oues. Sed poſtꝙ reſurrexero: pꝛecedam vos in galileā. m. Petrꝰ autē ait illi. a. Et ſi omnes ſcādalizati fuerint: ſed non ego. m. Et ait illi ieſus. b. Amē dico tibi: quia tu hodie in nocte hac / pꝛiuſꝙ gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus. m At ille amplius loquebatur. a. Et ſi opoꝛtuerit me ſimul cō moꝛi tibi: non te negabo. m. Similiter autē et omnes dicebāt. Et veniunt in pꝛedium / cui nomē gethſemani: ⁊ ait diſcipulis ſuis. b. Sedete hic donec oꝛem. m. Et aſſumpſit petrum/et iacobum/et iohannem ſecum: et cepit pauere/et tedere. Et ait illis. b. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad moꝛtē. Suſtinete hic: et vigilate. m. Et cū ꝓceſſiſſet pauluſi: pꝛocidit ſuper terrā/⁊ oꝛabat vt ſi fieri poſſet/tranſiret ab eo hora. Et dixit. b. Abba pater: omnia tibi poſſibilia ſunt: transfer calicem hunc a me. Sed nō quod ego volo: ſed quod tu. m. Et venit: et inuenit eos dormientes. Et ait petro. v. Symon dormis? Non potuiſti vna hora vigilare? Vigilate et orate: vt non intretis in temptationem. Spirit⁹ quidem prōptus eſt: caro autem infirma. m. Et iterum abiens: orauit eūdem ſermonem dicens. Et reuerſus denuo: inuenit eos dormiētes. Erant enim oculi eorum grauati: et ignorabāt quid reſpōderent ei. Et venit tertio et ait illis. v. Dormite iam/ et requieſcite. Sufficit. Venit hora: ecce tradetur filius hominis/ in man⁹ peccatorum. Surgite eamus: ecce qui me tradet/ prope eſt. m. Et adhuc eo loquente: venit iudas ſcarioth/ vnus ex duodecim: et cum eo turba multa/ cū gladijs et lignis: miſſi a ſummis ſacerdotibus: et ſenioribus/ ⁊ ſcribis. dederat autem traditor eis ſignum/ dicēs. a. Quemcunqꝫ oſculatus fuero: ipſe eſt/ tenete eum: et ducite caute. m. Et cum veniſſet: ſtatim accedens ad eum/ ait. a. Rabbi. m. Et oſculat⁹ eſt eū At illi manus iniecerunt in ieſum et tenuerunt eum Vnus autem de circūſtantib⁹/ educēs gladium: percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculā. Et reſpōdens ieſus: ait illis. v. Tanq̄ ad latronem exiſtis: cum gladijs et lignis cōprehēdere me. Quotidie erā apud vos in templo docens: et non me tenuiſtis. Sed vt impleant̄ ſcripture. m. Tūc diſcipuli eius relinquentes eum omnes fugerunt. Adoleſcens autem quidam ſequebatur eum/ amictus ſyndone ſup nudo: et tenuerunt eum. At ille reiecta ſyndone: nudus profugit ab eis. Et adduxerunt ieſum/ ad ſummum ſacerdotem. Et conuenerūt omnes ſacerdotes: ⁊ ſcribe/ et ſeniores. Petrus autem a lōge ſecutus eſt eum: vſqꝫ intro in atrium ſummi ſacerdotis. Et ſedebāt cum miniſtris: et calefaciebat ſe ad ignem Summi vero ſacerdotes/ et omne conſilium: querebant aduerſus ieſum teſtimonium/ vt eum morti traderent: nec inueniebāt. Multi enim falſum teſtimoniū dicebant aduerſus eum: et conuenientia teſtimonia illorum nō erant. Et quidam ſurgentes falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum: dicentes. a. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego diſſoluam tēplum hoc manufactū: ⁊ poſt triduum/ aliud non manufactū edificabo. m. Et non erat conueniens teſtimoniū illorum. Exurgens autē ſummus ſacerdos in medium: interrogauit ieſum dicens. a. Non reſpondes quicq̄/ ad ea q̄ tibi obijciuntur ab his? m. Ille autem tacebat: et nihil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos iterrogabat eū et dixit ei. a. Tu es chriſtus filius dei benedicti? m. Jeſus autem dixit illi. v. Ego ſum. Et videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis dei: et venientem cum nubibus celi. m. Summus autem ſacerdos: ſcindens veſtimenta ſua/ ait. a. Quid adhuc deſideram⁹ teſtes? Audiſtis blaſphemiā. Quid vobis videtur? m. Qui omnes cōdemnauerūt eum eſſe reum mortis. Et ceperunt quidam conſpuere in eum: et velare faciem eius: et colaphis eum cedere/et dicere ei.a. Prophetiza.m. Et miniſtri alapis eum cedebant. Et cum eſſet petrus in atrio ſeoꝛſum: venit vna ex ancillis ſummi ſacerdotis Et cum vidiſſet petrũ calefacientẽ ſe: aſpiciens illum/ait.a. Et tu cum ieſu nazareno eras.m. At ille negauit dicens.a. Neqꝫ ſcio: neqꝫ noui q̄d dicas.m. Et exijt foꝛas ante atrium et gallus cãtauit. Rurſus autem cum vidiſſet illum alia ancilla: cepit dicere circũſtantibus: quia hic ex illis eſt. At ille iterum negauit. Et poſt puſillum: rurſus qui aſtabant: dicebant petro.a. Vere ex illis es: nam et galileꝰ es.m. Jlle autem cepit anathematizare/et iurare: quia neſcio hominẽ iſtum/quẽ dicitis. Et ſtatim iterum gallꝰ cãtauit. Et recoꝛdatus eſt petrus verbi quod dixerat ei ieſꝰ: pꝛiuſq̄ gallus cantet bis/ter me negabis: ⁊ cepit flere. Et confeſtim mane conſilium facientes ſummi ſacerdotes/cum ſenioꝛibus et ſcribis/⁊ vniuerſo conſilio: vincientes ieſum/duxerunt et tradiderũt pilato. Et interrogauit eum pilatus.a. Tu es rex iudeoꝛum.m. At ille reſpondens: ait illi.b. Tu dicis.m. Et accuſabant eum ſũmi ſacerdotes in multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum/dicens.a. Non reſpõdes quicq̄? Vide in quãtis te accuſant.m. Jeſus autem amplius nichil reſpondit: ita vt miraretur pilatus. Per diem autem feſtum/ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis/quemcunqꝫ petiſſent. Erat autem qui dicebatur barrabas: qui cum ſeditioſis erat vinctus: qui in ſeditione fecerat homicidiũ. Et cũ aſcendiſſet turba: cepit rogare/ſicut ſemper faciebat illis. Pylatus autẽ reſpondit eis/et dixit.a. Vultis dimittam vobis regem iudeorum.m. Sciebat enim ꝙ per inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: vt magis barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum reſpondens: ait illis.a. Quid ergo vultis faciã regi iudeoꝛum.m. At illi iterum clamauerunt.a. Crucifige eum.m. Pilatus vero dicebat eis.a. Quid enim mali fecit.m. At illi magis clamabant.a. Crucifige eũ.m. Pylatus autem volens populo ſatiſfacere/dimiſit illis barrabam: et tradidit eis ieſum flagellis ceſum/vt crucifigeretur. Milites autem duxerũt eum in atriũ pꝛetoꝛij: et conuocãt totam cohoꝛtem: et induunt eum purpura: et imponũt ei plectentes ſpineam coꝛonam: et ceperũt ſalutare eum/dicẽtes a Aue rex iudeorum.m. Et percutiebãt caput eius arundine: et cõſpuebãt eum: et ponentes genua/adoꝛabant eum Et poſtq̄ illuſerunt ei: exuerũt illum purpura: et induerunt eum veſtimẽtis ſuis: ⁊ educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerũt pꝛetereuntẽ quẽpiam ſimonem cyreneum/venientẽ de villa: patrem alexandꝛi ⁊ rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducũt illũ in golgota locum: quod eſt ĩterpꝛetatũ caluarie locus. Et dabant ei bibere myꝛrhatũ vinũ: et non accepit. Et crucifigẽtes eum: diuiſerunt veſtimẽ ta eius/ mittētes ſoꝛtem ſuper eis: quis quid tolleret. Erat autē hoꝛa tertia: et crucifixerūt eum. Et erat titulꝰ cauſe eius inſcriptus: rex iudeoꝛum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris/ ⁊ alium a ſiniſtris eiꝰ: et adimpleta eſt ſcriptura que dicit Et cum iniquis reputatus eſt. Et pꝛetereūtes/ blaſphemabāt eum: mouentes capita ſua/ et dicentes. a. Vah qui deſtruis templū dei: et in tribus diebꝰ reedificas illud. Saluū fac temetipſum: deſcendens de cruce. m. Similiter ⁊ ſummi ſacerdotes illudētes: ad alterutrum cum ſcribis/ dicebant. a. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nō poteſt ſaluū facere Chꝛiſtꝰ rex iſrael/ deſcendat nunc de cruce: vt videamus et credamus. m. Et qui cum eo crucifixi erant: cōuiciabantur ei. Et facta hoꝛa ſexta: tenebꝛe facte ſūt per totam terram/ vſqꝫ in hoꝛam nonā. Et hoꝛa nona: exclamauit ieſus voce magna/ dicens b. Heloy heloy lamazabathani. m. Quod eſt interpꝛetatum. b. Deus meus: deus meꝰ: vt quid dereliquiſti me? m. Et quidā de circūſtantibꝰ audiētes: dicebant. a. Ecce helyam vocat. m. Currens autē vnus et implens ſpongiam aceto circūponenſqꝫ calamo: potum dabat ei/ dicens. a. Sinite: videamꝰ ſi veniat helyas/ ad deponendum eum. m. Jeſus autem emiſſa voce magna: expirauit Hic fiat genuflexio dicendo. Pater noſter. Aue maria. In manꝰ tuas. m. Et velum tēpli ſciſſum eſt in duo: a ſummo vſqꝫ deoꝛſum. Videns autem centurio/ qui ex aduerſo ſtabat: qa ſic clamans expiraſſet. ait. a. Vere hic homo: filius dei erat. m. Erant autē et mulieres de lōge aſpiciētes inter quas erat maria magdalene et maria iacobi minoꝛis: et ioſeph mater: et ſalome. Et cū eſſet in galilea: ſequebanꝛ eum/ et miniſtrabant ei: et alie multe q̄ ſimul cū eo aſcenderant hieroſolymā. Euāg.

ET cum iam ſero factū eſſet: quia erat paraſceue/ qđ eſt ante ſabbatū: venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipſe erat expectās regnū dei. Et audacter itroiuit ad pilatū: et petijt coꝛpus ieſu. Pilatꝰ aūt mirabaꝛ/ ſi iā obijſſet. Et acerſito cēturione: interrogauit eū/ ſi iam moꝛtuꝰ eſſet. Et cum cognouiſſet a cēturione: donauit coꝛpꝰ ioſeph. Joſeph autē mercatꝰ ſyndonē: et deponēs eū/ inuoluit ſyndone: et poſuit eū in monumento/ qđ erat exciſū de petra. Et aduoluit lapidē: ad oſtium monumenti. Offr. Cuſtodi me dñe de manu peccatoꝛis: et ab hoībꝰ iniquis eripe me dñe. ℣. Qui cogitauerūt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum michi. Secreta.

DIcate tibi plebis dñe q̄s oblationes ſanctifica: vt a terrene vetuſtatis cōuerſione mundati: celeſtis vite pfectibꝰ inouemur. Per. Pꝛefa. Qui coꝛpoꝛali. Cōio. Aduerſum me exercebantur qui ſedebant in poꝛta: et in me pſallebant qui bibebāt vinū: ego vero oꝛationē meā ad te dñe tempꝰ bñplaciti tui deus/ in multitudine miſericoꝛdie tue. Poſtcō.

REpleti domīe ſacri muneris grā ſupplices exoꝛamus: vt que guſtu coꝛpoꝛeo dulci veneratione cõtigimus: dulcioꝛa mẽtib⁹ ſentiam⁹. Per do. Super populũ. Humiliate capita veſtra deo. Oꝛo

Tua nos mĩa de⁹: et ab omni ſurreptiõe vetuſtatis expurget: ⁊ capaces ſancte nouitatis efficiat. Per. ¶ Feria.iiij.poſt dñicam in Ramiſpalmarũ. Officiũ.

IN nomie dñi omne genu flectatur: celeſtium terreſtriũ/ et infernoꝛũ quia dñs fact⁹ eſt obediens vſqꝫ ad moꝛtem: moꝛtem aũt crucis: ideo dñs ieſus chꝛiſtus/ in gloꝛia eſt dei pr̃is. Ps. Dñe exaudi oꝛationẽ meã: et clamoꝛ me⁹ ad te veniat. Nõ dr̃ Gloꝛia patri Sequat̃ oꝛo / ſine Dñs vobiſ. ſed tñ cũ Oꝛem⁹/ ⁊ Flectam⁹ ge. Oꝛo

PReſta q̃s oĩps de⁹: vt qui noſtris exceſſib⁹ inceſſãter affligimur per vnigeniti tui paſſionẽ liberemur. Qui tecum viuit et reg. Lectio Iſaie pꝛophete.lxij.et lxiij.

HEc dicit dñs deus. Dicite filie ſyon: ecce ſaluatoꝛ tuus venit. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coꝛã illo. Quis eſt iſte q̃ venit de edom: tinctis veſtibus de boſra? Iſte foꝛmoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine foꝛtitudinis ſue. Ego qui loquoꝛ iuſticiam: et ꝓpugnatoꝛ ſum ad ſaluandum Quare ergo rubꝛũ eſt indumentũ tuum: et veſtimẽta tua ſicut calcantium in toꝛculari? Toꝛcular calcaui ſol⁹: et de gẽtib⁹ nõ eſt vir mecũ. Calcaui eos in furoꝛe meo: et conculcaui eos in ira mea. Et aſperſ⁹ eſt ſanguis eoꝛũ ſuper veſtimenta mea: ⁊ oĩa idumẽta mea inquinaui. Dies eni vltionis in coꝛde meo annus retributiõis mee venit. Circũſpexi/ et nõ erat auxiliatoꝛ: queſiui/ et nõ fuit q̃ adiuuaret. Et ſaluauit michi bꝛachiũ meũ: et indignatio mea/ ipſa auxiliata eſt mihi Et conculcaui ꝓplos in furoꝛe meo: et inebꝛiaui eos idignatiõe mea: ⁊ detraxi in terrã virtutẽ eoꝛũ. Miſerationũ dñi recoꝛdaboꝛ. Laudẽ dñi annũciabo: ſup oĩb⁹ q̃ reddidit nobis: dñs de⁹ nr̃. Gr. Ne auertas faciem tuã a puero tuo: qm̃ tribuloꝛ/ velociter exaudi me. V. Saluum me fac deus qm̃ intrauerũt aque vſqꝫ ad animã meã. infixus ſũ in limo pꝛofundi: et non eſt ſubſtantia. Sequat̃ Dñs vobiſ. Oꝛemus. et Flectamus ge.

DEus qui pꝛo nobis fi- Oꝛo liũ tuum crucis patibulũ ſubire voluiſti / vt inimici a nobis expelleres poteſtatẽ: concede nobis famulis tuis: vt reſurrectiõis eius gratiam conſequamur. Per eundem. Hic dicuntur memoꝛie conſuete. Lectio Iſaie pꝛophete. liij.

IN diebus illis. Dixit iſaias Dñe q̃s credidit auditui noſtro: ⁊ bꝛachiũ dñi cui reuelatũ eſt? Et aſcendit ſicut virgultũ coꝛam eo: et ſicut radix de terra ſitienti: et non eſt ſpecies ei/ neqꝫ decoꝛ. Et vidim⁹ eũ: ⁊ non erat aſpectus: ⁊ deſiderauim⁹ eũ deſpectũ et nouiſſimũ viroꝛũ: virũ doloꝛũ ⁊ ſcientem infirmitatẽ Et quaſi abſcõdit⁹ vultus eius ⁊ deſpect⁹: vnde nec reputauim⁹ eum. Vere lãguoꝛes nr̃os ipſe tulit: et doloꝛes nr̃os ipſe poꝛtauit. Et nos putauim⁹ eum quaſi lepꝛoſũ: et ꝑcuſſũ a deo/ et humiliatũ. Ipſe aũt vulnerat⁹ eſt ꝓpter iniq̃tates nr̃as: attrit⁹ eſt pꝛopter ſcelera nr̄a. Diſciplina pacis nr̄e ſuper eum: et liuoꝛe eiꝰ ſanati ſumꝰ. Omnes nos quaſi oues errauimꝰ vnuſqſqꝫ in viā ſuā declinauit: et dn̄s poſuit in eo / iniqtatē oīm noſtrū. Oblatꝰ eſt/qa ipſe voluit: ⁊ nō apuit os ſuū Sicut ouis ad occiſionem ducet̄: et quaſi agnꝰ coꝛā tondente ſe/obmuteſcet: et nō aperiet os ſuū. De anguſtia: et de iudicio ſublatꝰ eſt. Generationē eius quis enarrabit? Quia abſciſꝰ eſt de terra viuētiū. Propter ſcelꝰ ppli mei/ ꝑcuſſi eū: et dabit ipios ꝓ ſepultura: ⁊ diuites ꝓ moꝛte ſua: eo ꝙ iniquitatē nō fecerit: neqꝫ dolꝰ fuerit/ in oꝛe eius. Et dn̄s voluit cōterere eū ī infirmitate Si poſuerit ꝓ pctō animā ſuā/videbit ſemē lōgeuū: ⁊ volūtas dn̄i in manu eius diriget̄ ꝓ eo ꝙ tradidit ī moꝛtē aīam ſuā et cū ſceleratis reputatꝰ eſt. Et ipſe peccata multoꝝ tulit: et ꝓ tranſgreſſoꝛibꝰ rogauit/vt nō perirent. Dicit dn̄s oꝑs. Choꝛꝰ alternati dicat Tractū. ita ꝙ dū v̄. canit̄: choꝛus ex illa parte/ſtare tenetur: alia parte choꝛi interī ſedēte. et ſic ꝑcātetur totꝰ Tractꝰ a choꝛo / qn̄cūqꝫ dr̄ Tractꝰ a choꝛo in ſtallis/a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha. Tractus.

Domine exaudi oꝛationē meā: et clamoꝛ meus ad te veniat. Ne auertas faciē tuā a me: in quacūqꝫ die tribuloꝛ inclina ad me aurē tuā. In quacūqꝫ die inuocauero te: velociter exaudi me. Quia defecerūt ſicut fumꝰ dies mei: et oſſa ſicut in frixoꝛio cōfrixa ſūt. Percuſſꝰ ſum ſicut fenū et aruit coꝛ meū: quia oblitꝰ ſū māducare panē meū. Tu exurgēs dn̄e miſereberis ſyō: quia venit tēpꝰ miſerēdi eiꝰ

¶ Sequat̄ Paſſio hunc in modū. Dominꝰ vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Paſſio dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti ſecundum Lucam. xxij.

In illo tp̄e. Appꝛopiquabat autē dies feſtꝰ azimoꝛū: qui dicit̄ paſca. Et q̄rebant pn̄cipes ſacerdotū et ſcribe: quō ieſum interficerēt. Timebāt vero plebē Intrauit aūt ſathanas in iudam: qui cognominabat̄ ſcarioth vnū de duodeci: et abijt/et locutꝰ eſt cū pn̄cipibus ſacerdotum/ et magiſtratibꝰ: quēadmodū illum traderet eis Et gauiſi ſūt: et pacti ſūt pecuniā illi dare. Et ſpopōdit. Et q̄rebat opoꝛtunitatē: vt traderet illū ſine turbis Venit aūt dies azimoꝝ/in qua neceſſe erat occidi paſca: et miſit petrum et iohānē/dicēs. v. Eūtes parate nobis paſca vt māducemꝰ m. At illi dixerūt. a. Vbi vis paremꝰ? m. Et dixit ad eos. v. Ecce introeūtibus vobis in ciuitatem: occurret vobis homo quidā/amphoꝛā aq̄ poꝛtās: ſeq̄mini eū in domū ī quā intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter. Ubi eſt diuerſoꝛiū: vbi paſca cū diſcipulis meis māducē? Et ipſe vobis oſtendet cenaculū magnū ſtratū: et ibi parate. m. Eūtes aūt inuenerūt ſicut dixit illis: ⁊ parauerūt paſcha. Et cū facta eſſet hoꝛa/diſcubuit: et duodeci apoſtoli cū eo. Et ait illis. b. Deſiderio deſideraui hoc paſca māducare vobiſcū: anteq̄ patiar. Dico enī vobis: q̄a ex hoc nō māducabo illud: donec impleať ī regno dei. m. Et accepto calice: gr̄as egit/et dixit. b. Accipite/⁊ diuidite inter vos. Dico enī vobis/q̄ꝛ non bibā de generatiōe vitis: donec regnū dei veniat. m. Et accepto pane: gr̄as egit et fregit: et dedit eis dicens. b. Hoc eſt coꝛpꝰ meū/q̄d pꝛo vobis dať hoc facite in meā cōmemoꝛationē. m. Similiter et calicē poſtq̄ cenauit/dicēs. b. Hic eſt calix nouū teſtamētū in ſāguine meo: q̄ pꝛo vobis fundeť. Uerūtamē ecce manꝰ tradētis me/mecū eſt in mēſa. Et quidem filiꝰ hoīs/ſcd̄m q̄ꝛ diffinitū eſt vadit. Uerūtamen ve homini illi: per quē tradeť. m. Et ipſi ceperunt querere inter ſe: q̄s eſſet ex eis q̄ hoc facturꝰ eſſet. Facta eſt aūt ⁊ cōtentio iter eos: q̄s eoꝝ videreť eſſe maioꝛ. Dixit aūt eis. b. Reges gētiū. dominanť eoꝝ: ⁊ q̄ poteſtatē habēt ſup eos/benefici vocanť. Uos autē non ſic Sed qui maioꝛ eſt in vobis fiat ſicut minoꝛ. Et q̄ p̄ceſſoꝛ eſt: ſicut miniſtratoꝛ Nā quis maioꝛ eſt qui recūbit/an q̄ miniſtrat? Nōne qui recūbit? Ego aūt in medio veſtrū ſū: ſicut q̄ miniſtrat. Uos aūt eſtis q̄ p̄māſiſtis mecū in tēptationibꝰ meis. Et ego diſpono vobis/ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū: vt edatis et bibatis ſup menſam meā in regno meo: ⁊ ſedeatis ſup thꝛonos/iudicātes duodeci tribus iſrael. m. Ait aūt dn̄s ſymoni b. Symō: ecce ſathanas expetiuit vos/vt cribꝛaret ſicut triticū. Ego autē rogaui pꝛo te: vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquādo cōuerſꝰ: cōfirma fratres tuos. m. Qui dixit ei a. Dn̄e tecū paratꝰ ſū: et in carcerē et in moꝛtem ire. m. Et ille dixit. b. Dico tibi petre: non cātabit hodie gallꝰ: donec ter abneges noſſe me. m. Et dixit eis. b. Quādo miſi vos ſine ſacculo/et pera/⁊ calciamētis: nūquid aliq̄d defuit vobis? m. At illi dixerūt. a. Nihil m. Dixit ergo eis. b. Sed nūc qui habet ſacculū: tollat ſimiliter ⁊ perā. Et q̄ non habet: vendat tunicā ſuā/⁊ emat gladiū. Dico enī vobis: q̄m adhuc hoc quod ſcriptū eſt/opoꝛtet impleri in me. Et cū iniquis deputatꝰ eſt. Etenī ea que ſūt de me: finē habēt. m At illi dixerūt. a. Dn̄e: ecce gladij duo hic. m. At ille dixit eis. b. Satis eſt. m. Et egreſſꝰ: ibat ſcd̄m conſuetudinē in mōtē oliuarū. Secuti ſunt aūt illū/⁊ diſcipuli. Et cum p̄ueniſſet ad locum: dixit illis. b. Oꝛate: ne intretis in tēptationē. m Et ipſe auulſus eſt ab eis: q̄tū iactus eſt lapidis. Et poſitis genibꝰ: oꝛabat dicēs. b. Pater ſi vis/transfer calicē iſtū a me. Uerūtamē non mea volūtas: ſed tua fiat. m. Apparuit aūt illi angelꝰ de celo: cōfoꝛtās eū. Et factꝰ in agonia/ꝓlixius oꝛabat. Et factꝰ eſt ſudoꝛ eius ſicut gutte ſanguinis/decurrētis in terram. Et cū ſurrexiſſet ab oꝛatiōe/⁊ veniſſet ad diſcipſos ſuos: inuenit eos doꝛmiētes pꝛe triſticia. Et ait illis b. Quid doꝛmitis? Surgite oꝛate: ne intretis in tēptationē. m. Adhuc eo loquēte: ecce turba et qui vocabat iudas vnus de duodecī/ antecedebat eos. Et appꝛopinquauit ieſu: vt oſcularet eū. Jeſus aūt dixit illi. b. Juda: oſculo filium hoīs tradis? Vidētes aūt hi qui circa ipſum erant quod futurū erat: dixerunt ei. a. Dñe: ſi ꝑcutimus in gladio? m. Et ꝑcuſſit vnꝰ ex illis ſeruū pꝛincipis ſacerdotū: et amputauit auriculā eiꝰ dextrā. Reſpōdēs aūt ieſus/ait. b. Sinite vſqꝫ huc. m. Et cum tetigiſſet auriculā eius: ſanauit eū. Dixit aūt ieſus ad eos q̄ venerāt ad ſe: pꝛincipes ſacerdotū/ et magiſtratus templi: ⁊ ſenioꝛes. b. Quaſi ad latronē exiſtis cū gladiis et fuſtibꝰ: cum quotidie vobiſcū fuerim in tēplo: ⁊ nō extēdiſtis manus in me. Sed hec eſt hoꝛa veſtra et poteſtas tenebꝛarū. m. Cōpꝛehēdētes aūt eum: duxerūt ad domū pꝛincipis ſacerdotū. Petrus vero ſequebat eum a longe. Accēſo aūt igne in medio atrij/⁊ circūſedētibꝰ illis: erat petrus in medio eoꝛum. Quē cum vidiſſet ancilla quedā ſedentē ad lumen/ et eum fuiſſet intuita: dixit. a. Et hic cum illo erat. m. At ille negauit eū: dicēs. a. Mulier: non noui illū. m. Et poſt puſillum: alius vidēs eū/dixit. a. Et tu de illis es. m. Petrꝰ vero ait. a. O homo: non ſum. m. Et interuallo facto quaſi hoꝛe vnius: alius quidam affirmabat dicēs. a. Vere et hic cum illo erat: nam et galileꝰ eſt. m. Et ait petrꝰ. a. Homo: neſcio q̄d dicis. m. Et cōtinuo adhuc eo loq̄nte: cātauit gallus. Et cōuerſꝰ dñs: reſpexit petrū. Et recoꝛdatꝰ eſt petrus v̄bi dñi ſicut dixerat: q̄a pꝛiuſq̄ gallus cātet: ter me negabis. Et egreſſus foꝛas petrus: fleuit amare. Et viri qui tenebant illū: illudebant ei cedētes. Et velauerūt eū: et percutiebāt faciē eius/ et interrogauerūt eū/dicentes. a. Prophetiza: quis eſt q̄ te ꝑcuſſit? m. Et alia multa blaſphemātes: dicebāt in eum. Et vt factus eſt dies: cōuenerūt ſenioꝛes plebis/ et pꝛincipes ſacerdotum/ et ſcribe: et duxerūt illū in cōſilium ſuū dicētes. a. Si tu es chꝛiſtus: dic nobis. m. Et ait illis. b. Si vobis dixero: nō credetis michi Si autē ⁊ interrogauero: nō reſpōdebitis michi: neqꝫ dimittetis. Ex hoc aūt erit filius hoīs ſedēs a dextris virtutis dei. m. Dixerūt autē oēs. a. Tu ergo es filꝰ dei? m. Qui ait. b. Vos dicitis/ q̄a ego ſum. m. At illi dixerūt. a. Quid adhuc deſideramꝰ teſtimoniū? Ipſi eni audiuimꝰ de oꝛe eiꝰ. m. Et ſurgēs oīs multitudo eoꝝ. duxerūt illū ad pilatū. Ceperūt aūt accuſare illū/ dicētes. a. Hūc inuenimꝰ ſubuertentē gentem noſtrā: et ꝓhibētē tributa dari ceſari: ⁊ dicentē ſe chꝛiſtū regē eſſe. m. Pilatus autē interrogauit eū/dicēs. a. Tu es rex iudeoꝝ? m. At ille reſpōdens/ait. b. Tu dicis. m. Ait autē pilatꝰ ad pꝛincipes ſacerdotū/ et turbas. a. Nichil inuenio cauſe in hoc hoīe. m. At illi inualeſcebāt dicētes. a. Cōmouit populū / docens per vniuerſā iudeā: incipiens a galilea vſqꝫ huc. m. Pilatus aūt audiēs galileā: īterrogauit ſi homo galileus eſſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis poteſtate eſſet remiſit eū ad herodē: ꝗ et ipſe erat hieroſolimis illis diebus. Herodes autem viſo ieſu: gauiſ⁹ eſt valde. Erat eni cupiēs ex multo tēpoꝛe videre eū: eo ꝙ audierat multa de eo et ſperabat ſignū aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat aūt illū / multis ſermonib⁹. At ipſe nihil illi reſpōdebat Stabāt aūt pꝛīcipes ſacerdotū: et ſcribe: cōſtāter accuſātes eum. Spꝛeuit aūt illū herodes cum exercitu ſuo: et illuſit indutū veſte alba: et remiſit ad pilatum. Et facti ſunt amici herodes et pilatus / in ipſa die. Nam antea īimici erāt ad inuicē. Pilat⁹ aūt cōuocatis pꝛīcipib⁹ ſacerdotū / ⁊ magiſtratibus / ⁊ plebe: dixit ad illos a. Obtuliſtis michi hunc hominē / quaſi auertētē populū: ⁊ ecce ego coꝛā vobis īterrogās / nullā cauſā inuenio in hoīe iſto: ex his in quib⁹ eū accuſatis. Sed neqꝫ herodes. Nā remiſi vos ad illū: et ecce nihil dignum moꝛte eſt actū ei. Emēdatū ergo illū dimittā. m. Neceſſe aūt habebat dimittere eis per diē feſtū vnū. Exclamauit aūt ſimul vniuerſa turba / dicēs. a. Tolle hunc: et dimitte nobis barrabā. m. Qui erat ꝓpter ſeditionē quādā factā in ciuitate ⁊ homicidiū / miſſus in carcerē. Iterum aūt pilat⁹ locut⁹ eſt ad eos: volēs dimittere ieſū. At illi ſucclamabāt dicētes. a. Crucifige: crucifige eū. m. Ille aūt tertio / dixit ad illos a. Quid eni mali fecit iſte? Nullā cauſā moꝛtis inuenio in eo. Coꝛripiā ergo illū: et dimittā. m. At illi inſtabant vocib⁹ magnis: poſtulātes vt crucifigerent̄: et īualeſcebant voces eoꝛū. Et pilat⁹ adiudicauit fieri petitionē eoꝝ. Dimiſit aūt illis eū ꝗ ꝓpter homicidiū / ⁊ ſeditionem miſſus fuerat in carcerē / quē petebāt: ieſū vero tradidit voluntati eoꝛū. Et cū ducerent eū: appꝛehēderūt ſymonē quēdā cyꝛenenſē / venientē de villa: et īpoſuerūt illi crucem poꝛtare poſt ieſum Sequebat̄ autē illum multa turba populi et mulierū: que plangebāt et lamētabant̄ eū. Cōuerſus aūt ad illas ieſus / dixit. b. Filie hieruſalē: nolite flere ſuꝑ me: ſed ſuꝑ voſipſas flete et ſuꝑ filios veſtros. Qm̄ ecce venient dies in quib⁹ dicēt. Beate ſteriles et vētres / qui non genuerūt: et vbera que nō lactauerūt. Tūc incipiēt dicere montib⁹ / cadite ſuper nos: et collib⁹ operite nos. Quia ſi in viridi ligno hec faciūt: in arido quid fiet? m. Ducebant̄ aūt ⁊ alij duo neq̄ cū eo: vt interficerent̄. Et poſtq̄ venerūt in locum qui vocat̄ caluarie / ibi crucifixerūt eū: ⁊ latrones vnū a dextris / et alterū a ſiniſtris. Ieſus aūt dicebat. b. Pater / dimitte illis: non eni ſciūt / quid faciunt. m. Diuidētes vero veſtimēta eius / miſerunt ſoꝛtes. Et ſtabat popul⁹ expectās: et deridebāt eum pꝛīcipes / cū eis dicētes. a. Alios ſaluos fecit: ſe ſaluum faciat / ſi hic eſt chꝛiſt⁹ dei elect⁹. m. Illudebāt aūt ei et milites accedētes: ⁊ acetū offerentes ei / dicētes. a. Si tu es rex iudeoꝛū: ſaluū te fac. m. Erat autē et ſuꝑſcriptio ſcripta ſuꝑ eum: litteris grecis/et latinis/et hebꝛaicis. Hic eſt rex iudeoꝛū. Unꝰ aūt de his qui pēdebāt latronibꝰ: blaſphemabat eum dicens. a. Si tu es chꝛiſtꝰ: ſaluū fac teipſū et nos. m. Reſpōdēs aūt alter: increpabat eū dicēs a. Neqꝫ tu times deū qui in eadem dānatione es. Et nos quidē iuſte/ nam digna factis recipimꝰ: hic vero nichil mali geſſit. m. Et dicebat ad ieſū. a. Dn̄e memēto mei / cum veneris in regnū tuū. m. Et dixit illi ieſus. b. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiſo. m. Erat aūt fere hoꝛa ſexta: et tenebꝛe facte ſūt in vniuerſā terrā / vſqꝫ in hoꝛā nonā. Et obſcuratꝰ eſt ſol: ⁊ velū tēpli ſciſſum eſt mediū. Et cū dixerit diaconꝰ. Velū tēplı̨ ſciſſū eſt. Velū ante altare/cadere ꝑmittat. Et clamās voce magna ieſus/ait. b. Pater/in manꝰ tuas: cōmēdo ſpiritū meū m Et hec dicēs/expirauit. Hic fiat genuflexio: dicēdo Pater nr̄. Aue ma. In manꝰ tuas. m. Vidēs autē cēturio quod factū fuerat gloꝛificauit deū dicens. a. Vere hic homo/iuſtꝰ erat. m. Et oīs turba eoꝛū qui ſimul aderāt ad ſpectaculum iſtud/et videbāt que fiebant: ꝑcutiētes pectoꝛa ſua reuertebant. Stabāt autē oēs noti eius a longe et mulieres que ſecute erant eum/ a galilea hec videntes. Euāgeliū.

ET ecce vir nomīe ioſeph qui erat decurio/vir bonꝰ ⁊ iuſtꝰ hic nō cōſenſerat cōſilio et actibꝰ eorum/ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipſe regnum dei. Hic acceſſit ad pilatū: et petijt coꝛpus ieſu: et depoſitū inuoluit ſyndone: et poſuit eū in monumēto exciſo In quo nondū quiſqꝫ: poſitus fuerat. Offer. Domīe exaudi oꝛationem meā: et clamoꝛ meus ad te veniat. V. Ne auertas faciem tuam a me ne auertas faciem tuam a me. Secreta.

SUſcipe q̄s dn̄e munꝰ oblatū et dignāter oꝑare: vt qđ paſſionis filij tui dn̄i nr̄i myſterio gerimus: pijs affectibꝰ cōſequamur Per eūđ. Pfa. Qui coꝛpali. Cōio Potū meū cū fletu temperabā / quia eleuans alliſiſti me: et ego ſicut fenū arui: tu autē dn̄e ineternū permanes: tu exurgēs miſereberis ſyon: quia venit tēpus miſerēdi eius. Poſtcōio.

LArgire ſenſibꝰ noſtris oīpotēs deꝰ: vt per tpalē filij tui moꝛtē / quā myſteria venerāda teſtant: vitā nobis dediſſe ꝑpetuā cōfidamꝰ. Per eūdem. Sup populū Humiliate capita veſtra deo. Oro

REſpice q̄s dn̄e ſup hāc familiā tuā: pꝛo qua dn̄s nr̄ ieſꝰ chꝛiſtꝰ nō dubitauit manibꝰ tradi nocentiū et crucis ſubire toꝛmētū. Qui tecū viuit et regnat in vnita.

¶ Feria. v. i cena dn̄i In pꝛimis fiat recōciliatio peniten̄. hoc modo. Nona cātata: ꝑgat excellentioꝛ ſacer. ad oſtiū eccl'ie occidētal' indutꝰ veſtibꝰ ſacer. in cappa ſerica rubea cū duobꝰ diaco. albis cū amictibꝰ indutis/abſqꝫ ſubdia. et ſine cruce per mediū choꝛi ꝑcedē. vexillo cilicino: ſintqꝫ pꝛeſētes in atrio eccleſie qui recōſiliādi ſūt. Et ſi ep̄us adeſt pꝛincipalis archidiaco. ex parte peniten. ſcilicet extra oſtium eccleſie/ in cappa ſerica/ alba et ſtola indutus/legat hanc lectionem. Lectio.

ADeſt o venerabilis pōtifex tempus acceptū dies pꝛopi tiationis diuine / et ſalutis humane: qua mors interitū / et vita accepit eterna principiū: quando in vinea dñi ſabaoth ſic nouorū palmitū plātatio facienda eſt: vt purget excecatio vetuſtatis Quāuis enim a diuitijs bonitatis dei / nihil tēporis vacet: nunc tamen et largitor eſt per indulgētiā / remiſſio peccatorū: et copioſior per gratiā / aſſūptio renaſcētiū. Augemꝰ / regenerādis creſcimur / reuerſis. Lauāt aque: lauant lachrime. Inde eſt gaudiū de aſſūptione vocatoꝝ hinc leticia de abſolutiōe penitētiū Inde eſt ꝙ ſupplices tui / poſtea q̄ i varias formas criminū neglectu mādatorū celeſtiū / ⁊ morū ꝓbabiliū trāſgreſſione / ceciderūt: humiliati itaqꝫ ꝓſtrati: ꝓphetica ad deum voce clamāt dicētes. **Peccauimꝰ cū patribꝰ noſtris: iniuſte egimꝰ / iniqtatē fecimus. Miſerere nr̄i dñe:** vocē angelicā nō fruſtratoria aure capiētes: beati qui lugēt / qm̄ ipſi cōſolabuntur Māducauerūt ſicut ſcriptū eſt panē doloris: lachrimis ſtratū rigauerūt: cor ſuū luctu: corpꝰ ieiunijs afflixerūt: vt aiarū reciperēt / quā perdiderāt ſanitatē. Vnicū eſt itaqꝫ penitētie ſuffragiū: qđ et ſingulis ꝓdeſt: et oībus in commune ſuccurrit. Redintegra ergo in eis apoſtolice pōtifex: quicqđ diabolo ſuadēte / ſeuiēte / ſcindēte / corruptū eſt: et orationū tuarū patrocinātibus meritis: per diuine reconciliatiōis gratiā / fac hoīes ꝓximos deo vt qui antea in ſuis ꝑuerſitatibus diſplicebāt: nūc iam placere ſe dño in regionē viuorū / deuicto mortis ſue auctore / gratulētur Que lectio nō legat᷑ / epō abſēte. Finita lectione icipiat epſ Añ. **Venite venite.** infra predictū oſtiū cōuerſꝰ ad borealē: ſignū faciēdo cū manu / quaſi vocādo. Deide diaco. ex parte penitē. ſcꝫ extra oſtiū dicat **Flectamꝰ genua.** Alius diaco. ex parte epī dicat **Leuate.** et ita fiat tribꝰ vicibꝰ. Ita tamē ꝙ poſt tertiā repetitionē añ. nō dr̄ **Flectamꝰ genua.** ſed chorus proſequat᷑ totā Añ. cātore incipiēte. **Filii audite me: timorē dñi docebo vos.** p̄s. **Benedicā.** Totus p̄s dicit᷑ cū **Gloria patri.** Et poſt vnūquēqꝫ v̇. repetat᷑ añ. Dum p̄s cātur a choro cū añ. ſemꝑ manuati penitentes ab aliquo preſbitero de choro / habitu non mutato: reddātur ſacerdoti executori officij et ab ipſo reſtituantur eccleſie gremio. Tamē ſi epūs p̄ſens fuerit: penitētes a preſbytero reddant᷑ archid. ⁊ et ab ipſo reddant᷑ epiſcopo: et ab ipſo reſtituāt᷑ eccleſie gremio. Quibus expletis: proceſſio more ſolito in chorū redeat. Deide ꝓſternāt ſe oēs: et dicāt clerici in choro ſeptem pſalmos penitētiales cū **Gloria patri.** et **Sicut erat.** Sacerđ. vero cū ſuis miniſtris: dicat ꝓ ſe ſeptē pſalmos cū **Gloria patri.** ⁊ **Sicut erat** et Añ. **Ne reminiſcaris.** cum **Kyrie eleyſō. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter.** ante altare ſicut in die cinerū p̄notatū eſt. Deide erigēs ſe ſacer. cōuerſꝰ ad auſtralē corā dextro cornu altaris: ſine nota dicat. **Et ne nos īducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. Deus meus ſperātes in te. Cōuerte dñe vſqꝫquo. et deprecabilis eſto ſu** per ſeruos tuos. ℣ Mitte eis domiñe auxilium de ſancto. et de ſyon tuere eos. ℣ Adiuua nos deus ſalutaris noſter. Et ꝓpter gloꝛiam nominis tui domine libera nos: et ꝓpicius eſto peccatis noſtris ꝓpter nomẽ tuũ. ℣ Domine exaudi oꝛationem meam. Et clamoꝛ meus. Dominꝰ vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛatio.

Adeſto dñe ſupplicationibꝰ noſtris: et me qui etiã mĩa tuã primꝰ ĩdigeo/ clemẽter exaudi: et quẽ non electiõe meriti/ ſed dono gratie tue cõſtituiſti operis huius miniſtrũ: da fiduciã tui muneris exequẽdi: et ipſe in noſtro miniſterio/ quod tue pietatis eſt operare. Per chꝛiſtũ. Et dicãtur oꝛationes: et terminẽtur ſub tono lectionis: ⁊ omnes oꝛatiões dicãtur cũ Oꝛemꝰ Non dicit̃ Dominꝰ vobiſ. niſi ante primã oꝛationẽ tãtũ. Alia Oꝛo.

Deus humani generis benignissime cõditoꝛ/ et miſericoꝛdiſſime refoꝛmatoꝛ: qui hoĩem inuidia diaboli ab eternitate deiectũ/ vnici filij tui ſãguine redemiſti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenꝰ moꝛi deſideras: et ꝗ non derelinꝗs deuios/ aſſume coꝛrectos: moueãt pietatẽ tuã ꝗs dñe hoꝛum famuloꝛũ tuoꝝ lachꝛimoſa ſuſpiria. tu eoꝛũ medere vulneribus: tu iacẽtibꝰ manũ poꝛrige ſalutarẽ: ne eccl'ia tua aliqua ſui coꝛpoꝛis poꝛtione vaſtet̃: ne grex tuus detrimẽtũ ſuſtineat: ne de familie tue damno/ inimicus exultet: ne renatos lauachꝛo ſalutari/ moꝛs ſecũda poſſideat. Tibi ergo dñe ſupplices pꝛeces offerimus/ tibi coꝛdis fletum effundimꝰ: tu parce confitẽtibus: vt ſic in hac moꝛtalitate peccata ſua te adiuuãte defleãt: quatinus in tremẽdi iudicij die/ ſentẽtiam eterne dãnationis euadãt: et neſciãt piiſſime pater quod terret in tenebꝛis: quod ſtridet in flãmis: atqꝫ ab erroꝛis ſui via ad iter reuerſi iuſticie/ nequaqꝫ vltra vulneribꝰ ſaucient̃: ſed integrũ ſit eis atqꝫ perpetuũ: et quod gratia tua cõtulit/ et quod mĩa refoꝛmauit. Per chꝛiſtum dominũ noſtrũ Alia Oꝛatio

Domine ſancte pater oĩpotens eterne deus: qui vulnera noſtra curare dignatꝰ es: te ſupplices rogamꝰ ac petimꝰ nos humiles tui ſacerdotes: vt pꝛecibꝰ noſtris aures tue pietatis ĩclinare digneris: atqꝫ ad penitẽtiã cõfeſſione mouearis. et remittasqꝫ oĩa crimina et peccata vniuerſa cõdones: deſqꝫ his famlis tuis dñe pꝛo ſupplicijs veniã: pꝛo meroꝛe leticiã: pꝛo moꝛte vitã: vt qui ad tantã ſpem celeſtis apicis deuoluti ſũt: de tua miſericoꝛdia cõfidẽtes: ad bona pacifici pꝛemij tui atqꝫ ad celeſtia bona peruenire mereant̃. Per chꝛiſtum Hic non dicit̃ Oꝛemꝰ. ſed ſacer. ad populũ cõuerſꝰ: manu extẽſa ſine nota dicat abſolutionẽ Abſolutio

Abſoluimus vos vice beati petri apoſtoloꝛũ pꝛincipis: cui collata eſt a dño poteſtas ligãdi atqꝫ ſoluẽdi: et quãtũ ad vos pertinet accuſatio/ et ad nos remiſſio: ſit vobis oĩps deus vita et ſalus: et oĩm peccatoꝛũ veſtroꝝ pius indultoꝛ. Qui viuit et regnat cũ deo patre ⁊c. Et ſic ſurgãt oĩs a pſtratiõe oſculantes formulas vel terrã: ſacerdote dicẽte Qui viuit. Et ſi epiſcopus adeſt: dicat benedictionem Deinde incipiatur miſſa ſolemniter ſine regimine chori. Officium.

NOs autē gloriari oportet in cruce domini noſtri ieſu chriſti: ī quo eſt ſalus vita/ et reſurrectio noſtra: per quē ſaluati et liberati ſumꝰ. Ps. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos/ et miſereatur noſtri. Si epiſcopꝰ celebret dicitur Gloria patri: aliter nō. Et ſiue epiſcopus celebret/ ſiue non: dicitur cantus de Cōditor Kyrie eleyſon. abſqꝫ verſibus. Si epiſcopus celebret/ dicitur Gloria in excelſis: aliter non. Sequatur Oremus/ ſine Flectamus genua leuate. Oro

DEus a quo et iudas proditor reatꝰ ſui penā/ et confeſſionis ſue latro premium ſumpſit concede nobis queſumꝰ tue ꝓpiciationis effectū: vt ſicut in paſſione ſua ieſus chriſtꝰ dn̄s noſter/ diuerſa vtriſqꝫ intulit ſtipendia meritoꝝ ita nobis ablato vetuſtatis errore/ reſurrectionis ſue gratiam largiatur. Qui tecum viuit et regnat. ꝛc.

Ad Corinthios. prime. xj.

FRatres. Conuenientibꝰ vobis in vnum: iam nō eſt dominicā cenam manducare. Vnuſquiſqꝫ enim ſuam cenam p̄ſumit ad manducandum. Et alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt Nunquid domos non habetis ad manducandū et bibendum? Aut eccleſiam dei contemnitis et confūditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos/ in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino/ quod et tradidi vobis: quoniam dominus ieſus in qua no tradebatur: accepit panem/ et gratias agens fregit/ et dixit. Accip et manducate: hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur. facite in meam cōmemorationē. Similiter et calicem: poſtq̄ cenauit dicens. Hic calix nouum teſtamentum eſt/ in meo ſanguine: ho facite quotienſcūqꝫ bibetis/ in meam cōmemorationē. Quotienſcūqꝫ enim māducabitis panem hu ⁊ calicem bibetis: mortem domini annūciabitis donec veniat. Itaq quicunqꝫ māducauerit panem ve biberit calicē domini indigne: reus erit corporis et ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo et ſic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne/ iudicium ſibi manducat et bibit: non dijudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus: nō vtiqꝫ iudicaremur. Dū iudicamur autem/ a domino corripimur: vt non cum hoc mūdo dānemur. Hec predicta epiſtola legatur in pulpito et ibidem cantetur Grad̄ a duobus pueris/ in ſuppellicijs. Grad̄. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſqꝫ ad mortem: mortem autem crucis. Vꝰ. Propter quod et deus exaltauit illum: et dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Repetatur grad̄. niſi epiſcopus celebret. ¶ Euangelium legatur in pulpito more dominicali.

¶ Secundum Johannem. xiij.

Ante diē feſtū paſche ſciēs ieſus qȝ venit hora eius: vt tranſeat ex hoc mūdo ad patrē: cū dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mūdo: in finem dilexit eos. Et cena facta cū diabolus iam miſiſſet in cor / vt traderet eū iudas ſymonis ſcariothis: ſciens quia oīa dedit ei pater in manus: et quia a deo exiuit / et ad deū vadit: ſurgit a cena / et ponit veſtimēta ſua. Et cum accepiſſet lintheū: precinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim: et cepit lauare pedes diſcipulorum ſuorum: et extergere linthea / quo erat precinct⁹. Venit ergo ad ſymonem petrum. Et dixit ei petrus. Domine / tu michi lauas pedes? Reſpondit ieſus / et dixit ei. Qđ ego facio / tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei petrus Non lauabis michi pedes in eternum. Reſpondit ei ieſus. Si non lauero te: non habebis partē mecum. Dicit ei ſymon petrus. Domine non tantum pedes meos: ſed et manus ⁊ caput. Dicit ei ieſus. Qui lotus eſt: non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mund⁹ totus. Et vos / mundi eſtis: ſed nō omnes. Sciebat enī quiſnā eſſet qui traderet eum: propterea dixit non eſtis mūdi omnes. Poſtq̄ ergo lauit pedes eorum: accepit veſtimenta ſua: et cum recubuiſſet / iterum dixit eis. Scitis / quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter et dñe: ⁊ bene dicitis. Sū etenī. Si ergo ego laui pedes vros / dñs et magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enī dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis / ita et vos faciatis. Et legat̄ in pulpito more dñicali: ſine Credo / niſi epūs celebrauerit: tunc enī legat̄ euāge. more duplicis feſti: et dī Credo. Offe. Dextera dñi fecit virtutē: dextera domini exaltauit me: non moriar ſed viuam: et narrabo opera dñi. Ponant̄ a ſubdiacono: tres hoſtie ad cōſecrandū: quarū due reſeruent̄ i craſtinū: vna ad percipiendū a ſacerdote: reliqua vt ponat̄ cū cruce i ſepulchro.

Secre. Ipſe tibi q̄s dñe ſancte pater oīpotens eterne deus / ſacrificiū noſtrum reddat acceptū: qui diſcipulis ſuis in ſui commemorationē hoc fieri / hodierna traditiōe mōſtrauit: ieſus chriſt⁹ dñs noſter. Qui tecū viuit. Prefatio quotidiana. Hac die Sanctus ſolenniter cātet̄: licet epūs defuerit. Infra canonē. Cōmunicātes: et Hāc igitur et Qui pridie. et dicunt̄ tā a ſacerdo. q̄ ab epiſco. Tres pueri ante olei cōſecrationē: ſimul cantent hunc hymnū in ſuppellicijs. O redemptor. Chor⁹ idem repetat poſt vnūquēq; v. Hac die nō dicit̄ Agnus dei: nec Pax detur: niſi epiſcop⁹ celebrauerit: tunc enī dicitur Agnus dei ſolēniter more duplicis feſti: ⁊ ſacri criſmatis ampulla pro pace deoſculetur. Cōio. Dominus ieſus poſtq̄ cenauit cum diſcipulis ſuis: lauit pedes eorum et ait illis. Scitis quid fecerim vobis ego dominus et magiſter: exemplum dedi vobis / vt et vos ita faciatis.

Cantata cōmunione: ſtatim incipiantur veſpere feſtiue/ ſine regimine chori/ et ſine Deus in adiutoriū. Ab aliquo de ſuperiori gradu: incipiatur Añ. **Calicem.** Ps.

CRedidi ꝓpter quod locut⁹ ſum: ego autē humiliat⁹ ſū nimis. Ego dixi in exceſſu meo: oīs homo mendax. Quid retribuā dño: pro oībus que retribuit michi. Calicem ſalutaris accipiam: et nomē dñi inuocabo. Vota mea dño reddā corā omni populo ei⁹: p̄cioſa in cōſpectu dñi mors ſanctorū eius. O dñe qa ego ſeruus tuus: ego ſeru⁹ tuus/ et filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: et nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddā in cōſpectu oīs populi eius: in atrijs dom⁹ dñi/ in medio tui hieruſalē. Non dr̄ Gloria patri: ſed repetat̄ Añ. **Calicem** ſalutaris accipiam: et nomen dñi inuocabo. **Et** ceteri pſalmi cum ſuis añis dicunt̄ ſimili modo ſine Gloria. Ps.

ADdominū cū tribularer clamaui: ꝛ exaudiuit me. Dñe libera animā meā a labijs iniquis ꝛ a lingua doloſa. Quid detur tibi aut quid apponat̄ tibi: ad linguā doloſā. Sagitte potentis acute: cū carbonib⁹ deſolatoriis. Heu mihi quia incolat⁹ meus prolōgatus eſt/ habitaui cū habitantibus cedar: multū incola fuit aīa mea. Cū his qui oderunt pacem eram pacific⁹: cum loquebar illis impugnabāt me gratis. Añ. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Pſalm⁹.

ERipe me domine ab homi malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniquitates in corde: tota die cōſtituebant prel Acuerunt linguas ſuas ſicut ſer pentes: venenū aſpidum ſub lab is eorum. Cuſtodi me dñe de ma nu peccatoris: et ab hoīb⁹ iniquis eripe me. Qui cogitauerūt ſupplantare greſſus meos: abſcōde runt ſuperbi laqueum mihi. Et funes extenderūt in laqueum iux ta iter ſcandalum poſuerūt mih Dixi domino deus meus es tu: exaudi domine vocem deprecatio nis mee. Domine dñe virtus ſa lutis mee: obūbraſti ſuper caput meū in die belli. Non tradas me domine a deſiderio meo peccatori cogitauerūt contra me ne derelin quas me/ ne forte exaltentur. Caput circuit⁹ eorū: labor labiorū ipſorum operiet eos. Cadent ſuper eos carbones: in ignē deijcies eos in miſerijs non ſubſiſtent. Vir linguoſus non dirigetur in terra virum iniuſtum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis: et vindictam pauperum. Veruntamen iuſti cōfitebunt̄ nomini tuo: ꝛ habitabunt recti cum vultu tuo. Añ. Ab hoīb⁹ iniquis: libera me dñe. Ps.

DOmine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea/ ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinū. Pone domine cuſtodiam ori meo: et oſtium circumſtantie labijs meis. Non declines cor meū in ver ba malicie: ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cum hominibus operantibus iniquitatē et non communicabo cum electis eoꝛū. Coꝛripiet me iuſtus in miſericoꝛdia/et icrepabit me: oleum autem peccatoꝛis non impinguet caput meum. Quoniam adhuc et oꝛatio mea in beneplacitis eoꝛū abſoꝛpti ſunt iuncti petre iudices eoꝛum. Audient verba mea quoniam potuerunt: ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuper terrā. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te dn̄e domīe oculi mei/in te ſperaui nō auferas animam meā. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt michi: et a ſcandalis operantiū iniquitatē. Cadent in retiaculo eius peccatoꝛes: ſingulariter ſum ego donec tranſeam. An̄. Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerunt michi: et a ſcandalis operantium iniquitatem. Pſalmus.

Voce mea ad dn̄m clamaui: voce mea ad dn̄m deꝑcatus ſum. Effundo in cōſpectu eius oꝛationē meam: ⁊ tribulationem meam ante ipſum pꝛonūcio. In deficiendo ex me ſpiritū meum: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabā abſconderūt laqueū michi. Conſiderabā ad dexterā et videbam: ⁊ non erat qui cognoſceret me. Perijt fuga a me: ⁊ non eſt qui requirat animā meā. Clamaui ad te domine: dixi tu es ſpes mea/poꝛtio mea in terra viuentiū. Intende ad deꝑcationē meam: quia humiliat⁹ ſum nimis. Libera me a perſequētib⁹ me: q̄a cōfoꝛtati ſūt ſuꝑ me. Educ de cuſtodia aīam meā ad cōfitēdū nōi tuo: me expectant iuſti donec retribuas michi. An̄. Cōſiderabā ad dexterā et videbā: et nō erat qui cognoſceret me. Finita hac q̄nta an̄. ſtati icipiat̄ An̄ Cenātib⁹. Cāticū btē marie. Lu. i

Magnificat aīa mea dn̄m. Et exultauit ſpūs meus: in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatē ancille ſue: ecce enī ex hoc beatā me dicēt/oēs generationes. Quia fecit michi magna qui potēs eſt: et ſanctū nomē eius. Et mīa eius a pꝛogenie in pꝛogenies: timētib⁹ eum. Fecit potentiam in bꝛachio ſuo: diſperſit ſuꝑbos mente coꝛdis ſui. Depoſuit potētes de ſede: et exaltauit humiles. Eſuriētes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerū ſuum: recoꝛdat⁹ mīe ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros: abꝛaham et ſemini eius in ſecula. An̄. Cenantibus autem accepit ieſus panem: benedixit ac fregit/dedit diſcipulis ſuis. Repetita An̄. poſt Magnificat. dicat ſacerdos Poſtcōio/cum Dn̄s vobiſcū: et Oꝛemus moꝛe ſolito. Poſtcōio.

Refecti vitalibus alimentis q̄s dn̄e de⁹ noſter: vt qđ tēpoꝛe nr̄e moꝛtalitatis exequimur immoꝛtalitatis tue munere conſequamur. Per do. Et ſic miſſa et veſpe ſimul finiant̄: diaco. dicēte Ite miſſa eſt/ſi ep̄s celebꝛet. ſi vo non: miſſa et veſpe ſimul finiant̄ cum Bn̄dicam⁹ dn̄o. Propter ſolēnitatē vero cene: diacon⁹ et ſubdiaconus dalmatica et tunica induant̄: licet ep̄us nō celebꝛauerit.

Poſt prandium cōueniant clerici ad eccleſiā / ad altaria abluenda: et ad mandatū faciendū: et ad cōpletoriū dicendū. In primis benedicat᷑ aqua more ſolito / extra chorum priuatim. Deinde preparentur duo ſacerdotes excellentiores / cum diacono et ſubdiacono de ſecunda forma: et cerofer᷑. de prima forma: qui oēs ſint albis cū amictis induti: et duobꝰ clericis vinū et aquā deferentibꝰ / et incipient a maiori altare: ⁊ abluant illud infundētes vinum ⁊ aquam: et interim cantet᷑. ℟. **In monte oliueti.** a toto choro corā altari / cum ſuo ℣. et dicit᷑ ſine **Gloria patri.** Quo finito: dicit᷑ ℣. et orō de ſctō / in cuiꝰ honore cōſecratū eſt altare: ab excellent᷑. ſacerdo. modeſta voce Itē ſine nota: que terminetur ſic. **Per chriſtū:** nec ꝑcedat nec ſubſequat᷑ / **Dñs vobiſ.** ſed tantum **Oremus** ante orationē. Eodem modo omnia altaria in eccleſia abluant᷑ cū ℟io. et ℣. ſicut ordinatim ſunt in predicta hiſtoria: ſcilicꝫ **In monte oliueti.** et cum ℣. et or. de ſanctis / vtſ̄ dictū eſt. Ita ꝙ nullū ℟. incipiatur / niſi tantū corā altari: ⁊ ibi totū cantabit᷑ vtſ̄ diximꝰ. Et ſemper in extrema ablutione: cantet᷑ ℟. **Circundederunt** / cum ſuo ℣. Et ſi plura fuerint altaria in eccleſia ꝙ̄ ℟. in predicta hiſtoria: tunc reincipiat᷑ hiſtoria ordine ꝑdicto ſeruato: ſed ꝙ ℟. **Circundederūt** / ſemper vltimo loco cantet᷑. Poſt ablutionem altaris / intrent capitulū: et diaconꝰ legat euange. **Ante diē feſtum.** ſicut ad miſſam lectū eſt. deinde dicitur ſermo. Quo finito ſurgant duo predicti ſacerd̄. et incipien̄. a maioribꝰ / lauāt oīm pedes: vnus ex vna parte: ⁊ alter ex altera parte chori: et ipſi inuicē ſibi lauēt pedes. Et interī cātent᷑ he ſequētes añe cum ſuis ps / a toto choro interī ſedēte. Añ. **Mandatū nouum.** ps. **Deus miſereat᷑ nři.** totus ps. dicit᷑ ſine **Gloria patri.** Et poſt vnūquēqꝫ ℣. repetat᷑ Añ. Et hoc modo dicunt᷑ oēs añe cum ſuis ps que ſequunt᷑. Añ. **Diligamus nos.** ps. **Ecce ꝙ̄ bonum.** Añ **In diebꝰ illis.** ps. **Miſerere.** j. Añ **Maria ergo.** ps **Beati immaculati** Añ **Poſtꝙ̄.** ps. **Audite hec omnes gentes.** He ſequētes añe ſi neceſſe fuerit cātent᷑: ſin autē oīo pretermittāt᷑. Añ. **Vos vocatis.** Añ. **Si ego dñs.** Añ. **Ante diem.** Añ **Venit ad petrum** Peracta ablutiōe pedū dicto ſermōe accipiāt caritatis potū. Quibꝰ rite peractis: vnꝰ ſacerdos dicat preces hoc modo Preces

Suſcepimꝰ deus miſericordiā tuam. In medio templi tui. Tu mandaſti. Mandata tua cuſtodiri nimis. Ecce ꝙ̄ bonū et ꝙ̄ iocundū. Habitare fratres in vnū. Dñe exaudi. Et clamor. Dominꝰ vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Orō.

Adeſto q̄s dñe officio ſeruitutis noſtre: et quia tu pedes lauare dignatus es tuis diſcipulis: ne deſpicias opera manuum tuarum / que nobis retinenda mādaſti: ſed ſicut exteriora hic abluuntur inquinamenta corporum: ſic a te omniū noſtrorū interiora mundent᷑ peccata / quod ipſe preſtare digneris. Qui cū deo patre et ſpiritu ſctō viuis et regnas

deus. Per. Si vero nullꝰ aſſit clericus ſermonem faciēs: ceteris vt pꝛius peractis: poſt ablutionē pedum dicuntur pꝛeces pꝛedicte. Deinde legatur ſequēs euang. a quodam diaco. de ſecūda foꝛma: in ſuperpel. ſine titulo/ bn̄dictione pꝛius petita ab executoꝛe officij: et legatur moꝛe lec. fratribus interim caritatis potū ſumētibꝰ: et legat̄ vſq; ad illum finem. Surgite eamus hinc. Et ita recedant.

¶ Scd̄m Johannē. xiij. et. xiiij.

In illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amē amen dico vobis: nō eſt ſeruus maioꝛ domino ſuo: neq; apoſtolus maioꝛ eo qui miſit illū. Si hec ſcitis: beati eritis ſi feceritis ea Non de omnibus vobis dico Ego ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur ſcriptura. Qui māducat mecum panem: leuabit cōtra me calcaneū ſuum. Amodo dico vobis pꝛiuſq̄ fiat: vt cum factū fuerit credatis/ quia ego ſum. Amen amē dico vobis: qui accipit ſi quē miſero/ me accipit Qui autem me accipit: accipit eum qui me miſit. Et cum hec dixiſſet ieſus turbatꝰ eſt ſpiritu: et ꝓteſtatꝰ eſt/ et dixit. Amen amē dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet. Aſpiciebant ergo ad inuicem diſcipuli: heſitantes de quo diceret. Erat autem recumbēs vnus ex diſcipulis eius in ſinu ieſu: quē diligebat ieſus. Innuit ergo huic ſymon petrus: ⁊ dixit ei. Quis eſt de quo dicit? Itaq; cum recubuiſſet ille ſupꝛa pectus ieſu: dixit ei Dn̄e/ q̄s eſt? Reſpōdit ieſus. Ille eſt/ cui ego intinctū panem poꝛrexero Et cum intinxiſſet panem: dedit iude ſimonis ſcariothis. Et poſt bucellā/ introiuit in illum ſathanas: et dixit ei ieſus. Quod facis/ fac citius. Hoc autem nemo ſciuit diſcūbentiū: ad quid dixerit ei. Quidā autē putabant/ quia loculos habebat iudas: q̄ dixiſſet ei ieſus/ eme ea q̄ nobis opꝰ ſunt ad diem feſtum: aut egenis vt aliquid daret. Cū ergo accepiſſet ille bucellā exiuit cōtinuo Erat autē nox. Cum ergo exiſſet dixit ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hoīs: et deus clarificatus eſt in eo. Si deus clarificatꝰ eſt in eo: et deus clarificabit eum in ſemetipſo. Et continuo clarificauit eū. Filioli adhuc modicū vobiſcum ſum. Queretis me/ et ſicut dixi iudeis: quo ego vado/ vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouū do vobis/ vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos/ vt et vos diligatis inuicem. In hoc cognoſcēt omnes quia diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionē habueritis ad inuicem. Dixit ei ſymon petrꝰ. Domine quo vadis? Reſpōdit ieſus. Quo ego vado/ non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea. Dixit ei petrus. Quare non poſſū te ſequi modo? Animā meā pꝛo te ponā. Reſpōdit ei ieſus. Aīam tuam pꝛo me pones. Amē amen dico tibi: non cātabit gallus/ donec ter me negabis. Et ait diſcipulis ſuis. Non turbetur coꝛ veſtrum:

neqꝫ foꝛmidet. Creditis in deū: et in me credite. In domo p̄ris mei: māsiones multe sunt. Si quominus dixissē vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero et p̄parauero vobis locum: iterū veniam et accipiā vos ad meipsum: et vbi sum ego/ et vos sitis Et quo ego vado scitis: et viam scitis. Dixit ei thomas Dn̄e: nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viam scire? Dicit ei iesus. Ego sum via/ veritas/ et vita. Nemo venit ad patrē: nisi per me Si cognouissetis me: et patrē meum vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et vidistis eū. Dicit ei philippus. Dn̄e/ ostende nobis patrē et sufficit nobis. Dicit ei iesꝰ. Tanto tempoꝛe vobiscū sum: et non cognouistis me. Philippe qui videt me: videt et patrē meum. Et quomodo tu dicis/ ostende nobis patrem? Non credis/ quia ego in patre: et pater iu me est. Uerba q̄ ego loquoꝛ vobis: a meipso nō loquoꝛ Pater autem in me manens: ipse facit opera. Nō creditis/ quia ego in patre: et pater in me est? Alioquin pꝛopter opera ipsa credite.

Amen amē dico vobis: qui credit in me/ opera que ego facio/ et ipse faciet. Et maioꝛa hoꝝ faciet/ quia ego ad patrem vado. Et quodcūqꝫ petieritis patrem in noīe meo/ hoc faciam: vt gloꝛificetꝛ pater in filio Si quid petieritis in nomine meo: hoc faciam. Si diligitis me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitū dabit vobis/ vt maneat vobiscū/ ineternum. Spiritum veritatis/ quem mundus non potest capere quia non videt eum/ nec scit eum. Uos autē cognoscetis eum/ quia apud vos manebit: et ī vobis erit Non relinquā vos oꝛphanos/ veniam ad vos: adhuc modicum et mundus me iam non videt. Uos autem videbitis me: quia ego viuo/ et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis q̄a ego sū in p̄re meo: et vos in me/ et ego in vobis. Qui habet mādata mea ⁊ seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autē diligit me: diligetꝛ a patre meo. Et ego diligam eum: et manifestabo ei meipsum. Dicit ei iudas: non ille scariothis. Domine quid factū est/ quia manifestaturꝰ es teipsū nobis/ et non mundo? Respondit iesus: ⁊ dixit ei. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et pater meꝰ diliget eum: et ad eum veniemus/ et māsionem apud eum faciemus. Qui non diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonem quē audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manēs Paraclytus autē spiritꝰ sanctus: quem mittet pater in noīe meo: ille vos docebit omnia/ et suggeret vobis oīa quecunqꝫ dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacem meā do vobis. Non quomodo mūdus dat: ego do vobis. Non turbetur coꝛ vestrum: neqꝫ foꝛmidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ/ quia vado ad patrē: quia pater maioꝛ me est. Et nunc dixi vobis pꝛiusq̄ fiat: vt cum factū fuerit credatis. Iam non mul ta loquar vobiſcū. Venit enim princeps mundi huius: et in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mūdus quia diligo patrē: ⁊ ſicut mādatum dedit mihi pater: ſic facio. Surgite eamꝰ hinc. ¶ Feria. vj. in die paraſceues dicta hora nona accedat ſacerd. ad altare / indutus veſtibꝰ ſacerdotalibꝰ / in caſula rubea / cū diacono et ſubdiaco. et ceteris miniſtris altaris: qui oēs ſint albis cum amictibꝰ induti ſine tunica: dictaqꝫ oratiōe dn̄ica / ſtatim pcedat accolitꝰ alba indutꝰ: ad legendū hanc lectionē ad grad̄ chori ſine titulo / hoc modo. Oſee. vj.

In tribulatiōe ſua mane cōſurgent ad me. Venite et reuertamur ad dn̄m: quia ipſe cepit et ſanabit nos: percutiet / et curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: ī die tertia ſuſcitabit nos: et viuemus in cōſpectu eius. Sciemus / ſequemurqꝫ: vt cognoſcamꝰ dominū. Quaſi diluculum preparatus eſt egreſſꝰ eius: ⁊ veniet quaſi imber nobis tēporaneꝰ et ſerotinus terre. Quid faciam tibi effraim? Quid faciam tibi iuda? Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina: et quaſi ros mane pertranſiens. Propter hoc dolaui in prophetis et occidi eos in verbis oris mei et iudicia mea quaſi lux egredientur. Quia mīam volui / et non ſacrificium: et ſcientiam dei / pluſq̄ holocauſtū. Chorus alternatim dicat tractum ſequentē. Tractus

Domīe audiui auditū tuum et timui: cōſideraui opera tua et expaui. In medio duū aīaliū innoteſceris: dum appropiquauerit anni cognoſceris: dum aduenerit tempꝰ oſtenderis. In eo dum conturbata fuerit anima mea: in ira mīe memor eris. Deus a libano veniet: et ſanctus de monte vmbroſo et condenſo. Operuit celos maieſtas eius: et laudis eius plena eſt terra. Sequat̄ oratio / ſine Dn̄s vobiſcū: ſed tantum cū Oremꝰ: ⁊ Flectamus ge. Oro

Deus a quo et iudas proditor reatus ſui penā: et confeſſiōis ſue latro premiū ſumpſit: concede nobis tue ꝓpitiationis effectum: vt ſicut in paſſione ſua Ieſus chriſtꝰ dn̄s noſter diuerſa vtriſqꝫ intulit ſtipēdia meritoꝝ: ita nobis ablato vetuſtatis errore: reſurrectionis ſue gratiam largiatur. Qui tecum viuit. Subdiaconꝰ legat hanc lectionē ad gradū chori / ſine titulo hoc modo. Exodi. xij.

Dixit dn̄s ad moyſen et aaron / in terra egypti. Menſis iſte vobis principiū menſium: primus erit in mēſibus anni. Loquimini ad vniuerſū cetū filiorū iſrael / et dicite eis. Decima die mēſis huiꝰ: tollat vnuſqſqꝫ agnū per familias / ac domos ſuas. Sin autem minor eſt numerꝰ: vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnum: aſſumat vicinū ſuū / qui coniūctus eſt domui eius / iuxta numerū animarū / que ſufficere poſſint ad eſū agni. Erit enī agnus abſqꝫ macula: maſculus anniculꝰ. Iuxta quē ritū / tolletis et hedū: et ſeruabitis eum vſqꝫ ad quartādecimā diem mēſis huius. Immolabitqꝫ eum vniuerſa multitudo filiorum iſrl̄ ad veſperū: ſumentqꝫ de ſanguine agni / ac ponent ſuper vtrumqꝫ poſtē: et in ſupliminaribꝰ domoꝝ in quibꝰ comedēt illū. Et edēt carnes nocte illa aſſas igni: ⁊ azimos panes cū lactucis agreſtibꝰ. Non comedetis ex eo crudū quid / nec coctum aqua: ſed aſſū tātū igni. Caput cum pedibꝰ eius / et inteſtinis voꝛabitis: et os eius nō cōfrigetis nec remanebit quicq̄ ex eo vſqꝫ mane Si quid reſiduū fuerit: igne cōburetis. Sic autē comedetis illū. Renes veſtros accingetis: ⁊ calciamēta habebitis in pedibꝰ: tenētes baculos in manibꝰ. Et comedetis feſtināter. Eſt eni phaſe: ideſt trāſitus domini. Choꝛꝰ alternati dicat Tractū ſequentē. Tractus.

Eripe me dñe ab hoīe malo: a viro iniquo libera me. Qui cogitauerunt malicias in coꝛde: tota die cōſtituebāt pꝛelia. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpētes: venenū aſpidū ſub labiis eoꝛum. Cuſtodi me dñe de manu peccatoꝛis: et ab hoībꝰ iniquis libera me. Qui cogitauerūt ſupplātare greſſꝰ meos: abſcōderūt ſuperbi laqueū mihi Et funes extēderunt in laqueū pedibꝰ meis: iuxta iter ſcandalū poſuerunt michi. Dixi domio deus meus es tu: exaudi domine vocem oꝛationis mee. Domine dñe virtus ſalutis mee: obumbꝛaſti caput meum in die belli. Ne tradas me a deſiderio meo peccatoꝛi: cogitauerūt aduerſū me ne dereliquas me / ne vnq̄ exaltentur Caput circuitus eoꝛum: laboꝛ labioꝛum ipſoꝛum operiet eos. Verūtamen iuſti confitebuntur nomini tuo: et habitabunt recti cum vultu tuo. ¶ Sequat̄ paſſio ſine Dñs vobiſ: et ſine titulo / hoc modo icipiēdo. Johā. xviij. m



Egreſſus eſt ieſus cum diſcipulis ſuis trans toꝛrentem cedꝛon / vbi erat oꝛtus: in quem introiuit ipſe / et diſcipuli eius. Sciebat autē et iudas qui tradebat eū locum: quia frequēter ieſus conuenerat illuc cum diſcipſis ſuis. Judas ergo cū accepiſſet cohoꝛtē / et a pōtificibus et phariſeis miniſtros venit illuc cum laternis / et facibꝰ / et armis. Jeſus itaqꝫ ſciēs omnia que vētura erant ſuper eum: proceſſit et dixit eis. b. Quē queritis: m. Reſponderūt ei. a. Jeſum nazarenū. m. Dicit eis ieſus. b. Ego ſum. m. Stabat autē ⁊ iudas qui tradebat eum / cū ipſis. Ut ergo dixit eis ego ſum: abierunt retroꝛſum et ceciderūt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos. b. Quem queritis: m. Illi autem dixerūt. a. Jeſum nazarenū. m. Reſpondit ieſus. b. Dixi vobis / quia ego ſū. Si ergo me queritis: ſinite hos abire. m.

Ut impleret᷑ ſermo quē dixit: q̄a quos dediſti mihi: non perdidi ex eis quenq̄. Symō ergo petrus habens gladiū eduxit eum: ⁊ percuſſit pontificis ſeruum: et abſcidit auriculā eius dextram. Erat aūt nomen ſeruo malchus. Dixit ergo ieſus petro. b. Mitte gladium tuum in vaginā. Calicē quem dedit michi pater: non vis vt bibam illum? m. Cohoꝛs ergo et tribun⁹ et miniſtri iudeoꝛum cōpꝛehenderūt ieſum et ligauerūt eum: ⁊ adduxerūt eū ad annā pꝛimū. Erat enim ſocer caiphe qui erat pontifex anni illius. Erat autē caiphas qui conſiliū dederat iudeis: quia expedit vnū hominē moꝛi pꝛo populo. Sequebat᷑ autē ieſū ſymon petrus: et alius diſcipulus. Diſcipulus autē ille erat notus pontifici: et introiuit cū ieſu in atriū pontificis. Petrus autē ſtabat ad oſtium foꝛis. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus pōtifici: et dixit oſtiarie: et introduxit petrum. Dixit ergo petro ancilla oſtiaria. a. Nunquid et tu ex diſcipulis es homis iſtius? m Dicit ille. a. Non ſum. m. Stabāt autē ſerui et miniſtri ad pꝛunas/ q̄a frigus erat: ⁊ calefaciebāt ſe. Erat autē cū eis et petr⁹ ſtans et calefaciēs ſe. Pontifex ergo interrogauit ieſum / de diſcipulis ſuis: et de doctrina eius. Reſpōdit ei ieſus. b. Ego palā locut⁹ ſum mūdo. Et ſemper docui in ſynagoga et in templo quo oēs iudei conueniūt: et in occulto locutus ſum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt quid locut⁹ ſum ipſis. Ecce hi ſciūt que dixerim ego. m. Hec autē cum dixiſſet: vnus aſſiſtēs miniſtroꝛū: dedit alapā ieſu dicens. a. Sic reſpōdes pōtifici? m. Reſpondit ei ieſus. b. Si male locut⁹ ſum teſtimoniū ꝑhibe de malo. Si autem bene: quid me cedis? m Et miſit eum annas ligatū ad cayphā pontificē. Erat autē ſymon petr⁹ ſtans: et calefaciēs ſe. Dixerūt ergo ei. a. Nunquid et tu ex diſcipulis eius es? m. Negauit ille / et dixit. a. Non ſum. m. Dixit ei vnus ex ſeruis pōtificis: cognatus eius cuius abſcidit petrus auriculā. a. Nonne ego te vidi in oꝛto cū illo? m. Iterū ergo negauit petrus: et ſtatim gallus cantauit Adducūt ergo ieſum a caypha in pretoꝛiū. Erat autem mane. Et ipſi nō introierūt in pretoꝛiū/ vt non contaminarēt᷑: ſed vt māducarēt paſca Exiuit ergo pilatus ad eos foꝛas/ et dixit. a. Quam accuſationē affertis aduerſus hominem hunc? m. Reſponderūt et dixerunt ei. a. Si nō eſſet hic malefactoꝛ: non tibi tradidiſſem⁹ eum. m Dixit ergo eis pilat⁹. a. Accipite eum vos: et ſcd̄m legē veſtrā iudicate eum. m Dixerunt ergo ei iudei. a. Nobis non licet interficere quenq̄. Ut ſermo ieſu impleret᷑ quem dixit: ſignificās qua moꝛte eſſet moritur⁹. Introiuit ergo iterum in pretoꝛiū pilat⁹: et vocauit ieſum/ et dixit ei. a. Tu es rex iudeoꝛū. m Reſpondit ieſus. b. A temetipſo hoc dicis: an alij dixerunt tibi de me? m. Reſpondit pilat⁹. a. Nunquid ego iudeus ſum? Gens tua ⁊ pontifices tradiderunt te michi.

Quid feciſti? m. Reſpondit ieſus. b. Regnũ meũ non eſt de hoc mũdo. Si ex hoc mũdo eſſet regnum meum: miniſtri mei vtiqꝫ decertarent/ vt non traderer iudeis. Nũc autem regnũ meum non eſt hinc m. Dixit itaqꝫ pilatꝰ. a. Ergo rex es tu? m. Reſpondit ieſus. b. Tu dicis: q̄a rex ſum ego. Ego in hoc natus ſum/ et ad hoc veni in mũdum: vt teſtimoniũ perhibeã veritati. Oĩs qui eſt ex veritate: audit vocem meam. m. Dicit ei pilatus a. Quid eſt veritas? m. Et cũ hoc dixiſſet: iterum exiuit ad iudeos: et dixit eis. a. Ego nullam iuenio in eo cauſam. Eſt autẽ cõſuetudo vobis: vt vnum dimittã vobis in paſca. Vultis ergo dimittam vobis regem iudeoꝛũ? m. Clamauerunt rurſum oẽs dicẽtes. a. Non hunc/ ſed barrabã. m. Erat autẽ barrabas latro Tunc ergo appꝛehẽdit pilatꝰ ieſum: et flagellauit. Et milites plectentes coꝛonam de ſpinis impoſuerũt capiti eiꝰ/ ⁊ veſte purpurea circumdederũt eum: et veniebant ad eum et dicebãt. a Aue rex iudeoꝛũ. m. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: et dixit eis. a. Ecce adduco eũ vobis foꝛas: vt cognoſcatis quia nullã inuenio in eo cauſã. m. Exiuit ergo ieſus poꝛtans ſpineã coronã: et purpureũ veſtimentum. Et dixit eis pilatus. a. Ecce homo m. Cum ergo vidiſſent eum põtifices et miniſtri: clamabãt dicẽtes a. Crucifige crucifige eum. m. Dixit ei pilatus. a. Accipite eum vos et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo cauſã. m. Reſponderũt ei iudei. a. Nos legem habemꝰ/ et ſcđm legem debet moꝛi: quia filium dei ſe fecit. m. Cum ergo audiſſet pilatus hunc ſermonẽ: magis timuit. Et ingreſſus eſt pꝛetorium iterũ: et dixit ad ieſũ. a. Unde es tu? m. Jeſus autẽ reſponſũ non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus a. Michi non loqueris? Neſcis q̄a poteſtatem habeo crucifigere te: ⁊ poteſtatẽ habeo dimittere te? m. Reſpondit ieſus. b. Non haberes poteſtatẽ aduerſũ me vllam: niſi tibi datum eſſet de ſuper. Pꝛopterea qui tradidit me tibi: maiꝰ peccatum habet. m. Et exinde querebat pylatꝰ dimittere eum. Iudei autẽ clamabãt dicẽtes. a. Si hũc dimittis: non es amicus ceſaris. Oĩs enĩ qui ſe regem facit: cõtradicit ceſari. m. Pylatus ergo cum audiſſet hos ſermões/ adduxit foras ieſum: et ſedit pꝛo tribunali/ in loco qui dicitur licoſtratos: hebꝛaice autẽ gabatha. Erat autem paraſceue paſce hoꝛa quaſi ſexta/ et dixit iudeis a. Ecce rex veſter. m Illi autem clamabãt. a Tolle tolle crucifige eum. m. Dixit eis pilatus. a. Regem veſtrũ crucifigam? m. Reſpõderũt põtifices. a. Non habemus regem/ niſi ceſarem. m Tunc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeret̃. Suſceperũt autẽ ieſum ⁊ eduxerũt. Et baiulans ſibi crucẽ: exiuit in eũ qui dicit̃ caluarie locũ hebꝛaice autem golgotha vbi crucifixerũt eum. Et cũ eo alios duos hinc et hic: mediũ autem ieſum. Scripſit aũt et titulum pilatus: et poſuit ſup crucẽ. Erat autem ſcriptũ. Jeſus nazarenus rex iudeoꝛū. Hunc ergo titulū multi legerūt iudeoꝛū: q̄a ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat ſcriptū: hebraice/ grece/ et latine. Dicebāt ergo pilato: pontifices iudeoꝛū. a. Noli ſcribere rex iudeoꝛū: ſed q̄a ipſe dixit/ rex ſum iudeoꝛū. m. Reſpondit pilatus. a. Quod ſcripſi ſcripſi. m. Milites ergo cum crucifixiſſent eum: acceperunt veſtimēta eiꝰ/ ⁊ fecerūt quattuoꝛ partes: vnicuiq; militi partē et tunicam. Erat autē tunica inconſutilis/ deſuper cōtexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicē. a. Nō ſcindamꝰ eam: ſed ſoꝛtiamur de illa cuiꝰ ſit. m. Ut ſcriptura impleretꝛ/ dicēs. Partiti ſunt veſtimēta mea ſibi. Hic accedant duo miniſtri in ſuppellicijs: vnus ad dextrum/ et alius ad ſiniſtrū coꝛnu altaris: et inde duo lintheamīa ammoueant: que ad hoc ſuper altare fuerunt appoſita et in veſtem meam miſerunt ſoꝛtē. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autē iuxta crucem ieſu mater eius ⁊ ſoroꝛ matris eius maria cleophe/ et maria magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrē et diſcipulū ſtātem quem diligebat/ dixit matri ſue. b. Mulier: ecce filius tuus. m. Deinde dixit diſcipulo. b. Ecce mater tua. m. Et ex illa hoꝛa accepit eam diſcipulꝰ in ſuā. Poſtea ſciēs ieſus q̄a iam oīa conſūmata ſūt: vt conſummaretꝛ ſcriptura dixit. b. Sitio. m. Uas ergo poſitum erat/ aceto plenū. Illi autem ſpongiam plenam aceto yſopo circūponētes: obtulerūt oꝛi eius. Cum ergo accepiſſet ieſus acetum: dixit. b. Conſummatū eſt. m. Et inclinato capite: tradidit ſpiritū. Sequatur. Pater noſter. Aue maria. In manus tuas. m. Iudei ergo quoniā paraſceue erat: vt non remanerent in cruce coꝛpoꝛa ſabbato: erat enī magnꝰ dies ille ſabbati: rogauerūt pylatum/ vt frangerentur eoꝛum crura/ et tollerentur. Uenerūt ergo milites ⁊ p̄mi quidem fregerūt crura: et alteriꝰ qui crucifixꝰ eſt cum eo. Ad ieſum autem cū veniſſent vt viderūt eum iam moꝛtuū/ nō fregerūt eius crura: ſed vnus militū lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit ſāguis et aqua. Et qui vidit teſtimoniū perhibuit: et verū eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit: vt et vos credatis. Facta ſunt enim hec: vt ſcriptura impleretꝛ. Os nō cōminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit. Uidebūt in quem tranſfixerunt. Euange.

POſt hec autē rogauit pilatum ioſeph ab arimathia eo q̄ eſſet diſcipulꝰ ieſu: occultus autē ꝓpter metū iudeoꝛū/ vt tolleret coꝛpus ieſu. Et permiſit pylatus. Uenit ergo: et tulit coꝛpꝰ ieſu. Uenit autē et nichodemꝰ/ qui venerat ad ieſum nocte p̄mū: ferēs mixturā myrrhe et aloes quaſi libꝛas centū. Acceperūt autem coꝛpus ieſu: et ligauerūt eū lintheis cum aromatibꝰ: ſicut mos iudeis eſt ſepelire. Erat autē in loco vbi crucifixus eſt/ oꝛtus: et in oꝛto monumentū nouū: in quo nondum quiſq̄ poſitus erat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuē iudeoꝛ: quia iuxta erat monumentū: poſuerūt ieſum

¶ Sequuntur orationes ſolennes: et ad vnāquanqꝫ illarū dicitur Flectamus genua: niſi ad eā qua oratur pro iudeis. Et primo pro vniuerſali ſtatu eccleſie. Oratio

Orem⁹ dilectiſſimi nobis in primis pro eccleſia ſācta dei: vt eam deus et dñs noſter pacificare/ et cuſtodire dignetur toto orbe terrarū/ ſubijciens ei principatus et poteſtates: detqꝫ nobis quietam et tranquillā vitam degentibus glorificare deum patrē omnipotentem. Deinde dicat ſacerdos Oremus. Deinde dicat diacon⁹. Flectamus genua Leuate. Orō.

Omnipotēs ſempiterne de⁹: qui gloriam tuam omnib⁹ in chriſto gentib⁹ reuelaſti: cuſtodi q̄s opera mīe tue: vt eccleſia tua toto orbe diffuſa: ſtabili fide in confeſſione tui nōis pſeueret. Per eūdem. Chorus reſpondeat Amen: et oēs orōnes finiantur ſub tono predicto. ¶ Pro [illegible] Oratio.

Oremus et pro [illegible] vt deus ꝛ dñs noſter qui elegit eum in ordīe epiſcopatus: ſaluū atqꝫ incolumē cuſtodiat eccleſie ſue ſancte/ ad regēdum populū ſanctū dei. Orem⁹. Flectamus genua Leuate. Orō.

Omnipotēs ſempiterne de⁹: cuius iudicio vniuerſa fundantur: reſpice ꝓpicius ad preces noſtras: ꝛ electū nobis antiſtitem tua pietate cōſerua: vt chriſtiana plebs que tali gubernatur auctore: ſub tanto pōtifice credulitatis ſue meritis augeatur. Per dñm. ¶ Pro vniuerſis ordinib⁹. Oratio

Oremus et pro oībus epiſcopis/ presbyteris/ diaconib⁹/ ſubdiaconibus/ acolitis/ exorciſtis/ lectoribus/ hoſtiariis/ cōfeſſoribus/ virginibus/ viduis: ꝛ pro omni populo ſancto dei. Oremus. Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne de⁹: cuius ſpiritu totū corpus eccleſie ſanctificatur ꝛ regitur: exaudi nos pro vniuerſis ordinib⁹ ſupplicātes: vt gratie tue munere ab oībus tibi gradibus fideliter ſeruiatur. Per dominū. In vnitate eiuſdem. ¶ Pro Rege. Oratio.

Oremus et pro chriſtianiſſimo rege noſtro N. vt deus et dñs noſter/ ſubditas illi faciat oēs barbaras natiōes: ad noſtrā perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: in cui⁹ manu ſunt oīm poteſtates/ et oīm iura regnorum: reſpice ad chriſtianorū benignus imperium: vt gentes que in ſua feritate confidunt: potētie tue dextera comprimantur. Per dominū. ¶ Pro cathecuminis. Oratio.

Orem⁹ et pro cathecuminis noſtris: vt deus ꝛ dominus noſter adaperiat aures ꝑcordiorū ipſorū/ ianuāqꝫ mīe ſue: vt per lauacrū regenerationis/ accepta remiſſione omnium peccatorū: et ipſi digni inueniantur/ in chriſto ieſu domino noſtro. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui eccleſiā tuam noua ſemper prole fecundas: auge fidē et ītellectū cathecuminis nr̄is: vt renati fōte baptiſmatis: adoptionis tue filijs aggregent᷑. Per do.

¶ Pro quacūq; tribulatiōe. Orō.

Orem⁹ dilectiſſimi nobis deum patrem oīpotentem: vt cunctis mūdum purget errorib⁹: morbos auferat/ famem depellat aperiat carceres/ vincula diſſoluat/ peregrinātib⁹ reditum/ infirmātibus ſanitatem/ nauigātib⁹ portum ſalutis indulgeat. Oremus. Flectamus genua Leuate. Orō.

Omnipotens ſempiterne deus meſtorū conſolatio/ laborantiū fortitudo/ perueniāt ad te preces de quacunq; tribulatiōe clamantiū: vt omnes ſibi in neceſſitatib⁹ ſuis miſericordiā tuā gaudeant affuiſſe. Per dominum.

¶ Pro hereticis. Oratio.

Orem⁹ et pro hereticis et ſciſmaticis/ vt deus et domin⁹ noſter ieſus chriſtus/ eruat eos ab erroribus vniuerſis: et ad ſanctā matrem eccleſiam catholicā/ atq; apoſtolicā reuocare dignet᷑. Oremus. Flectam⁹ genua le. Orō.

Omnipotens ſempiterne deus: qui ſaluas omnes hoīes et neminem vis perire: reſpice ad aīas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate depoſita: errantiū corda reſipiſcant/ et ad veritatis tue redeant vnitatē. Per dn̄m. ¶ Pro perfidis iudeis.

Orō.

Oremus et pro perfidis iudeis: vt deus et dominus noſter/ auferat velamen de cordib⁹ eorum: vt et ipſi agnoſcāt ieſum chriſtum dominū noſtrum Oremus Non dicit hic Flectam⁹ genua Leuate. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui etiam iudaicam perfidiā a tua miſericordia nō repellis: exaudi preces noſtras quas pro illius populi obcecatione deferimus vt agnita veritatis tue luce/ q̄ chriſtus eſt: a ſuis tenebris eruatur. Per eundem dominum noſtrum

¶ Pro paganis. Oratio.

Oremus et pro paganis: vt deus oīpotens auferat iniquitatem de cordibus eorum: vt relictis idolis ſuis/ conuertant᷑ ad deum viuum et verum: et vnicū filium eius ieſum chriſtū/ deum ⁊ dominū noſtrum: cum quo viuit et regnat cum ſpiritu ſancto de⁹. Per oīa ſecula ſeculorū. Oremus Flectamus genua Leuate. Orō.

Omnipotens ſempiterne deus qui non vis mortem peccatorum: ſed vitam ſemper inquiris: ſuſcipe propicius orationē noſtram: et libera eos ab idolorum cultura: et aggrega eccleſie tue ſācte/ ad laudem et gloriam nominis tui. Per dominū. ¶ Finitis orationibus: exuat ſacerdos caſulam/ et in ſede ſua iuxta altare ſe reponat/ cum diacono et ſubdiacono: et interim alij duo preſbyteri de ſuperiori gradu/ nudatis pedibus albis induti abſq; paruris/ tenentes crucem coopertam ſuper brachia ſolenniter inter eos retro magnum altare in dextera parte canant hos v⁹. Popule meus. duo diaconi de ſecūda forma/ ī cappis ſuis nigris: ad gradū chori ad altare cōuerſi dicant Agyos Chor⁹ reſpōdeat cū genuflexiōe oſculando formulas trib⁹ vicib⁹ in vna reſpōſione: vnaq̄q; vice reſurgēdo

In die paraſceues.

Sanctus deus. Sacerdotes vero tenẽtes crucem retro altare: et diaconi ad gradũ choꝛi/ dicãt **Agyos** ſemper ſint ſtãtes. Item ſacerdotes loco nõ mutato: dicãt ℣. **Quia eduxi.** Diaconi. **Agyos.** Choꝛus. **Sanctus deus.** Item ſacerdotes loco non mutato dicant ℣. **Quid vltra.** Diaconi. **Agyos.** Choꝛus. **Sanctus deus.** Deinde ſacerdotes diſcooperiẽtes crucem iuxta altare in dextera parte: canãt hanc Añ **Ecce lignum.** Choꝛꝰ cũ genuflexione oſculãdo foꝛmulas reſpõdeat Añ. **Crucem tuam.** ps. **Deus miſereat᷑.** Totus ps. dicatur ſine **Gloꝛia patri**/ a toto choꝛo: et poſt vnũquecꝫ ℣. repetat᷑ añ. ſimiliter a toto choꝛo cum genuflexione: et interim ponat᷑ crux ſolẽniter ſup tertium gradum ab altari: iuxta quam ſedeant pꝛedicti ſacerdotes vnus a dextris/ ⁊ alius a ſiniſtris Deinde procedãt clerici ad crucem adoꝛandã nudatis pedibus: incipientes a maioꝛibꝰ. Finito ps. cũ añ. cantet᷑ ſequẽs hymnꝰ/ a duobus ſacerdotibꝰ interim ſedentibꝰ iuxta crucem/ modo ſupꝛadicto. hymnꝰ. **Crux fidelis.** Choꝛꝰ eundem repetat poſt vnũquecꝫ ℣. interim ſedendo. Item ſacerdotes/ dicãt **Pange lingua.** ℣ꝰ. **De parentis.** ℣ **Hoc opus.** ℣ꝰ. **Quãdo venit.** ℣. **Luſtra ſex.** ℣. **Hic acetum.** ℣. **Flecte ramos.** ℣. **Sola digna.** ℣ꝰ. **Gloꝛia et honoꝛ.** His finitis depoꝛtetur crux per medium choꝛi a pꝛedictis duobus ſacerdotibus vbi a populo adoꝛetur/ ante aliquod altare: et interim cantetur hec ſequẽs añ in choꝛo cũ ſuo ℣. a toto choꝛo interim ſedente. Cantoꝛ incipit Añ **Dum fabꝛicatoꝛ.** ℣. **O admirabile.** **Aperto.** Adoꝛata cruce: et finita añ pꝛedicta cum ſuo ℣. pꝛedicti ſacerdotes ea reuerentia qua crucem antea expoꝛtauerũt: per medium choꝛi vſqꝫ ad ſummũ altare iterum repoꝛtent. Tunc cõueniãt omnes clerici de choꝛo ad altare: ⁊ reinduat ſacerdos caſulã quã prius exuerat: ⁊ accedat ad gradum altaris cum diacono et ſubdiacono/ et dicat. **Confiteoꝛ.** et **Miſereatur.** ⁊ **Abſolutionẽ.** cum pꝛecibus et oꝛatiõe **Aufer a nobis dñe**/ moꝛe ſolito: tamẽ hic non detur oſculum pacis. Deinde ſacrificio ſup altare moꝛe ſolito depoſito/ et incenſato cum aque et vini infuſione in calicem: ſcilicet poſt ablutionem manuum: dicat cum humiliatione coꝛam altari. **In ſpiritu humilitatis** ⁊c. oſculando altare et benedicendo ſacrificium: et vertat ſe dicendo. **Oꝛate fratres**/ moꝛe ſolito. Poſtea dicat ſtatim humili voce ſine nota. **Oꝛemus. Pꝛeceptis ſalutaribus.** cum oꝛatione dominicali ſcꝫ **Pater noſter.** Choꝛus reſpondeat. **Sed libera nos.** Deinde dicat **Libera nos queſumus.** et **Da propiciꝰ.** In qua oꝛatione dum dicit. **Per eundem.** frãgat coꝛpus domini/ ſicut ſolet fieri ceteris diebus. Deĩde dicat modeſta voce: videlicꝫ ſine nota. **Per omnia ſecula ſeculoꝛum.** Choꝛus reſpondeat. **Amen.** Poſtea dimittat in calicem ſicut ſolet partẽ hoſtie. **Non** dicitur **Pax domini**/ nec **Agnus dei**/ nec **Pax** detur: ſed ſtatim cõmunicet ſe ſacerdos dicẽdo

Corpus dñi. ꝛc. Ad corpus et ſanguinē. Corpus ⁊ ſāguis domini noſtri ieſu chriſti/cuſtodiat nos in vitam eternam. Amen. nulla precedēte oratiōe. Deinde poſt lotionem manuū dicāt veſpas/nō cantādo: ſed bini et bini priuatim coram altari hoc modo. Añ. **Calicē.** ps. **Credidi propter.** et cetere añe cum ſuis pſ ſicut in die cene. Añ. **Cenātibus.** ps. **Magnificat.** Deinde ſtando/dicit̄ **Pater noſter.** cū pſal. **Miſerere.** Quo finito: dicat ſacerdos in audiētia ſed ſine nota poſtcō. ſine **Domin⁹ vobiſcum** et ſine **Oremus.** Hoc modo incipiēs **Reſpice q̄s domine ſuper hanc familiam.** ſine **Qui tecū.** ⁊ ſic miſſa et veſpere ſimul finiant̄. Non dicitur **Dñs vobiſcū** nec **Benedicamus dño**/nec **Ite miſſa eſt.** Finitis veſpis: exuat ſacerdos caſulā: et aſſumēs ſecum vnum de prelatis in ſupellicijs amborū pedibus nudatis/reponat crucem in ſepulchrū pariter cū corpore dñico: ſcilꝫ in pixide: incipiēs ipſe ſolus ℟m. **Eſtimatus ſum.** genua flectēdo cū ſuo ſocio: quo incepto/ ſtatim ſurgant. ſimiliter fiat in ℟. **Sepulto domino.** Chorus proſequat̄ cū ſuo ℣. genuflectēdo cōtinue vſq; in finem ſeruitij. Deinde incenſato ſepulchro/et clauſo oſtio: icipiat idē ſacerdos ℟. **Sepulto.** Chorus cātet cum ſuo ℣. Ad iſtas tres añas genuflectēt duo predicti ſacerdotes cōtinue ſacerdos incipiat Añ. **In pace.** Chorus proſequat̄ **In idipſum.** Item ſacerdos Añ. **In pace factus eſt.** Chor⁹ proſequat̄ **Locus eius.** Item ſacerdos Añ. **Caro mea.** Chor⁹ pſequat̄ **Requieſcet in ſpe.** His finitis et dictis or. ad placitū ſecrete ab oībus cum genuflexione oībus alijs ad libitū recedētibus ordine non ſeruato/reinduat ſacerdos caſulā / eodem ordine quo acceſſit in pricipio ſeruitij cū diacono/ et ſubdiacono: et ceteris miniſtris altaris abſcedat. Exinde ardebit continue vnus cereus ad minus ante ſepulchrum / vſq; ad proceſſionem que fit in reſurrectione dñica in die paſche: ita tamen q̄ dum ps **Benedictus** canitur/⁊ cetera que ſequunt̄/ in ſequēti nocte extinguat̄. Similiter extinguat̄ in vigilia paſce dum benedicitur nouus ignis / vſq; dum accendat̄ cereus paſchalis. xxxvj. pedes continens in longitudine.

Sabbato ſācto in vigilia paſche/congregatis clericis in choro/dictaq; hora nona: primo fiat bñdictio ignis ab executore officij/induto veſtibus ſacerdot. cum cappa ſerica: diaconus dalmatica et ſubdiaconus tunica induant̄: cum ceteris miniſtris altaris albis cum amictis indutis ſine lumine: cum cereis et ſine cruce/ et ſine igne in thuribulo. Quidā etiā de prima forma in ſupellicijs: cereum extinctū ſuper haſtam quādam deferēs/et proceſſio. precedēs poſt portitorē aque benedicte per mediū chori ad nouū ignem benedicendū/ pceſſionaliter eat: choro ſequen. habitu non mutato/et ad colūnam ex parte auſtrali / iuxta fontem vbi ſacerd. executor officij ignem benedicat/ qui accendatur ibidē: ſcilicet in medio inter duas columnas In eundo vero dicitur iſte pſ Dñs illuminatio. ſine nota: ⁊ ſine Gloꝛia patri. Hoc modo fiat ſtatio ad ignē. Sacerd̄. iuxta ignem ſtet ad oꝛientē cōuerſus: et ad ſiniſtrū eius ſtet diaco. ſubdia vero ad ſiniſtrū diaco. Ceroferarius vnus ſtet ſacerd̄. oppoſitꝰ ad dexterā ceroferarij / puer tenēs librū pꝛoximioꝛ ſacerd̄. Alius autē ceroferarius ſtet retro ſacerd̄. Ad dexterā eiuſdē ceroferarij: ſtet poꝛtitoꝛ aque pꝛoximioꝛ ſacerd̄. Et vltimo loco retro omnes a parte occiden. ſtet poꝛtitoꝛ ſtate cum cereo Et ex parte ignis auſtrali ſtet thuribulariꝰ ad accipiēdū ignē in thuribulari poſt bñdict̄. Oībus iſtis miniſtris ad ſacer. conuerſis/ interim choꝛo circūſtante: videlȝ ex p̄te boꝛeali Sequat̄ bñdictio ignis ſolēniter a ſacerd̄. ita dicente Dominꝰ vobiſcū. et Oꝛemus. Oꝛo.

Domine deus noſter pater oīpotens: lumen indeficiens: conditoꝛ omniū luminū: exaudi nos famulos tuos: et bñ ✠ dic hunc ignē: qui tua ſanctificatione ac benedictione cōſecratur. tu illuminans omnē hominē venientē in hunc mundum: illumina conſciētias coꝛdis noſtri / igne tue caritatis: vt tuo igne igniti: tuo lumīe illuminati: expulſis a coꝛdibꝰ noſtris peccatoꝛū tenebꝛis ad vitam te illuſtrante peruenire mereamur eternā: et ſicut illuminaſti ignē moyſi famulo tuo/ per columnā ignis ambulātē in mari rubꝛo: ita illuſtra noſtrū lumē et cādela que de eo fuerit accenſa/ in honoꝛe maieſtatis tue/ ſemper perſeueret benedicta: et quicunqꝫ lumen ex eo poꝛtauerit: ſit illuminatus lumine gratie ſpiritalis. Per dominum noſtrum. Et omnes oꝛatiōes dicunt̄ cum Oꝛemꝰ/ ſub tono lectiōis. Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper ignem: deinde dicit̄ Dñs vobiſcū. Oꝛemus

Domine ſancte pater Oꝛo oīpotēs eterne deus: bene ✠ dicere et ſancti ✠ ficare digneris iſtum ignē/ quem nos indigni per inuocationē vnigeniti filij tui domini noſtri ieſu chꝛiſti bene ✠ dicere pꝛeſumimus: tu clementiſſime pater eum tua bene ✠ dictione ſanctifica: et ad pꝛofectum humani generis peruenire concede. Per eundem chꝛiſtum dominum

Celeſti lumine queſu Oꝛo. mus domine ſemper hic et vbiqꝫ nos pꝛeueni: vt miſteriū cuius nos participes eſſe voluiſti: et puro cernamus intuitu: et digno percipiamꝰ effectu. Per dominū.

¶ Sequatur benedictio thimiamatis ſiue incenſi hoc m[illegible]

Exoꝛciſo te imund[illegible] ritus/ et omne fātaſma inimici/ in nomine dei patris omnipotentis/ et in nomine ieſu chꝛiſti filij eius/ ⁊ in virtute ſpiritus ſancti: vt exeas et recedas ab hac creatura thimiamatis ſiue incenſi/ cum omni fallacia atqꝫ nequicia tua: vt ſit hec creatura ſancti ✠ ficata/ in nomine domini noſtri ieſu chꝛiſti: vt omnes guſtātes/ tangentes/ ſiue odoꝛantes eam: virtutem/ et auxilium percipiant ſpiritus ſancti: ita vt vbicunqꝫ hoc incenſum vel thimiama fuerit/

ibidem nullatenus appropinquare audeas nec aduersa inferre presumas: sed quicunqꝫ spiritus immunde es / cum omni ꝟsutia tua procul inde fugias atqꝫ discedas / adiuratus per nomẽ et virtutem dei patris oīpotentis / et filij eius dñi nr̄i iesu christi / q̄ venturꝰ est in spū sctō iudicare viuos et mortuos: ⁊ te p̄uaricatorẽ et seculum per ignem. Respōdeat Amẽ. Oremꝰ.

ETernã ac iustissimã Oro. pietatẽ tuã deprecamur / domine sancte pater oīpotẽs eterne deus: vt bene ✠ dicere et scti ✠ ficare digneris hanc thimiamatis vel incẽsi speciẽ / vt sit incensũ maiestati tue in odorẽ suauitatis acceptum: sit a te species hec bene ✠ dicta: sit per inuocationẽ sācti nominis tui sācti ✠ ficata: ita vt vbicunqꝫ fumꝰ eius peruenerit extricetur et effugiat omne genꝰ demoniorũ / sicut incensũ iecoris piscis / quẽ raphael archāgelꝰ thobiã famulum tuum docuit / cum ascendi[illegible] sare liberationem. Per chri[illegible]m nostrũ. Oremꝰ. Oro.

DEscẽdat bene ✠ dictio tua domine super hanc speciẽ incẽsi et thimiamatis / sicut in illo de quo dauid propheta tuus cecinit dicens. Dirigat oratio mea sicut incensũ in cōspectu tuo: sit nobis odor cōsolationis / suauitatis / et gratie: vt fumo isto effugiat omne fantasma inimici mentis ⁊ corporis: vt simꝰ pauli apostoli voce bonꝰ odor deo: effugiat a facie incensi huius siue thimiamatis omnis demonũ incursꝰ: sicut puluis a facie venti: et sicut fumꝰ a facie ignis: et presta hoc pijssime pater boni odoris incensum ad opus ecclesie tue ob causam religionis iugiter permanere vt mistica nobis significatione spiritualiũ virtutũ fragrās ostendat odor suauitatẽ: tua ergo quesumꝰ oīpotens deus immensa maiestatis tue dextera / hanc creatura bene ✠ dicere / et diuersarũ rerum cōmixtione confectam dignare: vt in virtute sancti nois tui: omnes immũdorũ spirituũ fantasticos incursus effugare / omnesqꝫ morbos reddita sanitate expellere: vt vbicunqꝫ fumus aromatũ eius efflauerit mirabiliter possit: atqꝫ in odore fragrantissimo tibi ꝑpetua suauitate redolere. Per dominũ. Post bñdictionẽ incensi: impleat thuribulũ de carbonibꝰ cũ incenso / et incenset nouus ignis. Postea accẽdat solus cereus super hastã de nouo igne: ceteris luminaribꝰ ecclesie priꝰ extinctis / et deferat in ꝓcessione ad locũ vbi cereus pascalis bñdictus est. Deinde redeat ꝓcessio more solito in chorũ. In redeũdo aũt duo clerici de secũda forma in suꝑpellicijs canãt Inuentor rutili. Chorus idem repetat post vnũquemqꝫ ꝟ. Deinde sequat benedictio cerei pascalis ab ipso diacono induto ad processionem ad borealem / conuerso ad gradum presbyterii: ceroferar. diacono assistẽtibꝰ: vno a dextris reliquo a sinistris ad eũ conuersis: cereis extinctis: subdiaconus vero stet ei oppositus: iuxquem stet portitor haste eodẽ modo cōuersus post diaconũ stet thuribularius diacono canente.

Benedictio cerei paſchalis


Exultet iã angelica turba ce-
loꝛũ exultent diuina myſteria et
ꝓ tãti regis victoꝛia: tuba ĩſonet
ſa lu taris. Gau deat ſe
tellꝰ tãtis irradiata fulgoꝛibꝰ et
eterni reg' ſplẽdoꝛe illuſtrata: to
tius oꝛbis ſe ſentiat a-
miſiſſe ca liginem. Letet̃
et mater eccleſia tãti luĩs adoꝛ
nata fulgoꝛibꝰ ⁊ magnis ppłoꝝ
vocibus: hec au la reſul tet
Quapꝛopt aſtãtibꝰ vobꝭ frẽs ca-
riſſimi: ad tã mirã ſcti huiꝰ luis
claritatẽ vna mecũ q̃ſo dei oĩpo-
tẽtis miſericoꝛdiã inuoca te.
Ut qui me non meis me-
ritis intra leuitarum numerũ
aggregare dignatus eſt lumi-
nis ſui gratia infundente ce-
rei huius laudem implere pfi


ciat. Per dominū noſtrū ieſū
chriſtū filiū ſuū q̄ cū eo viuit et
regnat deus i vnitate ſpūs ſcti.
Per omnia ſecula ſeculoꝛū.
Amē. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpū
tuo. Surſum coꝛda. Habemus
ad dn̄m. Gratias agamus do-
mino deo nr̄o. Dignū et iuſtū eſt
Vere q̄a dignū et iuſtū eſt
inuiſibilē deū oīpotētē patrē fili-
umqꝫ eiꝰ vnigenitū dn̄m nr̄m ie-
ſum xp̄m cū ſctō ſpiritu toto coꝛ-
dis ac mētis affectu et vocis mini
ſterio p̄ſonare. Qui ꝓ nobis
eterno p̄ri ade debitū ſoluit et ve-
teris piaculi cautionē pio cruoꝛe
deterſit. Hec ſunt eni feſta pa-
ſcalia in q̇bꝰ verus ille agnꝰ occi-
dit: eiuſqꝫ ſāguine poſtes ꝯſecrā-
tur. Hec nox eſt i qua p̄imū

m.iiij.


pres nros filios isrl eductos de
egypto rubrum mare sicco vesti-
gio transire feci sti. Hec igi-
tur nox est que peccatorum
tenebras colūne illūinatiōe pur-
ga uit. Hec nox
est q̄ hodie p vniuersū mūdū in
xpo credentes / a viciis seculi se-
gregatos & caligie peccatorum red-
dit gratie sociat sanctitati.
Hec
nox est in qua destructis vincu-
lis mortis xps ab iferis victor a-
scedit. Ni chil eni nobis nasci
pfuit nisi re dimi pfuiss et.
O mira circa nos tue
pietatis digna tio. O
inestima bi lis dilectio cari
tatis vt seruū redimeres filiū tra
didisti. O certe necessariū


ade peccatū et nr̄m q̄d xp̄i moꝛ-
te deletum est. O felix
culpa q̄ talē ac tātū meruit habe
re redemptoꝛem. O
certe btā nox q̄ sola meruit
scire tēp⁹ ꝛ hoꝛā ī qua xp̄s ab in
feris resurrexit. Hec
nox est de qua scriptū ē
et nox vt dies illūiabit̄ et nox illūi
natio mea in deli ciis meis.


Hu ius igitur sanctificatio
noctis fu gat scelera: culpas lauat
et reddit innocētiā lapsis ꝛ mestis
leticiā. Fugat odia ꝯcoꝛdiā parat:
et curuat imperia. In hui⁹ igi-
tur noctis grā su scipe san-
cte pater
incensi hui⁹ sacrificiū vespertinū
Quod ti bi ī hac cerei oblatio
ne so lēnī p̄ ministroꝝ man⁹

Hic ponat̄ icēsū a diac. ī cereū vel ī cādelabꝛū ī modū crucis. silr ꝛ ī puū cereū poꝛtitoꝛe accedēte



de operib⁹ apū ſacroſctā reddit eccleſia. Sed iā colūne hu⁹ p̄conia nouim⁹ quā i honorē dei rutilās ignis accendit.

Hic accendat᷑ cereus de nouo igne nec extiguat᷑ vſqꝫ poſt ꝯple. diei ſequentis. Et ardebit cere⁹ paſcalis cōtinue per ebd̄. paſce ad matu. et ad miſ. ⁊ ad vſ̄. Silr̄ fiat i oc. paſce Dibus v̄o do. ab oc. paſce vſqꝫ ad aſcē. dn̄i ad miſſā tm̄. accēdat᷑ etiā in feſ. ſci marci euā. apl'oꝝ philippi ⁊ iaco. ad miſ. tm̄. In annūcia. btē marie: ⁊ in iuētiōe ſcē crucis ſicut i oc. paſ. accēdat᷑. Hic ceroferarij cereos ſuos accēdāt per eccleſiā





Qui licet diuiſ⁹ in p̄tes mutuati luminis detrimēta nō nouit Alit᷑ liquātib⁹ ceris: quas i ſubſtātiā p̄cioſe hu⁹ lāpadis apes mater eduxit. O beata nox que expoliauit egyptios ditauit hebꝛeos. Nox in qua terrenis celeſtia iūgunt᷑. Oramus te domine vt cereus iſte in honoꝛē nominis tui cōſecratus ad noctis huius caliginē deſtruēdā indeficiens perſeueret. Ino-


doꝛe ſuauitatis acceptus ſu per-
nis luminaribus miſceat. Flā
mas eius lucifer matutin⁹ in-
ueniat. Il le inquā lucifer/
q̄ neſcit occaſū. Il le q̄ re
greſſ⁹ ab īferis humano generi
ſerenus illu xit. Pꝛe camur
ergo te domine vt nos famulos
tuos omnē clerū et deuotiſſimū
populū vna cū [illegible]
[illegible] rege noſtro N. necnō
et epiſcopo nr̄o N. dete tēpo-
rū conceſſa in his paſchalibus
gaudiis conſeruare digne ris.
Qui ſemper viuis regnas impe
ras necnon et gloꝛiaris ſolus
deus ſolus altiſſimus Ie
ſu chꝛiſte cum ſan cto ſpi-
ri tu in gloꝛia dei pa-
tris. A men.

In vigilia paſche.

❡ Finita benedictiōe cerei paſcalis: ſacerdos completurus officiū / indutus caſula ad altare autentica aſſumpta cum ſuis miniſtris ad altare accedat / cōfeſſione iam non dicta: ſed tantū Pater noſter et oſculādo altare cum ſuis miniſtris eat ſeſſū: abſcedat cereus ſuꝑ haſtā: miniſter v̓o qui aliū cereū defert ad ſiniſtrum coꝛnu altaris ſtet ſupꝛa gradū ad auſtrū cōuerſus / quouſqꝫ finiatur ſeptifoꝛmis letania Debet autem candelabꝛū cū cereo paſcali amoueri feria vj. poſt aſcēſionē dn̄i. Poſtea legant lectiones abſqꝫ titulis / a dignioribus perſonis ad gradum choꝛi.

Lectio pꝛima. Geneſis.j.

IN pꝛincipio creauit deus celum et terram. Terra autē erat ianis et vacua: ⁊ tenebꝛe erāt ſuper faciem abyſſi: et ſpiritus domini ferebat ſuꝑ aquas. Dixitqꝫ deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucem ꝙ eſſet bona: et diuiſit lucem a tenebꝛis. Appellauitqꝫ lucē / diem: et tenebꝛas / noctem. Factūqꝫ eſt veſpere et mane dies vnus. Dixit quoqꝫ deus. Fiat firmamētū in medio aquarū ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit deꝰ firmamentū: diuiſitqꝫ aquas que erant ſub firmamēto: ab his que erant ſuper firmamentū. Et factum eſt ita. Vocauitqꝫ deus firmamentū celū. Et factū eſt veſpere et mane: dies ſecundus. Dixit vero deus. Congregent aque que ſub celo ſunt in locū vnū: et appareat arida. Factūqꝫ eſt ita. Et vocauit deus aridā terrā: congregationeſqꝫ aquarū / appellauit maria. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū: et ait. Germinet terra herbā virentem et facientē ſemen: et lignū pomiferum faciens fructū iuxta genus ſuū: cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terrā. Et factū eſt ita. Et pꝛotulit terra herbā virentem et afferentē ſemē iuxta genus ſuum: lignūqꝫ faciēs fructum / et habens vnūquodqꝫ ſementē ſecundum ſpeciem ſuā. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū: factumqꝫ eſt veſpere et mane dies tertiꝰ. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamēto celi: et diuidāt diem ac noctē et ſint in ſigna / et tēpoꝛa: ⁊ dies / ⁊ annos: vt luceant in firmamēto celi / et illuminēt terrā. Et factū eſt ita. Fecitqꝫ deus duo luminaria magna: luminare maius vt pꝛeeſſet diei: et lūinare minus vt pꝛeeſſet nocti / et ſtellas. Et poſuit eas in firmamēto celi: vt lucerent ſuꝑ terrā / et pꝛeeſſent diei ac nocti: et diuiderent lucē ac tenebꝛas. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: et factum eſt veſpere et mane dies quartus. Dixit etiā deus. Pꝛoducant aque reptile aīe viuentis ⁊ volatile ſuꝑ terram ſub firmamēto celi. Creauitqꝫ deus cete grādia: et omnem animā viuentem atqꝫ motabilem quam pꝛoduxerāt aque in ſpecies ſuas: ⁊ omne volatile ſecundū genus ſuū. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum: benedixitqꝫ eis dicens. Creſcite et multiplicamini et replete aquas maris / aueſqꝫ multiplicētur ſuper terrā. Et factū eſt veſpere ⁊ mane dies qͥntus. Dixit quoqꝫ deus. Pꝛoducat terra animam viuentē in genere ſuo: iumenta et reptilia: et beſtias terre ſcd̄m ſpecies ſuas. Factũq; eſt ita. Et fecit deus beſtias terre iuxta ſpecies ſuas: iumẽta ⁊ omne reptile terre in genere ſuo. Et vidit de⁹ ꝙ eſſet bonũ: et ait. Faciam⁹ hoiem ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ noſtrã: ⁊ pꝛeſit piſcib⁹ maris et volatilib⁹ celi: et beſtijs vniuerſeq; terre: oiq; reptili qđ mouetᷣ in terra. Et creauit deus hoiem ad imaginẽ et ſimilitudinẽ ſuã: ad imaginẽ dei creauit illũ maſculũ ⁊ feminã creauit eos. Bñdixitq; illis deus/ ⁊ ait. Creſcite et multiplicamini: et replete terrã/ et ſubijcite eam: et dñamini piſcib⁹ maris/ ⁊ volatilib⁹ celi: ⁊ vniuerſis aiantib⁹/ q̄ mouentᷣ ſuper terrã. Dixitq; deus. Ecce dedi vobis oẽm herbã afferentẽ ſemen ſuper terrã: et vniuerſa ligna q̄ habent in ſemetipſis ſementẽ generis ſui: vt ſint vobis in eſcã/ et cũctis aiantib⁹ terre: oiq; volucri celi/ et vniuerſis q̄ mouentᷣ in terra/ et in quib⁹ eſt aia viuẽs: vt habeant ad veſcendũ. Et factũ eſt ita. Viditq; de⁹ cũcta q̄ fecerat: et erãt valde bona Et factum eſt veſpere et mane: dies ſextus. Igitᷣ perfecti ſunt celi ⁊ terra: ⁊ oĩs oꝛnat⁹ eoꝛum Cõpleuitq; deus die ſeptimo opus ſuũ qđ fecerat: et requieuit die ſeptimo ab vniuerſo ope ſuo/ qđ patrarat. Omnes oꝛationes ſine Dñs vobiſcũ. et ſine Flectam⁹ dicuntᷣ: ſed tñ cum Oꝛemus. Oꝛo.

DEus qui mirabiliter creaſti hoiem/ et mirabilius redemiſti: da nobis q̄s contra oblectamenta pcti/ mẽtis ratione perſiſtere: vt mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per dominum.

¶ Lectio ſecunda. Exodi. xiiij.

FActũ eſt in vigilia matutina: et ecce reſpiciẽs dñs ſup caſtra egyptioꝝ/ per colũnã ignis et nubes: interfecit exercitũ eoꝛũ: et ſubuertit rotas curruũ/ ferebãturq; in pꝛofundũ. Dixerũt ergo egyptij. Fugiam⁹ iſraelem: dñs eni pugnat pꝛo eis contra nos. Et ait dñs ad moyſen Extẽde manũ tuam ſup mare ⁊ reuertantᷣ aque ad egyptios: ſup currus ⁊ equites eoꝛũ. Cumq; extẽdiſſet moyſes manũ cõtra mare: reuerſũ eſt pꝛimo diluculo ad pꝛioꝛẽ locum. Fugientibuſq; egyptijs/ occurrerũt aque et inuoluit eos dñs in medijs fluctibus. Reuerſeq; ſunt aque: et operuerũt currus et equites cũcti exercitus pharaonis: qui ſequẽtes ingreſſi fuerãt mare: nec vnus quidem ſupfuit ex eis. Filij autẽ iſrael perrexerũt per mediũ ſicci maris et aque erant eis quaſi pꝛo muro a dextris et a ſiniſtris. Liberauitq; dñs in die illa iſrl̄ de manu egyptioꝝ ⁊ viderũt egyptios moꝛtuos ſuper littus maris/ et manũ magnã quã exercuerat dñs cõtra eos. Metuitq; pplus dñm: et crediderũt dño/ ⁊ moyſi ſeruo ei⁹. Tũc cecinit moyſes/ et filij iſrael carmẽ hoc domino: et dixerunt. Omnes tract⁹ dicũtur a choꝛo alternatim pꝛeter vltimum tractũ ſcilꝫ Laudate. Ita ꝙ pꝛimus tract⁹ incipiatur a parte choꝛi legẽtis lectio. deinde alternatĩ incipiantᷣ Tractus

CAntem⁹ dño/ glorioſe eni honorificat⁹ eſt: equũ ⁊ aſcẽſoꝛẽ proiecit in mare adiutoꝛ ⁊ pꝛotectoꝛ fact⁹ eſt mihi in ſalutē. ℣. Hic deꝰ meus et honoꝛificabo eū: deꝰ patris mei et exaltabo eū ℣. Dn̄s cōterēs bella: dn̄s nomen eſt illi. Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus cuiꝰ antiqua miracula/ etiā nr̄is ſeculis coꝛuſcare ſentimꝰ: dum quod vni pp̄lo a perſecutione egyptiaca liberādo/ dextere tue potentiam cōtuliſti: id ad ſalutē gentium per aquā regenerationis: oparis: pꝛeſta q̄s. vt ⁊ in abꝛahe filios/ et in iſraeliticā dignitatē totius mūdi tranſeat plenitudo. Per. Lectio. iij. Iſaie. iiij

Apꝛehendent ſeptē mulieres virū vnum in die illa dicentes. Panē noſtrū comedemꝰ et veſtimentis noſtris operiemur: tantūmodo inuocet̄ nomē tuum super nos aufer oppꝛobꝛiū noſtrū In die illa erit germen dn̄i in magnificētia ⁊ glīa/ ⁊ fructꝰ terre ſublimis: et exultatio his qui ſaluati fuerint de iſrael. Et erit. Oīs qui relictus fuerit in ſyon/ ⁊ reſiduus in hierl̄m: ſanctꝰ vocabit̄ oīs qui ſcriptus eſt in vita in hierl̄m. Si abluerit dn̄s ſoꝛdes filiarū ſyon: ⁊ ſāguinē hieruſalē lauerit de medio eius: in ſpū iudicij et ſpū ardoris. Et creauit dn̄s ſuper oēm locum mōtis ſyō/ ⁊ vbi inuocatꝰ eſt nubē per diē: et fumū et ſplendoꝛē ignis flāmantis in nocte. Super omnē eni gloꝛiā ꝓtectio: et tabernaculū erit in vmbꝛaculū diei ab eſtu: et in ſecuritatē et abſcōſionē/ a turbine et a pluuia. Tractus.

Vinea facta eſt dilecto i coꝛnu in loco vberi. ℣. Et maceriā circūdedit: et circūfodit. et plātauit vineā ſoꝛeth et edificauit turrim in medio eius ℣. Et toꝛcular fodit in ea: vinea enim domini ſabaoth domus iſrael eſt. Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus qui nos ad celebꝛādū paſchale ſacramentū vtriuſqꝫ teſtamenti paginis imbuiſti da nobis itelligere miās tuas: vt ex ꝑceptione p̄ſentiū munerū: firma ſit expectatio futuroꝝ. Per dominū. Lec. iiij Deuterono. xxxi.

Scripſit moyſes canticū: et docuit filios iſrl̄. Pꝛecepitqꝫ dn̄s ioſue filio nū: et ait. Cōfoꝛtare et eſto robuſtus: tu eni introduces filios iſrael in terrā/ quā pollicitus ſum patribꝰ eoꝛū: et ego ero tecū. Poſtq̄ ergo ſcripſit moyſes verba legis huiꝰ in volumine atqꝫ cōpleuit/ p̄cepit leuitis q̄ poꝛtabāt archā federis dn̄i dicēs. Tollite libꝛū iſtū: et ponite illū in latere arche federis dn̄i dei nr̄i: vt ſit cōtra te ibi in teſtimoniū. Ego eni ſcio cōtentionē tuā: ⁊ ceruicē tuā duriſſimā. Adhuc viuēte me/ et ingrediēte vobiſcū: ſemꝑ cōtentioſe egiſtis contra dn̄m: q̄to magis cum moꝛtuꝰ fuero. Cōgregate ad me oēs maioꝛes natu per tribꝰ vr̄as atqꝫ doctoꝛes: et loquar audiētibꝰ eis ſermones iſtos: et inuocabo cōtra eos celum ⁊ terrā. Noui enim q̄ poſt moꝛtem meā inique agetis et declinabitis cito de via quā p̄cepi vobis. Et occurrēt vobis mala in extremo tēpoꝛe: quādo feceritis malū in cōſpectu dn̄i: vt irritetis eum per opera manuū veſtrarum. Locutꝰ eſt ergo moyſes audiente vniuerſo cetu filioꝛū iſrael verba carminis huius: et ad finē vſqꝫ compleuit. Tractus.

Attende celũ et loquar: ꝛ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur ſicut pluuia eloquiũ meũ: et deſcendat ſicut ros verba mea / ſicut imber ſuper gramina. ℣. Et ſicut nix ſuper fenũ: quia nomẽ dñi inuocabo ℣. Date magnitudinẽ deo noſtro: deus verax opera eius / et oẽs vie eius iudicia. ℣. Deꝰ fidelis ĩ quo nõ eſt iniquitas: iuſtꝰ et ſctũs dñs. Sequat̃ Oro.

Deus q̃ eccleſiã tuã ſemp̃ gẽtiũ vocatione multiplicas ꝯcedẽ ꝓpiciꝰ. vt quos aqua baptiſmatis abluis: cõtinua ꝓtectiõe tuearis. Per. Hanc orationẽ nõ ſequatur lectio. ſed Tractus.

Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ: ita deſiderat aĩa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aĩa mea ad deum viuũ. quãdo veniã et apparebo ante faciẽ dei mei. ℣. Fuerũt michi lachrime mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus Deinde ſequãtur due orationes ſub vno Per dñm. et ſub vno Oremus. Oratio

Concede q̃s oĩps deꝰ: vt q̃ feſta paſcalia agimꝰ: celeſtibus deſiderijs accẽſi fõtẽ vite ſitiamꝰ dñm nr̃m ieſũ xp̃m filiũ tuũ.

Omĩps ſẽpiterne deus reſpice ꝓpiciꝰ ad deuotionẽ pp̃li renaſcẽtis: q̃ ſicut ceruꝰ aquarũ expetit fontẽ: ꝛ cõcede ꝓpiciꝰ: vt fidei ipſius ſitis baptiſmatis myſterio aĩam corpuſq̃ ſctificet. Per dñm. Deĩde ſequat̃ ſeptiformis letania que in medio chori a ſeptẽ pueris in ſuppellicijs dr̃: ꝛ interĩ exuat ſacerd. caſulã / ꝛ ſumat cappã ſericã rubeã adhuc ſtãdo añ altare: donec ꝑcantet̃ letania ꝛc̃. vt in ꝓceſſio. cõtinetur. Finita letania ſcilꝫ Rex ſanctoꝝ incipiat̃ miſſa ſolenniter a cantore / ſine regie chori ſic Kyrie eleyſõ. et dr̃ cãtꝰ de Lux et origo. abſq̃ ℣. et interĩ ſacerd. aſſumpta caſula ad altare dicat Cõfiteor. Miſereat̃. et Abſolutionẽ. cũ precibꝰ / et oratiõe Aufer a nobis domine. more ſolito: tamẽ hic nõ detur oſculũ pacis. Deĩde thurificet altare: et poſtea incipiat.



Tũc oẽs genuflectẽt exuẽtes cappas nigras: et tũc pulſent̃ oẽs cãpane in claſſicũ choro canente. Et in terra pax hoĩbꝰ. Sequat̃ Dñs vobiſcum. et Oremus. Oratio.

Deus qui hãc ſacratiſſimã noctẽ gl'ia dñice reſurrectionis illuſtras: cõſerua in noua familie tue progenie adoptionis ſpiritum quem dediſti: vt corpore et mente renouati / puram tibi exhibeant ſeruitutẽ. Per eũdẽ. in vnitate eiuſ. Sequẽs ep̃la legatur in pulpito. ¶ Ad Coloſſenſes. iij.

Fratres. Si conſurrexiſtis cũ chriſto q̃ ſurſũ ſũt q̃rite / vbi chriſtꝰ eſt in dextera dei ſedẽs. Que ſurſũ ſũt ſapite: nõ que ſup terrã. Mortui enim eſtis: et vita vr̃a abſcõdita eſt cũ chriſto in deo Cũ enĩ chriſtꝰ apparuerit vita veſtra: tũc et vos apparebitis cũ ipſo in gloria. Lecta ep̃la / duo clerici de ſcḋa forma in cappis ſericis ĩ pulpito cantẽt hoc Alla. chorus idẽ repetat: ꝛ ꝓſequat̃. et clerici ℣. Confitemini dño q̃m bonus: q̃m in ſeculũ miſericordia eius. Chor⁹ finiat cum neuma. Itẽ clerici reincipiãt Alleluya. ſine neuma. Deinde ſequatur tr̃ qui a duob⁹ de ſcđa forma in cappis nigris ad građ. chori / totus et integer cantetur: choro interim ſedente. Tractus.

Laudate dñm oẽs gentes: et collaudate eum omnes populi. v⁹. Qm̃ confirmata eſt ſuper nos mia eius: et veritas dñi manet i eternum. Interĩ vero pcedat diacon⁹ cũ ſubdiaco. p mediũ chori more ſolito / ſine cruce ad legẽdũ euãg. quẽ pcedãt duo ceroferarij cereis extinctis: ⁊ legat in pulpito more dñicali. ¶ Scđm Matheũ. xxviij.

Veſpere aũt ſabbati que luceſcit in prima ſabbati: venit maria magdalene / ⁊ alia maria videre ſepulchrũ. Et ecce terremotus factus eſt magn⁹. Angel⁹ autem dñi deſcẽdit de celo: et accedens reuoluit lapidẽ / ⁊ ſedebat ſuper eum. Erat aũt aſpect⁹ eius ſicut fulgur: et veſtimẽta eius ſicut nix. Pre timore aũt eius / exterriti ſũt cuſtodes: ⁊ facti ſũt velut mortui. Reſpondẽs aũtẽ angel⁹ dixit mulierib⁹ Nolite timere vos Scio enim: ꝙ ieſũ qui crucifixus eſt queritis. Non eſt hic. Surrexit enim ſicut dixit. Venite et videte locum vbi poſit⁹ erat dñs. Et cito euntes dicite diſcipulis eius / ꝗa ſurrexit: et ecce precedat vos in galileã. Ibi eũ videbitis: ecce p̃dixi vobis. Nõ dr̃ Credo: ſed poſt euang. dr̃ Dñs vobiſcũ. et Oremus. Nõ dr̃ Offr̃.

Suſcipe q̃s dñe p̃ces Secre. ppl̃i tui cũ oblationib⁹ hoſtiarũ: vt paſchalib⁹ initiate myſteriis: ad eternitatis nobis medelam / te operãte pficiãt. Per do.

Prefatio: Et te quidẽ omni tẽpore: ſed in hac potiſſimum nocte. Cõicantes. et Noctẽ ſacratiſſimã. et Hanc igitur. Hec Prefatio dicit per totã ebdo. paſche: et in omnibus dñicis vſq₃ ad aſcẽſionẽ dñi: quãdo de reſurrectiõe agitur. Cõmunicantes vero / et Hanc igitur. per ebdõ. ⁊ in oc. paſche tñ dicunt. Hac die dicit Sanctus ſolẽniter. Sacerđ. vero dicẽte. Pax dñi ſit ſemp vobiſcũ. et choro reſpondente. Et cum ſpiritu tuo. Nõ dicit Agnus dei. nec Pax detur: ſed facto interuallo / incipiant veſpe feſtine ſine regimine chori / ſine cãpana ꝛ pulſatiõe: et ſine Deus in adiutoriũ a quodã de ſupiori gradu ex parte chori ſic. Alla ps. Laudate dominũ oẽs gẽtes. v. Qm̃ cõfirmata. v. Gloria patri. v. Sicut erat tota dicit. Añ Alleluya alla alla alla. Qua dicta: ſtãti incipiat Añ ſup Magnificat / ab excellentiori poſt eũ q̃ celebrauerit: ſed nõ prætet a choro ante p̃i itonatione. Nõ thurificet altare / neq₃ chor⁹. Añ Veſpere autẽ ſabbati que luceſcit in prima ſabbati / venit maria magdalene et altera maria videre ſepulchrũ alla ps. Magnificat. Repetita añ dicat ſacerđ. Dñs vo. et Oremus.

Spiritum nobis domine Oro. tue caritatis infunde: vt quos ſacramẽtis paſchalibus ſaciaſti / tua facias pietate concordes. Per dñm. In vnitate eiuſdẽ. Et ſic miſſa et veſpere ſimul finiantur: dicente diacono. Ite miſſa eſt cum nota de Alleluya.



In die sancto pasche. Ad missam. Officium.

Resurrexi et adhuc tecū sū allā posuisti sup̄ me manū tuā allā mirabilis fctā ē sciētia tua allā allā. ps̄. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā/ ⁊ resurrectionē meam. Gloria patri. Oro.

Deus qui hodierna die per vnigenitū tuum eternitatis nobis aditū deuicta morte reserasti: vota nostra q̄ preueniēdo aspiras/ etiam adiuuando prosequere. Per eundē dn̄m nostrum iesum christum filiū tuū. Qui te.

Ad Corinthios. prime. v.

Fratres. Expurgate vet⁹ fermentum: vt sitis noua cōspersio sicut estis azimi. Etenim pascha nostrū immolat⁹ est christus. Itaqꝫ epulemur. Nō in fermēto veteri: neqꝫ in fermēto malicie et nequitie: sed in azimis sinceritatis: ⁊ veritatis. Gr. Hec dies quā fecit dn̄s: exultem⁹ et letemur in ea. ℣. Cōfitemini dn̄o qm̄ bon⁹: qm̄ in seculū misericordia ei⁹. Allā. ℣. Pasca nostrū immolatus est christ⁹. Istud Allā dicit in loco grad. in octa. pentheco. ⁊ oībus dn̄icis ab hinc vsqꝫ ad asce. dn̄i/ ad missam de resurrectione. Sequentia.

Fulgens preclara rutilat p̄ orbem hodie dies/ in qua christi lucida narrantur ouanter prelia. De hoste superbo quem iesus triūphauit pulchre/ castra illi⁹ perimēs teterrima. Infelix culpa eue/ qua caruim⁹ oēs vita. Felix proles marie: qua epulamur modo vna. Bn̄dicta sit celsa regina illa. Generans regem spoliantem tartara. Pollentem iam in ethera. Rex in eternum suscipe benign⁹ preconia nostra sedule tibi canentia. Patris sedens ad dexteram. Victor vbiqꝫ morte superata atqꝫ triumphata polorū possidens gaudia. O magna/ o celsa/ o pulchra clementia christi lucisflua/ o alma. Laus tibi honorqꝫ ac virtus/ qui nostrā antiquam leuiasti sarcinā. Roseo cruore agni benignissimi empta florida micat hec aula. Potenti virtute/ nostra qui lauit facinora: tribuens dona fulgida: Stupens valde in memet/ iam miror hodierna. Tanta indignis/ pandere nobis sacramenta. Stirpe dauitica/ ortus de tribu iuda/ leo potens surrexisti in glo-

I pray yow pray for me [illegible] [illegible] the owner of thys boke. Jesu have mercy on my Sowle amen.

ria: agnus visus es in terra. Hudens olim arua regna petis supera. iustis reddēs p̄mia: in secula dignanter ouātia. Dic impie zabule/ quid valet nūc fraus tua? Igneis nexus loris: a christi victoria? Tribus lingue admiramini: quis audiuit talia miracula? Ut mors mortem sic superaret: rei pciperent talem gratiam? Iudea icredula: cur manes adhuc inuerecunda? Perspice christicolas/ qualiter leti canunt inclita. Redēptori carmina. Ergo pie rex christe: nobis dans precamina. Solue nexorum vincula. Electorū agmina. Hac tecū resurgere ad beatam gloriā. Digna rependens merita. Paracliti sancti consolationē piam. Expectamus: secundum promissionem tuam. Peracta ascensionis sacra solemnia. Qua es regressꝰ ad celos: nube tectꝰ clara. Pollens laude eterna.

¶ Secundum Marcum. xvj.

IN illo tēpore. Maria magdalene/ et maria iacobi et salome emerunt aromata: vt veniētes vngerēt iesum. Et valde mane vna sabbatorū veniūt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebāt ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumēti? Et respiciētes: viderūt reuolutū lapidem. Erat quippe magnꝰ valde. Et introeuntes in monumentū: viderūt iuuenē sedētē in dextris/ coopertū stola cādida: ⁊ obstupuerūt. qui dixit illis. Nolite expauescere. Jesū q̄ritis nazarenū crucifixū: surrexit nō est hic. Ecce locꝰ vbi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis eius et petro: quia precedet vos in galileā. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offꝫ. Terra tremuit et quieuit: dū resurgeret ī iudicio deꝰ alla. Secre.

SUscipe q̄s dn̄e p̄ces p̄pli tui cū oblationibꝰ hostiaꝝ vt paschalibus initiate mysterijs: ad eternitatis nobis medelam/ te operante proficiāt. Per do. Prefatio Et te quidē. Infra canonē Cōmunicātes et Hāc igit̄. Cōio. Pascha nostrū immolatꝰ est christꝰ alla. itaq; epulemur ī azimis sinceritatis et veritatis alla alla alla. Postcōio.

SPiritū nobis dn̄e tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibꝰ satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum nostrū iesum christū filium tuū. Qui te. in vnitate eiusdē.

¶ Feria .ij. post pascha. Officiū.

INtroduxit vos dn̄s in terram fluentem lac ⁊ mel alla: et vt lex dn̄i semp̄ sit in ore vestro alleluya alla. Ps. Cōfitemini dn̄o q̄m bonus: q̄m in seculum misericordia eius. Kyrieleysō. Gloria in excelsis Oratio.

DEus qui solemnitate paschali mundo remedia contulisti: populū tuum quesumus domine celesti dono prosequere: vt et perfectam libertatem consequi mereatur: et ad vitam proficiat ſempiternã. Per dominum noſtrum ieſum chriſtũ filiũ tuũ.

Lectio actuum apoſtolorum. x.

IN diebus illis. Stans petrus in medio plebis: dixit Uiri fratres vos ſcitis quod factũ eſt verbũ per vniuerſã iudeã. Incipiẽs enim a galilea poſt baptiſmũ qđ predicauit iohãnes ieſum a nazareth: quomodo vnxit eum deus ſpũ ſctõ ⁊ virtute: q̄ pertranſiuit bñfaciẽdo et ſanãdo oẽs oppreſſos a diabolo / qm̃ deꝰ erat cũ illo. Et nos teſtes ſumꝰ oim̃ q̄ fecit in regione iudeoꝝ et hieruſalẽ quem occiderũt ſuſpẽdentes in ligno. Hunc deus ſuſcitauit tertia die: et dedit eũ manifeſtũ fieri: nõ omni populo: ſed teſtibꝰ p̄ordinatis a deo / nobis q̄ manducauimꝰ et bibimꝰ cũ illo poſtq̃ reſurrexit a mortuis. Et p̄cepit nobis predicare pplo ⁊ teſtificari: q̄a ipſe eſt / qui cõſtitutꝰ eſt a deo iudex viuorũ et mortuorũ. Huic oẽs ꝓphete teſtimoniũ ꝑhibẽt remiſſionẽ peccatoꝝ accipere per nomen eiꝰ: oẽs qui credũt in eũ. Gr. Hec dies quã fecit dñs exultemꝰ ⁊ letemur in ea. ℣. Dicat nũc iſrael qm̃ bonꝰ: qm̃ in ſeculũ mĩa eiꝰ. Alleluya. ℣. Nõne cor noſtrũ ardẽs erat in nobis de ieſu dũ loqueretur nobis in via. Sequẽtia.

Zima vetꝰ expurgetur / vt ſincere celebretur: noua reſurrectio. Hec eſt dies noſtre ſpei huius mira vis diei legis teſtimonio. Hec egyptũ ſpoliauit et hebreos liberauit / de fornace ferrea His in arto cõſtitutis opus erat ſeruitutis: lutũ later palea. Iã diuine laus virtutis / iam triũphi tã ſalutꝭ: vox erũpat libera. Hec eſt dies quã fecit dñs / dies noſtri doloris terminꝰ: dies ſalutifera. Lex eſt vmbra futuroꝝ / xp̃us finis ꝓmiſſoꝝ: qui conſummat oĩa Chriſti ſanguis igneã / hebetauit rũpheã: amota cuſtodia. Puer nr̃i forma riſus / ꝓ quo vervex eſt occiſus: vite ſignat gaudium Ioſeph exit de ciſterna / ieſus redit ad ſupna: poſt mortis ſupplicium. Hic dracones pharaonis: draco vorat a draconis: īmunis malicia. Quos ignitꝰ vulnerat hos ſerpẽtis liberat: enei preſentia. Anguem forat in maxilla / xp̃us hamus ⁊ armilla: in cauerna reguli. Manũ mittit ablactatus / ⁊ ſic fugit exturbatꝰ: vetꝰ hoſpes ſeculi. Irriſores heliſei / dũ conſcẽdit domũ dei: zelum calui ſentiũt. Dauid arrepticius / hircus emiſſarius: ⁊ paſſer effugiũt In maxilla mille ſternit: et de tribu ſua ſpernit ſampſõ matrimoniũ. Sãpſon gaze ſeras pãdit: et aſportãs portas ſcãdit mõtis ſupercilium. Sic de iuda leo fortis fractis portis dire mortis: die ſurgit tertia. Rugiente voce patris: ad ſuperne ſinũ matris / tot reuexit ſpolia. Cetus ionã fugitiuum: veri ione ſignatiuum: poſt tres dies reddit viuũ: de ventris anguſtia. Botrus cypri refloreſcit / dilatatur et excreſcit: ſynagoge flos marceſcit / ⁊ floret eccleſia. Mors ⁊ vita conflixere / reſurrexit xp̃s vere. et cũ xp̃o ſurrexere: multi teſtes glorie. Mane nouum mane letũ / veſpertinum tergat fletũ: q̄a vita vicit letum /

tēpus eſt leticie. Ieſu victoꝛ ieſu vita: ieſu vite via trita: cuiꝰ moꝛte moꝛs ſopita ad paſcalē nos inuita: menſā cū fiducia. Viue panis viuax vnda: vera vitis ⁊ fecūda: tu nos paſce tu nos mūda: vt a moꝛte nos ſecunda / tua ſaluet gratia. ¶ Secundū Lucā.xxiiij.

IN illo tēpoꝛe. Exeuntes duo ex diſcipulis ieſu: ibāt ipſa die in caſtellū qđ erat in ſpacio ſtadioꝝ ſexaginta ab hieruſalē noīe emaus Et ipſi loquebanť adinuicem de his oībus que acciderāt. Et factū eſt dū fabularenť et ſecū quererēt et ipſe ieſus appꝛopinquās ibat cū illis. Oculi aūt coꝝ tenebāť / ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſūt hi ſermones quos cōfertis adinuicē ambulantes: et eſtis triſtes? Et reſpondēs vnꝰ cui nomē cleophas: dixit ei. Tu ſolꝰ peregrinus es in hieruſalē: ⁊ nō cognouiſti q̄ facta ſūt in illa his diebus? Quibꝰ ille dixit. Que? Et dixerūt. De ieſu nazareno qui fuit vir ꝓpheta: potēs in ope ⁊ ſermone / coꝛā deo ⁊ oī ppl̄o. Et quō tradiderunt eū ſummi ſacerdotes et principes nr̄i in dānationē moꝛtis: ⁊ crucifixerūt eum. Nos autē ſperabamꝰ: q̄a ipſe eſſet redēpturus iſrael. Et nūc ſup hec oia tertia dies eſt hodie q̄ hec facta ſunt ſed et mulieres quedā ex nr̄is terruerūt nos: q̄ ante lucē fuerūt ad monumentū: et nō inuēto coꝛpore eiꝰ: venerūt dicētes ſe etiā viſionē angeloꝝ vidiſſe / q̄ dicūt eū viuere. Et abierūt quidā ex nr̄is ad monumētum: ⁊ ita inuenerūt ſicut mulieres dixerūt: ipſum vero nō inuenerūt. Et ipſe dixit ad eos O ſtulti et tardi coꝛde ad credendū / in oībus q̄ locuti ſunt ꝓphete. Nōne hec opoꝛtuit pati chꝛiſtū: ⁊ ita intrare in gloꝛiā ſuā? Et incipiēs a moyſe et oībus ꝓphetis: interpretabať illis in oībus ſcripturis q̄ de ipſo erant. Et appꝛopinquauerūt caſtello quo ibant: ⁊ ipſe ſe finxit lōgius ire. Et coegerūt illū dicētes. Mane nobiſcū / q̄m aduesperaſcit: ⁊ inclinata eſt iam dies Et intrauit cū eis. Et factū eſt dū recūberet cū illis: accepit panē et benedixit ac fregit / et poꝛrigebat illis. Et ſtatī aperti ſūt oculi coꝝ. et cognouerūt eū: et ipſe euanuit ex oculis coꝝ. Et dixerūt adinuicē. Nōne coꝛ noſtrū ardēs erat in nobis / de ieſu dū loquereť nobis in via: et aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgētes eadem hoꝛa regreſſi ſunt in hieruſalē: ⁊ inuenerūt cōgregatos vndeci / et eos qui cum ipſis erāt: dicētes q̄ ſurrexit dn̄s vere et apparuit ſymoni. Et ipſi narrabāt que geſta erant in via / et quomodo cognouerūt eū: in fractione panis. ¶ Credo. Offr. Angelus dn̄i deſcēdit de celo / et dixit mulieribus: quem queritis? ſurrexit ſicut dixit alleluya. Secreta.

PAſchalis hoſtias īmolantes q̄s dn̄e: vt qđ frequētamus actu: ꝯprehēdamꝰ effectu: ꝑ reſurgentē a moꝛtuis: dn̄m nr̄m ieſū chꝛiſtū filiū tuū. Qui tecū vi.

Cōio. Surrexit dominus et apparuit petro alleluya. Poſtcōio.

IMpleatur in nobis q̄s dn̄e ſacramēti paſcalis ſancta libatio: noſq; de terrenis affectibus/ ad celeſte transferat inſtitutum. Per dominū noſtrū ieſum.

¶Feria.iij.poſt paſcha. Offiñ.

AQua ſapientie potabit eos alla: firmabitur in illis et nō flectetur alla: et exultabit eos in eternū alla alleluya. Ps. Cōfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in ſeculū mīa eꝰ. Oratio.

DEus qui eccleſiā tuam nouo ſemp̄ fetu multiplicas: cōcede famulis tuis: vt ſacramētum viuendo teneant/ quod fide perceperunt. Per dn̄m noſtrum.

Lectio actuum apoſtolorum. xiij.

IN diebus illis. Surgens paulus: et manu ſilētium indicens ait. Uiri fratres filij generis abraham/ et qui in vobis timent deū: vobis verbum ſalutis huius miſſū eſt. Qui eni habitāt hieruſalē ⁊ principes eiꝰ: ignorātes ieſū ⁊ voces pphetarū que per omne ſabbatū legunt/ iudicātes impleuerūt. Et nullā cauſā mortis inueniētes in eo: petierūt a pilato vt interficerent eū. Cūq; conſummaſſent oīa que de eo ſcripta erāt: deponētes eum de ligno/ poſuerūt in monumēto. Deus vero ſuſcitauit eū a mortuis tertia die qui viſus eſt per dies multos/ his qui ſimul aſcēderāt cum eo de galilea in hieruſalē: qui vſq; nūc ſūt teſtes eius ad plebē. Et nos vobis annūciamus eam que ad patres nr̄os repromiſſio factā eſt: qm̄ hāc deus adimpleuit filijs veſtris/ reſuſcitās ieſū chriſtū: dn̄m noſtrū.

Gr. Hec dies quā fecit dn̄s: exultemꝰ et letemur i ea. ℣. Dicāt nūc qui redempti ſūt a dn̄o: quos redemit de manu inimici: de regionibꝰ cōgregauit eos. Alla. ℣. Surgēs ieſꝰ dn̄s noſter: ſtetit in medio diſcipulorū ſuorū et dixit pax vobis. Sequentia.

PRome caſta contio cātica: organa ſubnectēs ipodorica. Regi clauſtra deo tartarea rumpenti decāta nunc ſymphonia. Morte qui victa reſurgens gaudia mundo geſtat colenda. Hac inſolita morantes perdita cochiti confinia. Aſpectāt lumina: intrante illo vita beata. Terrore percuſſa: tremeſcit demonū plebs valida. Dant ſuſpiria. Fletuum alta. Repagula q̄s ſic audax fregerit: mirātur tunc fortia. Sic ad ſupera. Redit cū turma Glorioſa: et timida refouet diſcipulorum corda. Precelſa huius trophea admirātes: flagitemus nunc voce declina. Uirginum inter agmina mereamur precioſa colere vt paſcha. Galilea inq; ſacrata prefulgida contueri lucis exordia.

¶Secundum Lucam. xxiiij.



IN illo tp̄e Stetit ieſus in medio diſcipulorꝫ ſuorꝫ: ⁊ dixit eis. Pax vobis. Ego ſū: nolite timere. Conturbati vero/ et conterriti: exiſtimabāt ſe ſpiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati eſtis: et cogitationes aſcēdunt in corda veſtra? Videte manus meas et pedes meos: quia ego ipſe ſū. Palpate et videte: quia ſpūs carnē et oſſa nō habet ſicut me videtis habere. Et cum hoc dixiſſet: oſtendit eis manus et pedes. Adhuc autē illis nō credētibus: et mirātibus pre gaudio/ dixit. Habetis hic aliquid quod māducet? At illi obtulerūt ei partē piſcis aſſi: ⁊ fauum mellis. Et cū māducaſſet corā eis ſumēs reliquas/ dedit eis. Et dixit ad eos. Hec ſunt verba que locutꝰ ſum ad vos/ cum adhuc eſſem vobiſcū: quoniā neceſſe eſt impleri oīa que ſcripta ſūt in lege moyſi: et ꝓphetis/ ⁊ pſalmis de me. Tūc aperuit illis ſenſū: vt intelligerēt ſcripturas. Et dixit eis. Quoniā ſic ſcriptū eſt: et ſic oportebat pati chriſtū: ⁊ reſurgere a mortuis die tertia. Et predicari in noīe eius penitentiā/ et remiſſionē peccatorum: in oēs gētes. ¶ Credo. Offr. Intonuit de celo dñs/ ⁊ altiſſimꝰ dedit vocem ſuam: et apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta.

Suſcipe dñe p̄ces eccleſie tue redēptionis ſue gratia exultantis: vt preſentiū munerū fide: ⁊ tue reſurrectiōis credulitate paſcatur. Qui vi. Cōio. Si cōſurrexiſtis cū chriſto/ que ſurſū ſūt querite allā: vbi chriſtꝰ eſt in dextera dei ſedēs: que ſurſū ſunt ſapite alleluya. Poſtcōio.

Sanctificent nos dñe queſumꝰ ſumpta myſteria: et paſcalis obſeruātie ſufficientē nobis tribuant facultatē. Per. ¶ Feria.iiij. poſt paſ. Offic.

Venite bñdicti patris mei: percipite regnū allā: quod vobis paratum eſt ab origine mundi allā allā allā. Ps. Cantate domino canticum nouū quia mirabilia fecit. Oratio.

Deus qui nos reſurrectionis dñice/ annua ſolemnitate letificas: concede propicius: vt per temporalia feſta que agimus: peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per dñm noſtrū. Lectio actuum apoſtolorum. iij.

In diebus illis. Aperiens petrus os ſuum: dixit. Viri iſraelite et qui timetis deū: audite. Deus abrahā/ et deus iſaac/ et deus iacob: deus patrū noſtrorum/ glorificauit filiū ſuū ieſū: quem vos quidem tradidiſtis/ et negaſtis ante faciē pilati: iudicāte illo dimitti. Vos autem ſanctū et iuſtum negaſtis: et petiſtis virum homicidam donari vobis: auctorem vero vite/ interfeciſtis. Quem deus ſuſcitauit a mortuis: cuius nos teſtes ſumꝰ. Et nūc fratres ſcio/ quia per ignorantiā feciſtis: ſicut et principes veſtri. Deus autē qui prenunciauit per os omnium prophetarum/ pati chriſtum ſuum: ſic impleuit. Penitemini igitur et conuertimini: vt deleantur peccata veſtra. Gr. Hec dies quā fecit dñs: exultemꝰ ⁊ letemur in ea. ℣. Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me. Alleluya. ℣. Surrexit dñs ⁊ occurrēs mulieribꝰ ait: auete. Tūc acceſſerūt et tenuerūt pedes eius. Seq̄ntia.

Concinat orbis cũctus allã Uotis voce ſolẽnia. Celebrãdo paſchalia. Inſontũ tenera/ cõgaudeat turma: ſacro fõte niuea. Spernens flegetontis vndas. Nos quoq; laxas/ aptemus fibꝛas: arte muſica. Uoce ſonoꝛa: modificãtes pꝛoſis neumata. Uoce ſatis tinula. Chꝛiſtus nãq; mitis hoſtia. Factus nr̃a ob remedia. Crucis pertulit pꝛobꝛa. Et iugis vita manens ſubiit letalia. Fellis amara paſſus ꝑlibare pocula. Uulnera ſatis tollerauit dira: tranſfixus clauis et lãcea. Sic patiendo mala gerẽs nr̃a: deſcẽdit ad ima tartarea. Hoſtis antiq̃ quo deſtringẽs arma reuehit potẽs ampla ouãdo trophea. Sicq; deuicta moꝛte: ac reſumpta carne/ reſurgit victoꝛ die in tertia. Unde iam iocũdas: ipſi canamus odas. Per quẽ nobis vita plauſit eťna: et celi clara nobis pateſcit aula. Cui ſit laus pꝛeclara.

¶ Secundum iohannem. xxi.



In illo tempoꝛe. Manifeſtauit ſe iterũ ieſus diſcipulis ſuis ad mare tiberiadis: manifeſtauit aũt ſic. Erant autem ſimul ſymõ petrꝰ et thomas qui dicitř didimꝰ: et nathanael q̃ erat a chana galilee: et filij zebedei: ⁊ alij ex diſcipl'is eiꝰ duo. Dicit eis ſymon petrus. Uado piſcari. Dicũt ei. Uenimus et nos tecũ. Et exierũt/ et aſcẽderũt in nauim: ⁊ illa nocte nihil pꝛẽdiderũt. Mane autẽ facto: ſtetit ieſus in littoꝛe/ non tamẽ cognouerũt diſcipuli q̃a ieſus eſt. Dixit ergo eis ieſus. Pueri: nunquid pulmentariũ habetis? Reſpõderũt ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexterã nauigij rethe: et inuenietis. Miſerũt ergo rethe: et iam nõ valebant illud trahere/ pꝛe multitudine piſciũ. Dicit ergo diſcipulꝰ ille quem diligebat ieſus/ petro. Dñs eſt. Symõ petrus cũ audiſſet q̃a dñs eſt: tunica ſuccinxit ſe. Erat eni nudus: et miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli: nauigio venerũt. Nõ eni longe erãt a terra: ſed quaſi cubitis ducẽtis/ trahẽtes rethe piſciũ. Ut ergo deſcẽderunt in terram: viderunt pꝛunas poſitas et piſcem ſuperpoſitum/ et panẽ. Dicit eis ieſus. Afferte de piſcibus quos pꝛendidiſtis nunc. Aſcẽdit ſymon petrus: et traxit rethe in terram plenum magnis piſcibus: centum quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent: non eſt ſciſſum rethe. Dicit eis ieſus. Uenite/ pꝛandete. Et nemo audebat diſcumbentiũ interrogare eũ/ tu q̃s es: ſcientes quia dñs eſt. Et venit ieſus: et accepit panem ⁊ dedit eis: ⁊ piſcem ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt ieſus diſcipulis ſuis: cum reſurrexiſſet a moꝛtuis. Credo.

Offr. Poꝛtas celi aperuit dominꝰ: et pluit illis manna vt ederent. panẽ celi dedit illis: panem angeloꝝ manducauit homo alleluia. Secreta.

Sacrificia domine paſchalibꝰ gaudijs imolata/ nobꝭ tue propiciationis munus obtineāt: quibꝰ eccleſia tua mirabiliter paſcitur/et nutrit̃. Per dñm. Coio. Chriſtus reſurgēs ex mortuis/iā nō moritur alleluia: mors illi vltra nō dñabitur alleluya alleluia. Poſtcō.

AB omni nos queſumꝰ domine vetuſtate purgatos ſacramenti tui veneranda perceptio: in nouā traſferat creaturā. Per. ¶ Feria. v. poſt paſ. Offm.

VIctricē manū tuam dñe laudauerunt pariter all'a: quia ſapiētia aperuit os mutū: et linguas infātium fecit diſertas all'a all'a. Ps. Confitemini dño quoniā bonus: quoniā in ſeculum miſericordia eius. Oratio.

DEus qui diuerſitatē gētiū in cōfeſſione tui nōis adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatis: vna ſit fides mētiū/et pietas actionum. Per dominū no. Lectio actuum apoſtolorū. viij.

IN diebus illis. Angelꝰ domini: locutus eſt ad philippum/dicēs. Surge/et vade cōtra meridianū: ad viā q̄ deſcendit ab hierl̃m in gazā: hec eſt deſerta Et ſurgēs/ abijt. Et ecce vir ethiops eunuchus potens cādacis regine ethiopū/q̄ erat ſup oēs gazas eiꝰ: venerat adorare in hirl̃m: et reuertebat̃ ſedēs ſup currū ſuū: legēſq; iſaiā ꝓphetā. Dixit aūt ſpiritꝰ philippo. Accede: ⁊ adiūge te ad currū iſtū. Accurrēs autē philippꝰ: audiuit eū legentē iſaiā ꝓphetā/⁊ dixit. Putas ne itelligis q̄ legis? Qui ait. Et quomodo poſſū itelligere: ſi nō aliqs oſtēderit michi? Rogauitq; philippum vt aſcenderet/et ſederet ſecū. Locus autē ſcripture quā legebat: erat hic. Tanq̄ ouis ad occiſionē ductus eſt: et ſicut agnꝰ corā tondente ſe ſine voce: ſic nō aperuit os ſuum. In humilitate iudiciū eius ſublatum eſt. Generationē eius quis enarrabit? quoniā tolletur de terra vita eiꝰ. Reſpondēs aūt eunuchus: dixit philippo. Obſecro te/ de quo propheta dicit hoc? de ſe: an de alio aliquo. Aperiēs autem philippus os ſuū: et incipiens a ſcriptura iſta: euangelizauit illi ieſum. Et dū irent per viā venerūt ad quandā aquā. Et ait eunuchus. Ecce aqua. Quis phibet me baptizari? Dixit autē philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et reſpondēs/ait. Credo filiū dei eſſe ieſum xp̄m. Et iuſſit ſtare currū. Et deſcenderunt vterq; in aquam philippus et eunuchus/⁊ baptizauit eū. Cum autem aſcendiſſent de aqua: ſpūs dñi rapuit philippū: et ampliꝰ non vidit eū eunuchus. Ibat autē per viā ſuam gaudēs: philippus autē inuentus eſt in azoto. Et pertranſiens euāgelizabat ciuitatibus cūctis/donec veniret ceſareā: nomē dñi nr̄i iheſu chriſti. Gr. Hec dies quā fecit dñs: exultemꝰ ⁊ letemur in ea. V. Lapidē quē reprobauerunt edificātes hic factꝰ ē i caput āguli. a dño factū ē iſtud: ⁊ eſt mirabile i oculis nr̄is. Nō repetat̃ grad. hac die poſt ſuum v. nec in ſequenti die. All'a. V. In die reſurrectiōis mee dicit dñs p̄cedā vos in galileā. Se.

DIc nobis/q̄bus e terris no

na. Cuncto mūdo/nūcians gaudia. Noſtrā rurſ⁹ viſitas patriā Reſpondēs placito vultu: clara voce dixit all'a. Angelus michi de xp̄o/indicauit pia miracula. Reſurrexiſſe dn̄m: ſyderum cecinit voce laudāda. Mox ergo pēnas volucris vacuas dirigens leta per auras. Redijt famulis/⁊ dixit vacuatā legē veterē: et nouā regnare gratiā. Itaq; plaudite famuli voce clara: xp̄us hodie redemit nos a morte dira. Pater filiū tradidit ſeruis vt interimeret/pro ſalute nr̄a. Spōte ſubijt filius mortem: vt nos redimeret morte ab eterna. Nūc requiem capere licet oībus: et vita frui perpetua. Nunc colite pariter mecū famuli: celebri laude ſanctū paſcha. Chriſtus eſt pax noſtra.

¶ Secundum Johannem. xx.



In illo tempore. Maria ſtabat ad monumentū foris/plorās. Dum ergo fleret: inclinauit ſe/et pſpexit in monumentū. Et vidit duos āgelos in albis ſedētes: vnū ad caput/et vnū ad pedes: vbi poſitū fuerat corpus ieſu. Dicunt ei illi. Mulier: quid ploras? Dicit eis. Quia tulerūt dn̄m meū: et neſcio vbi poſuerūt eum. Hec cum dixiſſet: cōuerſa eſt retrorſū: et vidit ieſum ſtantē: et neſciebat q̄a ieſus eſt. Et dixit ei ieſus. Mulier/quid ploras? Quē queris? Illa exiſtimans q̄a ortolanus eſſet: dixit ei. Dn̄e: ſi tu ſuſtuliſti eū: dicito michi vbi poſuiſti eū: et ego eū tollā. Dicit ei ieſus. Maria. Conuerſa illa/dicit ei. Rabboni: quod dicit̄ magiſter. Dicit ei ieſus. Noli me tāgere: nondū eni aſcendi ad patrem meū. Vade autē ad fratres meos: ⁊ dic eis. Aſcendo ad patrē meū ⁊ patrē veſtrū: deū meū ⁊ deum vr̄m. Venit ergo maria magdalene: annuncians diſcipulis/quia vidi dn̄m: ⁊ hec dixit michi. Credo. Offer. In die ſolemnitatis veſtre dicit dn̄s. inducā vos in terrā fluentē lac et mel alleluya. Secreta

Suſcipe q̄s dn̄e munera populoꝝ tuoꝝ ꝓpicius: vt cōfeſſione tui nōis/et baptiſmate renouati: ſempiternā beatitudinē cōſequant̄. Per. Cōio. Popul⁹ acquiſitiōis ānūciate virtutes ei⁹ allā: qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumē ſuū alleluia. Poſtcōio.

Exaudi dn̄e preces noſtras: vt redemptionis noſtre ſacroſancta cōmertia: et vite nobis conferāt preſentis auxiliū: ⁊ gaudia ſempiterna cōcilient. Per do.

¶ Feria vj. poſt paſcha. Officiū.

Eduxit eos dn̄s in ſpe all'a: et inimicos eoꝝ operuit mare all'a alleluya all'a. ps. Attendite popule meus legē meā/inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Oratio

Omĩps ſempiterne de⁹: q̄ paſchale ſacramētū in recōciliatiōis humane federe cōtuliſti: da mētibus nr̄is vt quod ꝓfeſſiōe celebram⁹/imitemur effectu. Per.

Lcō epl'e btī petri apl'i. prime. iij.

Sabbato poſt paſca.

Cariſſimi. Chriſtꝰ ſemel ꝓ peccatis noſtris moꝛtuus eſt: iuſtus pꝛo iniuſtis: vt nos offerret deo / moꝛtificatos quidem carne: viuificatos autem ſpiritu. In quo et his qui in carcere cōcluſi erant: ſpiritu veniens pꝛedicauit. qui increduli fuerant aliquādo / quādo expectabant dei patiētiam / in diebus noe cum fabꝛicaretur arca: ī qua pauci / id eſt octo anime ſalue facte ſunt per aquā Quod et vos nunc ſimilis foꝛme ſaluos facit baptiſma. nō carnis depoſitio ſoꝛdiū: ſed conſcientie bone interrogatio in deū. Per reſurrectionem domini noſtri ieſu chꝛiſti: qui eſt in dextera dei. Gꝛ. Hec dies quā fecit dn̄s: exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Benedictus qui venit ī noīe dn̄i: deꝰ dn̄s et illuxit nobis Non repetatur grad̄. Alla. ℣. Dicite in gētibus: quia dominus regnauit a ligno. Sequentia.

Victime paſchali laudes: immolāt chꝛiſtiani. Agnus redemit oues / chꝛiſtus innocens patri / reconciliauit peccatores. Moꝛs et vita duello / cōflixere mirando: dux vite moꝛtuus / regnat viuus. Dic nobis maria: quid vidiſti in via? Sepulchꝛum chꝛiſti viuētis: ⁊ gloꝛiā vidi reſurgētis. Angelicos teſtes: ſudariū et veſtes. Surrexit chꝛiſtus ſpes nr̄a: p̄cedet vos in galileam. Credendū eſt magis ſoli marie veraci: q̄ iudeoꝝ turbe fallaci. Scimus chꝛiſtum ſurrexiſſe a moꝛtuis vere: tu nobis victoꝛ rex miſerere.

¶ Secundum Matheum. xxviij



In illo tp̄e Undecim diſcipli abierunt in galileā: in mōtem vbi conſtituerat illis ieſus. Et vidētes eum adorauerunt. quidā autem dubitauerunt. Et accedens ieſus: locutus eſt eis dicens. Data eſt michi omnis poteſtas: ī celo et in terra. Eūtes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in noīe patris / et filij / ⁊ ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare oīa quecūqꝫ mādaui vobis. Et ecce ego vobiſcū ſum omnibus diebus: vſqꝫ ad cōſummationem ſeculi. Credo. Offꝛ. Erit vobis hic dies memoꝛialis allā: et diē feſtū celebꝛabitis ſolēnē dn̄o in pꝛogenies veſtras. legitimū ſempiternum diē alleluia alleluia allā. Secreta.

Hoſtias q̄s dn̄e placatus aſſume: quas et pꝛo renatoꝝ expiatione peccati deferimꝰ: et ꝓ acceleratiōe celeſtis auxilij. Per. Cōio. Data eſt michi oīs poteſtas in celo et in terra allā: eūtes docete oīs gētes / baptizātes eos in noīe patris et filii: et ſpiritꝰ ſc̄ti allā allā. Poſtcō.

Deus q̄ adoptionis tue ſobolē peccatoꝝ remiſſione genuiſti: da vt cūcti fideles tui veraciter appꝛehendant: q̄ pꝛeſentibus ſuſceperūt ſacramētis. Per.

¶ Sabbato poſt paſca. Officiū.

Eduxit dn̄s populum ſuū in exultatione alleluya: et electos ſuos in leticia allā allā. Ps. Cōfitemini dn̄o ⁊ inuocate nomen eius: annūciate inter gentes opera eius. Oratio.

Concede q̄s oīpotēs deꝰ: vt qui feſta paſchalia venerando egimꝰ: per hec cōtingere ad gaudia etna mereamur. Per dn̄. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli. prime. ii.

Chariſſimi. Deponētes igit̄ omnē maliciā/et oēm dolū et ſimulatiōes/et inuidias: et oēs detractiones: ſicut modo geniti infantes rationabiles et ſine dolo lac concupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutē. Si tamen guſtatis: quoniā dulcis eſt dn̄s. Ad quē accedētes lapidem viuū/ab hoībus quidē reprobatū: a deo autē electum/et honorificatū. Et ipſi tāq̄ lapides viui ſuperedificamini domos ſpūales/in ſacerdotiū ſanctum: offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles deo/per ieſū chriſtū. Propter quod cōtinet ſcriptura. Ecce ponā in ſyon lapidē ſummū/angularē/probatū/electum/precioſum: et oīs qui crediderit in eum/non confundet̄. Vobis igit̄ honor credentibꝰ: non credētibꝰ autē lapis quē reprobauerūt edificātes/hic factus eſt in caput anguli: et lapis offenſionis et petra ſcandali/his qui offendunt verbo: nec credunt in quo et poſiti ſūt. Vos autē genus electū: regale ſacerdotiū/gens ſancta: populꝰ acquiſitionis: vt virtutes annuncietis/eius q̄ de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Qui aliquādo non populus dei: nunc autē populus dei. Et qui nō conſecuti miām: nunc autē miſericordiā conſecuti. Duo pueri in ſupelliciis/in pulpito dicāt Alla ℣. Hec dies quā fecit dn̄s: exultemꝰ et letemur in ea. Non repetat̄ Alleluya. Nunq̄ enī repetatur primū Alla. poſt ſuum ℣. q̄n duo Alla habent̄: ſed ſcd̄m Alla ſemper repetat̄ poſt ſuū ℣. Similiter fiet/quādo vnū ſolū Alla habet̄. Deinde alii duo pueri/ad gradum chori ī ſupelliciis cātēt hoc Alla ℣. Laudate pueri dn̄m: laudate nomē dn̄i. et finiat̄ a choro. Statim ſequat̄ aliꝰ ℣. ab eiſdē pueris. ℣. Sit nomē dn̄i benedictū: ex hoc nūc et vſqꝫ in ſeculū. Similiter finiat̄ a choro. Deinde repetatur Alleluya ſine neuma. Sequentia.

Mane prima ſabbati: ſurgēs dei filius/noſtra ſpes et gloria. Victo rege ſceleris: rediit ab inferis/cum ſūma victoria. Cuius reſurrectio: oī plena gaudio/cōſolat̄ oīa. Reſurgentis itaqꝫ: maria magdalene/facta eſt p̄nūcia. Heres chriſti fratribus: eiꝰ morte triſtibꝰ/expectata gaudia. O beati oculi: q̄bus regē ſeculi: morte iam depoſita/prima eſt intuita. Hec eſt illa femina: cuiꝰ cūcta crimina: ad chriſti veſtigia/eiꝰ lauit gratia. Que dum plorat et mēs orat: facto clamat q̄d cor amat/ieſū ſuper oīa. Nō ignorat quē adorat: q̄d precetur ſed delet̄/quod mens timet cōſcia. O maria mater pia: ſtella maris appellaris/operum per merita. Matri chriſti coequata/dum fuiſti ſic vocata/ſed honore ſubdita. Illa mūdi imperatrix: iſta btā peccatrix: leticie primordia fuderūt in eccl̄ia. Illa ei fuit porta: per quã fuit lux exorta: hec reſurgentis nũcia/ mundũ replet leticia. O maria magdalena: audi vota laude plena: apud chriſtũ chorũ iſtũ/ clemẽter concilia. Ut fons ſumme pietatis: q̃ te lauit a peccatis: ſeruos ſuos atq; tuos/ mundet data venia. Amen dicãt omnia. ⁋ Scd̃m Johãnẽ. xx.



In illo tp̃e. Una ſabbati maria magdalene venit mane cum adhuc tenebre eſſent/ ad monumentũ: et vidit lapidẽ ſublatũ a monumẽto. cucurrit ergo/ ⁊ venit ad ſymonem petrum: et alium diſcipulũ quẽ amabat ieſus/ ⁊ dixit eis. Tulerunt dñm meũ de monumẽto: et neſcio vbi poſuerũt eum. Exijt ergo petrus/ et ille alius diſcipulus: et venerũt ad monumentũ. Currebant aũt duo ſimul: et ille alius diſcipulus ꝓcucurrit citius petro/ et venit primus ad monumentũ. Et cum ſe inclinaſſet: vidit lintheamina poſita: nõ tamẽ introiuit. Uenit ergo ſymon petrus ſequens eum/ et introiuit in monumentum. Et vidit lintheamina poſita: et ſudariũ quod fuerat ſuper caput eius/ nõ cum lintheaminibus poſitũ: ſed ſeparatim inuolutũ in vnũ locum. Tũc ergo introiuit et ille diſcipul⁹ qui venerat prim⁹ ad monumentũ: et vidit/ et credidit. Nondũ enim ſciebãt ſcripturas: q̃a oportebat eũ a mortuis reſurgere. Credo.

Offi. Benedict⁹ qui venit in noĩe dñi: benedixim⁹ vos de domo dñi: de⁹ dñs et illuxit nobis alleluya alla. Secre.

Concede q̃s dñe ſemp nos per hos myſteria paſchalia gratulari: vt cõtinua noſtre reparationis operatio: ꝑpetue nobis fiat cauſa leticie. Per. Cõio. Omnes qui i chriſto baptizati eſtis/ chriſtũ induiſtis alleluya. Poſtcõio.

Redẽptionis noſtre munere vegetati. q̃s dñe: vt hoc perpetue ſalutis auxilio/ fides ſemper vera proficiat. Per dominũ.

⁋ Dñica in octa. paſce. Officium.

Reſurrexi et adhuc tecum ſum alla: poſuiſti ſuper me manum tuam alla: mirabilis facta eſt ſciẽtia tua alleluya alla. ps. Domine probaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam/ et reſurrectionem meam Gloria patri et filio. Oratio.

Deus q̃ hodierna die ꝑ vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditum deuicta morte reſeraſti: vota noſtra que preueniendo aſpiras etiã adiuuãdo proſeq̃re. Per eũdem dñm. Nulla fiet memoria de dñica. Ep̃la. Expurgate vetus. Quere ſupra in die paſ. Loco grad. dicit Alla. ṽ. Paſca noſtrũ immolat⁹ eſt chriſt⁹. Secũdum Alla. ṽ. Angelus dñi deſcẽdit de celo: et accedens reuoluit lapidem/ et ſedebat ſuper eum. Sequentia.

Laudes ſaluatori: voce modulemus ſupplici. Et deuotis melodijs: celeſti dño iubilemus meſſie. Qui ſeipſum exinaniuit: vt nos ꝑditos liberaret homines. Carne gloꝛiam deitatis occulēs. Pannis tegit᷑ in pꝛesepi miserās pꝛecepti transgressoꝛem pulsum patria / paradisi nudulū Joseph marie: symeoni subdit᷑. Circuncidit᷑: ⁊ legali hostia mūdat᷑ vt peccatoꝛ / nostra q̄ solet relaxare crimina. Serui subit manus baptizādus: et perfert fraudes tēptatoꝛis: fugit persequentū lapides. Famē patit᷑: doꝛmit et lassat᷑ / ac lauat discipulis pedes: deꝰ homo sūmus humilis. Sed tamen inter hec / abiecta coꝛpoꝛis Eius deitas nequaq̄ quiuit latere: signis varijs ⁊ doctrinis pꝛedita. Aquam nuptijs dat saporis vinei. Cecos oculos claro lumine vestiuit. Lepꝛā luridā: tactu fugat placido. Putres suscitat moꝛtuos: mēbꝛaqꝫ curat debilia. Fluxū sāguinis cōstrinxit: et saturauit q̄nqꝫ de panibꝰ / quinq milia. Stagnū peragrat fluctuans ceu siccū littus: ventos sedat. Linguā reserat constrictā: reddit [illegible] aures priuatas / vocibus febꝛes depulit. Post hec mira miracula taliaqꝫ. Sponte sua cōpꝛehendit᷑: ⁊ dānat᷑. Et se crucifigi nō desperit. Sed sol eius moꝛtē nō asperit. Illuxit dies: quā fecit dn̄s. Hostē deuastās: ⁊ victoꝛ suis apparens dilectoꝛibꝰ viuus. Pꝛimo marie: de hinc apostolis Docēs scripturas / coꝛ aperiens: vt clausa de ipso reserarent. Fauēt igit᷑ resurgēti xp̄o cūcta gaudijs. Floꝛes segetes: rediuiuo fructu vernant: et volucres gelu tristi terso / dulce iubilant. Lucēt clarius sol ⁊ luna: moꝛte xp̄i turbida. Tellus herbida resurgēti xp̄o plaudit: q̄ tremula eiꝰ moꝛte se casurā minitat. Ergo die ista exultemus: qua nobis viā vite resurgēs / patefecit iesus. Astra / solum / mare iocundent᷑: ⁊ cūcti gratulent᷑ in celis spiritales choꝛi trinitati. Euāge. Maria magdalene vt̄s in die pasche. Offer. Terra tremuit ⁊ quieuit: dum resurgeret in iudicio deus alleluya. Secreta.

Suscipe q̄s dn̄e pꝛeces populi tui cū oblationibꝰ hostiarum: vt paschalibus iniciate mysterijs: ad eternitatis nobis medelā / te operāte pꝛoficiant. Per do. Pꝛefatio Et te quidē. Infra canonē Cōicātes: ⁊ Hāc igit᷑. Cōio Pascha nostrū imolatꝰ est chꝛistꝰ alleluya. Itaqꝫ epulemur in azimis sinceritatis et veritatis all'a all'a all'a. Postcō.

Spiritū nobis dn̄e tue caritatis infunde: vt quos sacramētis paschalibꝰ satiasti: tua facias pietate concoꝛdes. Per do.

¶ Missa dominicalis / per ebdomadam dicitur. Officium.

Quasi modo geniti infātes all'a: rationabiles sine dolo lac cōcupiscite all'a all'a al. Ps. Exultate deo adiutoꝛi nostro: iubilate deo iacob. Nō dicit᷑ Gl'ia in excelsis. in ferijs p totum annū / quādo de ferijs agitur: nec Ite missa est. Oꝛatio.

Presta q̄s om̄s deus: vt qui paschalia festa peregimꝰ: hec te largiēte / moꝛibus et vita teneamus. Per. In oībus ferijs pasche tp̄e: et in oībus festis triū lectionū sine regimine choꝛi: dicūtur tres collecte/ ſicut ī pꝛima dñica aduentus dñi pꝛenotatum eſt.

Lectio ep̄le b̄ti iohānis ap̄li. j. v.

Cariſſimi. Omne qđ natū eſt ex deo: vincit mundum Et hec eſt victoꝛia q̄ vincit mundum: fides noſtra. Quis eſt autē qui vincit mundū: niſi qui credit quoniā ieſus eſt filius dei. Hic eſt qui venit per aquā et ſanguinē/ ieſus chꝛiſtꝰ Nō in aqua ſolū: ſed in aqua ⁊ ſanguine. Et ſpiritꝰ eſt qui teſtificatur: qm̄ chꝛiſtus eſt veritas. Quoniā tres ſunt qui teſtimoniū dant in celo: pater/ verbū et ſpiritus ſanctus: et hi tres vnū ſunt. Et tres ſunt q̇ teſtimonium dant in terra: ſpiritꝰ/ aqua/ et ſanguis: et hi tres vnū ſunt. Si teſtimoniū hoīm accipimus. teſtimonium dei maiꝰ eſt Quoniam hoc eſt teſtimoniū dei quod maiꝰ eſt: q̇a teſtificatꝰ eſt de filio ſuo. Qui credit in filiū dei: habet teſtimonium dei ī ſe. Loco građ. dicat᷑ hoc Alla. v̇. Poſt dies octo ianuis clauſis: ſtetit ieſꝰ in medio diſcipuloꝛū ſuorū/ ⁊ dixit: pax vobis. Alla. v̇. Angelꝰ dñi deſcēdit de celo: et accedēs reuoluit lapidē/ ⁊ ſedebat ſuper eū. Alius v̇. Reſpōdēs aūt āgelꝰ dixit mulieribꝰ. quē queritis? ille aūt dixerūt ieſū nazarenū. Iſti duo v̇. dicunt᷑ per ebdo. alternis vicibꝰ: ita tñ ꝙ v̇ Reſpōdēs. pꝛimo dicit᷑ qñ de feria agitur. Et ſi nulla feria ꝑ hāc ebdo. ad hoc vacauerit: tunc vltimus v̇. eo anno oīno p̄termittat᷑

¶ Et notandū eſt/ ꝙ omni die per hoc idem tēpus dicunt᷑ duo Alla. ad miſſam/ de quocūqꝫ fiat ſeruitiū: exceptis vigilijs paſche/ aſcēſionis/ et penthecō. et niſi in miſſis/ que in pꝛoceſſione dicuntur.

¶ Secundum Iohannem. xx.



IN illo tēpoꝛe. Cū eſſet ſero die illo vna ſabbatoꝛū: ⁊ foꝛes eſſēt clauſe vbi erant diſcipuli congregati pꝛopter metum iudeoꝝ: venit ieſus: et ſtetit in medio/ et dixit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixiſſet: oſtendit eis manus et latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli/ viſo domino. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut miſit me pater: et ego mitto vos. Hec cū dixiſſet/ inſufflauit et dixit eis. Accipite ſpiritum ſctm̄. Quoꝝ remiſeritis peccata: remittūtur eis. Et quoꝝ retinueritis: retēta ſunt. Thomas autē vnus ex duodecī qui dicitur didimus: nō erat cū eis quādo venit ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dñm. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixurā clauoꝝ: et mittā digitum meū in locū clauoꝝ/ ⁊ mittā manū meā in latus eius/ non credam. Et poſt dies octo: iterū erāt diſcipuli eius itus: et thomas cū eis. Venit ieſus ianuis clauſis: ⁊ ſtetit ī medio/ et dixit eis. Pax vobis. Deīde dicit thome. Infer digitum tuū huc/ et vide manꝰ meas: et affer manū tuā/ et mitte in latus meū: et noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpondit thomas et dixit ei. Dñs meus/ et deꝰ meus. Dixit ei ieſꝰ. Quia vidiſti me tho ma/credidiſti: beati q̄ nō viderūt et crediderūt. Multa quidē ⁊ alia ſigna fecit ieſus in cōſpectu diſcipulorꝝ ſuorū: que nō ſunt ſcripta in libro hoc. Hec autē ſcripta ſunt vt credatis: q̄a ieſꝰ eſt chriſtꝰ filꝰ dei. Et vt credētes/vitā habeatis in noīe eiꝰ. Offer. Angelꝰ dn̄i deſcēdit de celo/et dixit mulieribꝰ: quē queritis: ſurrexit ſicut dixit all'a. Secre.

Suſcipe munera q̄s dn̄e exultātis eccleſie: et cui cauſā tāti gaudij cōtuliſti: perpetuum fructū concede leticie. Per. Cōio. Mitte manū tuam/et cognoſce loca clauorum all'a: et noli eſſe incredulꝰ ſed fidelis alleluya alleluya. Poſtcō.

Quēſumus dn̄e deꝰ noſter: vt ſacroſancta myſteria/que pro reparationis noſtre munimine cōtuliſti: et preſens nobis remedium eſſe facias/⁊ futurum Per dn̄m. ¶ Feria. iiij. Epiſtola Ad corinthios. prime. xv.

Fratres. Si chriſtꝰ predicatur q̄ reſurrexit a mortuis: quomodo quidā in vobis dicunt/quoniā reſurrectio mortuorum non eſt? Si autē reſurrectio mortuorꝝ nō eſt: neqꝫ chriſtꝰ reſurrexit. Si autē chriſtus non reſurrexit: ianis eſt predicatio noſtra: inanis eſt et fides veſtra. Inuenimur autē et falſi teſtes dei: quoniam teſtimonium diximus aduerſus deū q̄ ſuſcitauerit chriſtū quē non ſuſcitauit: ſi mortui non reſurgūt. Nam ſi mortui nō reſurgūt: neqꝫ chriſtꝰ reſurrexit. Qđ ſi chriſtus non reſurrexit: vana eſt fides vr̄a. Adhuc eni eſtis in peccatis veſtris. Ergo et qui dormierūt in chriſto: perierūt. Si in hac vita tantū in xp̄o ſperātes ſumꝰ: miſerabiliores ſumus oībus hominibus. Nunc aūt chriſtꝰ reſurrexit a mortuis primitie dormiētium: quoniā quidē per hominē mors: et per hominē reſurrectio mortuorꝝ. Et ſicut in adā oēs moriuntur: ita ⁊ in chriſto oēs viuificabunt. Vnuſq̄ſqꝫ autē in ſuo ordine: per ieſū chriſtū dn̄m noſtrū.

¶ Secundum Marcum. xvj.

In illo tp̄e. Surgens ieſus mane prima ſabbati: apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat ſeptem demonia. Illa vadēs: nunciauit his qui cū eo fuerāt lugētibus et flentibus. At illi audiētes q̄a viueret/et viſus eſſet ab ea: non crediderunt. Poſt hec autē duobus ex his ambulātibus: oſtēſus eſt in alia effigie/euntibus in villā. Et illi euntes/nunciauerunt ceteris: nec crediderunt illis. ¶ Feria. vi. Ep̄la. Ad hebreos. xiij.

Fratres. Obedite prepoſitis veſtris: ⁊ ſubiacete eis. Ipſi eni peruigilant/quaſi rationem pro aīabus veſtris redditurі: vt cū gaudio hoc faciāt/et non gemētes. Hoc eni non expedit vobis: orate pro nobis. Cōfidimus eni/q̄a bonā conſcientiā habemꝰ in oībus bene volētes cōuerſari. Amplius autē deprecor vos hoc facere: quo celerius reſtituar vobis. Deus autē pacis/qui eduxit de mortuis paſtorē magnū ouiū in ſanguine teſtamēti eterni/dominū noſtrū ieſum chriſtū: aptet vos in omni opere bono/vt facia tis volũtatẽ ei⁹: faciẽs in vobis qđ placeat corã ſe per ieſũ xp̃m: cui eſt gl̃ia in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

¶ Secundum Matheũ. xxviij.

IN illo tp̃e. Exierũt mulieres de monumẽto/cũ timore et gaudio magno: currẽtes nũciare diſcipulis eius. Et ecce ieſus occurrit illis/dicens. Auete. Ille autẽ acceſſerũt/et tenuerũt pedes ei⁹ et adorauerũt eũ. Tunc ait illis ieſus. Nolite timere. Ite nunciate fratrib⁹ meis vt eant in galileam: ibi me videbunt. Que cũ abijſſent: ecce quidã de cuſtodib⁹ venerunt in ciuitatẽ: et nunciauerunt principib⁹ ſacerdotũ/omnia que facta fuerant. Et congregati cum ſenioribus/conſilio accepto: pecuniã copioſam dederunt militibus/dicẽtes. Dicite/q̃a diſcipuli eius nocte venerũt: et furati ſũt eũ nobis dormientibus. Et ſi hoc auditũ fuerit a preſide: nos ſuadebimus ei/et ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt ſicut erant edocti. Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud iudeos: vſq; in hodiernum diem.

¶ Sciendũ eſt q̃ in oĩ feſto cũ regimine chori: ab oct. paſ. vſq; ad aſcẽſionẽ dñi ſcd̃m **Alla.** erit vnũ de ſubſcriptis: q̃bus dictis reicipiant illa de eb̃d. paſche: videlicet de tertia/quarta/et q̃nta ferijs p̃ ordinẽ: q̃bus dictis reicipiãt ſubſcripta: ⁊ ſũt nouẽ numero. Alleluya. ℣. Mane nobiſcũ dñe: quia declinata eſt iã dies ad veſperũ. Alleluya. ℣. Oportebat pati chriſtũ/et reſurgere a mortuis: et ita intrare in gl̃iam ſuã. Alla. ℣. Chriſt⁹ reſurgẽs ex mortuis iã nõ morit: mors illi vltra nõ dñabit. Alla. ℣. Surrexit altiſſimus de ſepulchro: qui pro nobis pepẽdit in ligno. Alla. ℣. Surrexit chriſtus ⁊ illuxit pp̃lo ſuo quẽ redemit ipſe ſãguine ſuo. Alla. ℣. Chriſt⁹ mortu⁹ ẽ propter delicta noſtra: et ſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã. Alla. ℣. Surgẽs ieſus dñs noſter: ſtetit ĩ medio diſcipulorũ ſuorũ: et dixit pax vobis. Alla. ℣. Surrexit dñs/et occurrẽs mulieribus ait: auete. tũc acceſſerũt/et tenuerunt pedes ei⁹. Alla. ℣. In die reſurrectionis mee dicit dñs: precedã vos in galileã. Si in hac dñica vel ĩ ſeq̃ntibus/fiet ſeruitium de aliquo feſto cũ regimine chori: tũc ad miſſam ſcd̃m **Alla.** non erit de dñica ſed vnũ de. ix. p̃dictis per ordinẽ.

¶ Dñica. ij. poſt paſca/hac dicet oĩbus dñicis diebus vſq; ad aſcẽ. dñi: ſi a fine cũ regimine chori vacaue. dicatur miſſa de reſurrectione ſicut in die paſce: p̃ter Grad. et **Cõicãtes.** et **Hanc igit.** ſed nulla fiat mẽo. de dñica ad miſſã de reſurrectione. Et ſemp̃ dr̃ ſeq̃ntia **Victime paſchali.** Et ſi feſtũ alicuius ſc̃ti cum regimine chori in dñica euenerit: tũc de ſc̃tõ dr̃ miſ. et mẽo. de reſurrectione: ſed non de dñica. ¶ Notandũ eſt: q̃ in oĩbus dñicis a paſcha vſq; ad aſcẽſionẽ dñi: erit primũ **Alla.** ℣. **Paſca noſtrũ.** ⁊ ſcd̃m **Alla**/de ſua dñica: ſcilȝ q̃ plus facit mentionẽ de reſurrectione: qđ eſt vltimũ. Et ſemp̃ infra p̃dictũ tẽpus/de quocũq; dr̃ miſſa: fiat mẽo. de reſurrectione/cũ hac oratione **Deus qui per vnigenitũ** niſi in inuentione ſancte crucis. Miſſa vero dominicalis per ebdomadā/ dicit̄ cum pꝛefatione quotidiana. Et ſi nulla feria per ebdo. vacauerit a feſto/ tunc in dñica in capitulo dicit̄

¶ Miſſa dñicalis ebdo. ſecunde poſt paſcha. Ad miſſam Officiū

MIſericoꝛdia domini plena eſt terra alleluya: ṽbo domini celi firmati ſūt: alleluya allā. ps. Exultate iuſti i dño: rectos decet collaudatio. Oro

DEus qui in filij tui humilitate/ iacentē mundū erexiſti: fidelibus tuis perpetuā concede leticiā: vt quos perpetue moꝛtis eripuiſti caſibus: gaudijs facias ſempiternis perfrui. Per eūdem dñm noſtrū ieſū. Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli. j. ij.

CArissimi. Chꝛiſtus paſſus eſt pꝛo nobis: vobis relinquens exemplū/ vt ſequamini veſtigia eius. Qui peccatum nō fecit: nec inuentus eſt dolus in oꝛe eius. Qui cum malediceret̄: non maledicebat. Cum pateret̄: non comminabat̄. Tradebat autem iudicāti ſe iniuſte: qui peccata noſtra ipſe ꝑtulit in coꝛpoꝛe ſuo ſuper lignū: vt peccatis moꝛtui/ iuſticie viuamus: cuius liuoꝛe ſanati ſumus. Eratis enim ſicut oues errātes: ſed cōuerſi eſtis nunc ad paſtoꝛē et epiſcopum: animaꝝ veſtrarum. Alleluya. ṽ. Ego ſum paſtoꝛ bonꝰ: ⁊ cognoſco oues meas: et cognoſcūt me mee. Alleluya. ṽ Surrexit paſtoꝛ bonus: qui poſuit animam ſuam pꝛo grege ſuo.

¶ Secundum Johannem. x.



IN illo tpe Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Ego ſum paſtoꝛ bonus. Bonus paſtoꝛ: aiam ſuam dat pꝛo ouibus ſuis. Mercēnarius autē et q̄ non eſt paſtoꝛ/ cuiꝰ nō ſunt oues ꝓpꝛie: videt lupū venientē/ ⁊ dimittit oues/ ⁊ fugit: ⁊ lupꝰ rapit/ ⁊ diſpergit oues. Mercēnariꝰ autē fugit: qa mercēnariꝰ eſt: et nō pertinet ad eū de ouibꝰ. Ego ſū paſtoꝛ bonꝰ: et cognoſco oues meas: ⁊ cognoſcūt me mee. Sicut nouit me pater: et ego agnoſco patrē: ⁊ animā meā pono pꝛo ouibꝰ meis. Et alias oues habeo q̄ nō ſūt ex hoc ouili: ⁊ illas opoꝛtet me adducere et vocē meā audiēt. Et fiet vnum ouile: et vnus paſtoꝛ. Offr. Deus deus meus/ ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuabo manꝰ meas alla

BEnedictionē nobis Secre. dñe cōferat ſalutarē/ ſacra ſemꝑ oblatio: vt quod agit miſterio: ṽtute ꝑficiat. Per do. Cōio. Ego ſū paſtoꝛ bonꝰ alla: et cognoſco oues meas ⁊ cognoſcūt me mee al. al.

PReſta nobis q̄s Poſtcōio. oīpotēs ⁊ miſericoꝛs deus: vt viuificationis tue gratiā conſequētes: in tuo ſemper munere gloꝛiemur. Per do. ¶ Feria. iiij. Lectio epl'e beati Petri apl'i. j. j.

CArissimi. Scientes q̄ non coꝛruptibilibꝰ argento vel auro redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione paterne traditionis: ſed precioſo ſanguine/

quaſi agni incontaminati et immaculati chꝛiſti: pꝛecogniti quidem ante mũdi conſtitutionem. Manifeſtati aũt nouiſſimis tempoꝛibus / pꝛopter vos qui per ipſum fideles eſtis in deũ. Qui ſuſcitauit eũ a moꝛtuis: et dedit ei gloꝛiã: vt fides veſtra et ſpes eſſet in deo. Aĩas veſtras caſtificãtes in obediẽtia caritatis: in fraternitatis amoꝛe: ſimplici ex coꝛde inuicẽ diligite attẽtius: renati non ex ſemine corruptibili: ſed incoꝛruptibili / per verbum dei viui: et permanentis in eternũ. Quia oĩs caro fenũ: et oĩs gloꝛia eius tanq̃ flos feni. Exaruit enĩ fenũ: et flos eius decidit. Verbũ autẽ dñi: manet in eternũ. Scd̃m Lucã. xxiiij

IN illo tẽpoꝛe. Una ſabbati valde diluculo: venerunt mulieres ad monumentũ poꝛtãtes que parauerant aromata. Et inuenerũt reuolutũ lapidẽ a monumẽto: et ingreſſe / non inuenerunt coꝛpus dñi ieſu. Et factũ eſt dũ mẽte cõſternate eſſent de iſto: ecce duo viri ſteterũt iuxta illas / in veſte fulgẽti. Cum timerẽt autem et declinarẽt vultũ in terrã: dixerũt ad illas. Quid q̃ritis viuentẽ cum moꝛtuis? Non eſt hic: ſed ſurrexit. Recoꝛdamini qualiter locutus eſt vobis / cũ adhuc in galilea eſſet dicẽs. Quia opoꝛtet filiũ hoĩs tradi in manus hoĩm peccatoꝝ / et crucifigi: et tertia die reſurgere. Et rememoꝛate ſunt verboꝛũ eius: ⁊ regreſſe a monumento nunciauerunt hec oĩa illis vndeci / et ceteris omnibus. Erat autẽ maria magdalene et iohanna / ⁊ maria iacobi: ⁊ cetere q̃ cum eis erant: q̃ dicebãt ad ap̃los hec. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentũ verba iſta: et non credebant illis. Petrus aũt ſurgẽs / cucurrit ad monumentũ: et procũbens vidit lintheamina ſola poſita Et abijt: ſecũ mirãs qđ factũ fuerat. ¶ Fe. vj. Ad romanos.

FRatres. Sicut per vnius delictũ / in oẽs hoĩes in cõdẽnationẽ: ſic et per vnꝰ iuſticiã in oẽs hoĩes / in iuſtificationẽ vite. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis / pctõꝛes cõſtituti ſũt multi: ita et per vnꝰ obeditionẽ iuſti conſtituent multi. Lex aũt ſubintrauit: vt abũdaret delictũ. Ubi autẽ abũdauit delictũ: ſuperabundauit et grã. vt ſicut regnauit peccatũ in moꝛtẽ: ita et gratia regnet per iuſticiã in vitam eternã. Per ieſũ chꝛiſtũ: dñm noſtrũ. ¶ Secundum Matheum. ix.

IN illo tēpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si diligitis me/mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem: et alium paraclitum dabit vobis: vt maneat vobiſcum in eternum: ſpiritū veritatis quem mundus non poteſt accipere: q̄a nō vidit eum/nec ſcit eum. Vos autē cognoſcetis eū quia apud vos manebit: et in vobis erit. Nō vos relinquā oꝛphanos: veniā ad vos. Adhuc modicum: et mūdus me iam nō videt. Vos autem videtis me: quia ego viuo/et vos viuetis. In illo die vos cognoſcetis/quia ego ſum in patre meo: et vos in me/et ego in vobis. Qui habet mandata mea et ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autē diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligā eum: ⁊ manifeſtabo ei meipſū. Non dr̄ Credo. Offr̄. Emitte ſpm̄ tuū et creabūtur: ⁊ renouabis faciē terre: ſit gloꝛia domini in ſecula alleluya. Secreta.

HOſtias populi tui queſumus domine miſeratꝰ intende: et vt tibi reddātur accepte:

cõſcientias nr̃as/ ſancti ſpũs ſalutaris emũdet aduẽtus. Per dñm noſtrũ ieſũ chriſtũ filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ⁊ regnat ĩ vnitate eiuſ. Prefatio quotid. Hac die Sanct⁹ et Agnus/ ſolẽniter dicunt. Cõio Ultimo feſtiuitatis die dicebat ieſ⁹: qui in me credit/ flumina de vẽtre e⁹ fluent aque viue: hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erãt credẽtes in eum alleluya alleluya. Poſtcõio.

Preſta queſumus omnipotens deus: vt ſpiritus ſanctus adueniens/ maieſtatem nobis filij tui manifeſtando clarificet. Per eundẽ. In vnitate eiuſd.



¶ In die pẽthecoſtes. Officium.

Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarum all'a: et hoc quod continet oĩa ſcientiã habet vocis: alleluya all'a alleluya. Ps. Exurgat deus et diſſipent inimici eius: et fugiant qui oderũt eũ a facie eius. Oratio

Deus qui hodierna die corda fidelium ſãcti ſpũs illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: et de e⁹ ſemp conſolatione gaudere. Per dñm noſtrũ. In vnitate eiuſdem. Lectio actuum apoſtolorum. ij.

In diebus illis. Dum complerent dies penthecoſtes: erant oẽs diſcipuli pariter in eodem loco. Et factus eſt repente de celo ſonus tanq̃ aduenientis ſpiritus vehemẽtis: et repleuit totã domum vbi erant ſedẽtes. Et apparuerunt illis diſpartite lingue tanq̃ ignis: ſeditq; ſupra ſingulos eorum. Et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto: et ceperũt loqui varijs linguis: prout ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hieruſalem habitantes iudei viri religioſi: ex omni natione que ſub celo eſt. Facta autem hac voce/ conuenit multitudo: et mente cõfuſa eſt: quoniam audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquentes. Stupebant autem omnes: et mirabãtur adinuicem dicentes. Nonne ecce omnes iſti qui loquunt galilei ſunt: et quomodo nos audiuim⁹ vnuſquiſq; linguam noſtrã/ in qua nati ſum⁹: Parthi/ et medi/ et elamite: et qui habitãt meſopotamiã: iudeam/ et capadociã: ponthum/ et aſiam/ phrigiam/ et pãphiliam: egyptũ/ et partes libie: que eſt circa cyrenẽ et aduene romani: iudei quoq; et proſeliti cretes/ et arabes: audi nimꝰ eos loquētes noſtris liguis: magnalia dei. Alla. ỽ. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: ⁊ renouabis faciem terre. Alleluya. ỽꝰ. Spiritus ſanctus pꝛocedens a thꝛono: apoſtoloꝛum pectoꝛa / inuiſibili hodie perluſtrauit potentia. Seqn̄.

SAncti ſpiritus: aſſit nobis gratia. Que coꝛda nr̄a: ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cunctis vicijs ſpiritalibus. Spiritus alme illuſtratoꝛ oīm. Hoꝛridas noſtre mentis / purga tenebꝛas. Amatoꝛ ſctē ſenſatoꝛum ſemꝑ cogitatuū. Infunde vnctionē tuā: clemēs noſtris ſēſibus. Tu purificatoꝛ oīm flagitioꝛum ſpiritꝰ. Purifica nr̄i oculum: interioꝛis hoīs. Ut videri ſupꝛemꝰ genitoꝛ: poſſit a nobis. Mundi coꝛdis: quē ſoli cernere poſſunt oculi. Pꝛophetas tu inſpiraſti: vt ꝑconia chꝛiſti ꝑcinuiſſent inclyta. Apoſtolos cōfoꝛtaſti: vti tropheū chꝛiſti / per totum mundum veherēt. Quādo machinā per verbū ſuum fecit deus: celi / terre / mariū. Tu ſuꝑ aquas foturus eas: numen tuū expādiſti ſpiritus. Tu aīabus viuificādis aquas fecūdas. Tu aſpirādo das ſpiritales eſſe hoīes. Tu diuiſum per linguas mundū: et ritus adunaſti dn̄e. Idolatras ad cultū dei reuocas: magiſtroꝛū optime. Ergo nos ſupplicantes tibi: exaudi pꝛopitius ſctē ſpiritꝰ. Sine quo pꝛeces oēs caſſe credūtur: ⁊ indigne dei auribus. Tu qui oīm ſeculoꝛū ſāctos. Tui nominis docuiſti inſtinctu amplectēdo ſpiritus. Ipſe hodie apoſtolos chꝛiſti: donans munere inſolito: et cunctis inaudito ſeculis Hunc diem glorioſum feciſti.

❡ Secundum Johannem. xiiij.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me: ſermonē meum ſeruabit. Et pater meus diliget eum: et ad eū veniemus: et manſionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonē quem audiſtis / nō eſt meꝰ: ſed eius qui miſit me patris. Hec locutꝰ ſum vobis: apud vos manens. Paraclitꝰ autē ſpiritꝰ ſanctus / quem mittet pater in nomīe meo: ille vos docebit oīa: et ſuggeret vobis oīa quecūqꝫ dixero vobis. Pacē relinquo vobis: pacem meā do vobis. Nō quomodo mūdus dat: ego do vobis. Nō turbetur coꝛ veſtrū / neqꝫ foꝛmidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me / gauderetis vtiqꝫ: quia vado ad patrem: quia pater maioꝛ me eſt. Et nunc dixi vobis pꝛiuſq̄ fiat: vt cum factū fuerit / credatis. Jam non multa loquar vobiſcū. Uenit enī pꝛinceps mundi huius et in me nō habet quicq̄. Sed vt cognoſcat mūdus / q̄a ego diligo patrē: ⁊ ſicut mādatū dedit mihi pater: ſic facio. Offr̄. Cōfirma hoc deꝰ quod operatꝰ es in nobis: a tēplo tuo quod eſt in hieruſalē: tibi offerēt reges munera alleluya. Secreta.

MUnera dn̄e q̄s oblata ſanctifica: ⁊ coꝛda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emūda. Per dn̄m noſtrum ieſum chꝛiſtū In vnitate eiuſdem ſpiritꝰ. Pꝛefatio. Qui aſcendens. Hec prefatio dicit quotidie per hanc ebdomadã: et in oĩbus miſſis de ſãcto ſpiritu per totũ annũ. Ita ꝙ extra hanc ebdomadam: non dicũtur hec duo verba. Hodierna die. in prefatione. Communicantes. et Hãc igitur vſqʒ ad feſtum ſancte trinitatis tantum dicuntur. Cõio. Factꝰ eſt repẽte de celo ſonꝰ aduenĩetis ſpiritꝰ vehemẽtis vbi erant ſedẽtes all'a: et repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto loquentes magnalia dei: alleluya alleluya. Poſtcõio.

Sancti ſpiritus domine corda noſtra mundet infuſio et ſui roris intima aſperſione fecũdet. Per do. In vnitate eiuſdẽ

¶ Feria. ij. poſt pẽtheco. Officiũ

Cibauit eos ex adipe frumẽti all'a: et de petra melle ſaturauit eos: all'a all'a all'a. Ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Oratio.

Deus q̃ apoſtolis tuis ſanctum dediſti ſpiritũ: cõcede plebi tue pie petitionis effectũ: vt quibꝰ dediſti fidem / largiaris et pacẽ. Per do. In vnitate eiuſd.

Lectio actuum apoſtolorum. x.

In diebus illis. Aperiẽs petrus os ſuũ / dixit. Viri fratres et patres: nobis precepit dñs populo predicare et teſtificari: q̃a ipſe eſt q̃ conſtitutus eſt a deo iudex viuorũ et mortuorũ. Huic omnes prophete teſtimonium perhibent: remiſſionẽ peccatorũ accipere per nomẽ eius / oẽs qui credunt in eũ. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit ſpũs ſanctus ſuper oẽs qui audiebant verbũ. Et obſtupuerũt ex circumciſione fideles qui venerant cum petro: q̃a et in nationes gratia ſpũs ſancti effuſa eſt. Audiebãt eni illos loquentes linguis et magnificantes deum. Tunc reſpondit petrus. Nunquid aquam quis prohibere poteſt: vt non baptizentur hi qui ſpiritũ ſanctum acceperunt / ſicut et nos. Et iuſſit eos baptizari: in nõie domini nr̃i ieſu chriſti. All'a. v. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciẽ terre. Alleluya. v. Paraclitus ſpiritus ſanctus quẽ mittet pater in nomine meo: ille vos docebit oẽm veritatẽ. Sequentia.

Reſonet ſacrata iã turma / diua ſymphonia. Repleta gaudia promiſſa e celo reddita. In vnum congregata apoſtolorum phalanx preclara expectans munera. Repẽte vox diuina paraclytũ nũciat decorãs ſanctorũ viſcera. Hanc omni lingua: nõnulla myſteria deiqʒ magnalia. Cãtica diuina nõ ceſſat reboat eius quoqʒ caterua. O deꝰ oĩs aui / te laudat ſol et luna: cõcrepat vſia: cũcta celica / et profunda flumina. Te pſallat tellus alma ſydera: cuncta clara iubilat: adorat amat redẽpta oĩs quoqʒ anima. Stupens iudea: hec inquit execranda concio / vino iſto eſt repleta: muſtiqʒ crapula bacho plenos deputat repletos gratia. Sumens hec petrꝰ diuina myſteria: ſuperat obdurata corda illa: et fore affirmat vaticinia iohelis de hoc predicta. Ouans anima nunc noſtra: boat carmina deuta: quo ſuſcipiat celeſtia habitacula. Pangat omnis coꝛda noſtra ſancta pꝛeconia tua: vt ſemper pia ꝑcipiat cariſmata. Omnem hanc meram ſuſcipe melodiam: vt queamus ſcandere luciflua: et tua celſa/ ⁊ decoꝛa vꝛanica. Nudum ſacrata imbuiſti pectora: nunc nos reple lumine polorumque gaudia/ cedas perpetua atq; regna. Te decet laus per tēpoꝛa ⁊ gloꝛia ſyderea: o ſanctum pneuma. Tu aīas et coꝛpoꝛa nr̄a chriſte poſſideas/ in ſempiterna hoꝛa.

¶Secundū Johannē. iij.

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſ⁹ cuidā pꝛincipi phariſeoꝛū. Sic deus dilexit mundū: vt filiū ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum/ nō pereat: ſed habeat vitā eternā. Non eni miſit deus filium ſuū in mundū vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Qui credit in eum: non iudicat᷑. Qui autem nō credit: iam iudicatus eſt: quia non credit in noīe vnigeniti filij dei. Hoc eſt aūt iudiciū: quia lux venit in mundū: et dilexerūt homines magis tenebꝛas/ ꝙ lucem. Erant enim eoꝛū mala opera. Omnis enim qui male agit: odit lucē. Et nō venit ad lucē: vt non arguātur opera ei⁹. Qui autem facit veritatē/ venit ad lucē: vt manifeſtent᷑ eius opera: quia in deo ſunt facta. Credo. Offer.

Intonuit de celo dominus: et altiſſimus dedit vocem ſuam: et apparuerūt fontes aquarum all'a. Secreta.

PReſta q̄s dn̄e: vt ſecūdum pꝛomiſſionē filij tui domini noſtri ieſu chꝛiſti: ſpiritus ſanctus ⁊ hui⁹ nobis ſacrificij copioſius reuelet archanū: et omnē reſerat ꝓpicius veritatē. Per dn̄m. In vnitate eiuſd. Pꝛefatio. Qui aſcendēs. et Cōmunicātes. ⁊ Hāc igitur. Cōio. Spiritus ſanctus docebit vos alleluya: quecunq; dixero vobis alleluya alleluya. Poſtcōio.

PLenū in nobis dn̄e remedium noſtre redemptiōis operare: vt habitatione ſancti ſpiritus digni effici valeamus. Per dominū noſtrū. In vnitate eiuſ.

¶Feria. iij. poſt pēthe. Officiū.

ACcipite iocūditatem gloꝛie vr̄e all'a: gratias agentes deo all'a/ qui vos ad celeſtia regna vocauit: all'a alleluya all'a. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oꝛis mei. Oꝛatio.

ASſit nobis dn̄e q̄ſumus virtus ſpūs ſancti: que et coꝛda nr̄a clementer expurget: et ab oībus tueatur aduerſis. Per dn̄m noſtrū. In vnitate eiuſdē.

Lectio actuum apoſtoloꝛū. viij.

IN dieb⁹ illis. Cū audiſſent apoſtoli qui erāt hieroſolymis/ quia recepiſſet ſamaria verbum dei: miſerunt ad eos petrū/ et iohānem. Qui cum veniſſent: oꝛauerunt pꝛo ipſis: vt acciperēt ſpiritū ſanctū. Nondum enim in quēꝗ illoꝝ venerat: ſed baptizati tantū erāt in nomine dn̄i ieſu. Tunc imponebāt manus ſuper illos: ⁊ accipiebāt ſpiritū ſanctū. Alleluya. V. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur: et renouabis faciē terre. Alla v̄. Veni ſācte ſpūs reple tuoꝛū coꝛda fideliū: et tui amoꝛis in eis ignem accende. Sequentia.

Eya muſa: dic queſo pꝛeclara choꝛea. Blandificaq; libens perſtrepe oꝛgana. Aſt modulans tybia reſultet plectro laudum leta carmina. Noſtraq; caterua: huius diei eupꝛepia. Paracliti cariſma: hac die alumnos chꝛiſti plena intrat. Facto repēte ſono: linguis chꝛiſti fantur magnalia. Veſano plena ructu ꝑfidia: muſto alūnos madere putat: ſpiritus gratia ardētes quos reddit feruida. Anaſtaſi peracta q̄nquagena: myſticꝰ penetrat ſpūs pectoꝝ intima / oppido reddēs flāmātia. Mox ingreſſi oēs vna terra peragrāt arua: infundētes verbi ſemina. Myſtica patrātes ſigna: ſupno roꝛe noua bibula: madidāt intima. Ecce chꝛiſti nūc caterua tua. In hac aula decātant cantica. Vt celeſti permixta agmini idiſcrete: dicat noua tibi pꝛomens cātica. Sit perennis dn̄o gloꝛia. Decꝰ / honoꝛ / poteſtas per ſecula. Qui tribuit ſpūs gratiam oībus per arua: q̄ ſequunť eius monita. Poſcimꝰ omnes vna ſupplices magnalia. Vt ſctūs noſtra ſpūs emundās intima. Illuſtret clare ſophia alleluya. ¶ Secundū Johannē. x.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouiū / ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro. Qui autem intrat per oſtium: paſtoꝛ eſt ouiū. Huic oſtiariꝰ aperit: et oues vocē eius audiūt. Et ꝓpꝛias oues vocat noīatim: et educit eas. Et cum ꝓpꝛias oues emiſerit: ante eas vadit. Et oues illū ſequunť: quia ſciunt vocē eius. Alienū autem nō ſequunť / ſed fugiūt ab eo quia non nouerūt vocē alienoꝛū. Hoc ꝓuerbiū dixit eis ieſus. Illi autē non cognouerūt: q̄d loqueretur eis. Dixit ergo eis iterū ieſus. Amen amen dico vobis: q̄a ego ſum oſtium ouiū. Oēs quotquot venerūt: fures ſunt et latrones: ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit / ſaluabiť: ⁊ ingredieť et egredieť / et paſcua inueniet. Fur nō venit: niſi vt furetur / ⁊ mactet et perdat. Ego veni: vt vitam habeant: ⁊ abūdantiꝰ habeāt. Credo. Offꝛ. Poꝛtas celi aperuit dn̄s: et pluit illis māna vt ederēt. panē celi dedit eis: panem angeloꝛum manducauit homo alleluya. Secreta.

Deſcendat q̄s dn̄e ſpiritus ſanctus ſuper hoc altare: qui et dona populi tui ſanctificet et ſumentiū coꝛda placatꝰ emundet. Per dominum noſtrum. In vnitate eiuſdem. Cōio. Spiritus qui a patre pꝛocedit alleluya: ille me clarificabit alleluya alla. Poſtcōio.

Mentes noſtras queſumus domine ſpiritus ſanctus diuinis reparet ſacramētis: quia ipſe eſt remiſſio omnium peccatoꝛum. Per dominum. In vnitate eiuſdē. ¶ Feria quarta quatuoꝛ tempoꝛum: non dicitur alla magna miſſa ꝙ de ieiunio: nec in ſexta feria / nec in ſabbato: ſcḋm vſum Sarū. Ad miſſā. Officiū.

DEus dum egrederer̄ coꝛā populo tuo all̄a: iter faciēs eis all̄a: habitās i illis all̄a all̄a. Ps. Exurgat deꝰ et diſſipent᷑ inimici eiꝰ: et fugiāt qui oderūt eū a facie eiꝰ. Kyrieſ. cū ſuis v. dꝛ. Statim ſequatur Gloꝛia in excelſis. Non dicitur Dn̄s vobiſcum. ſed tantum Oꝛemus. Oꝛatio.

PReſta queſumus omnipotens deus: vt a noſtris mētibus carnales amoueat ſpiritus ſanctus affectꝰ: et ſpiritualia nobis dona potenter infundat. Per dn̄m noſtrū ieſū chꝛiſtū filiū tuū. Qui tecū vi. In vnitate eiuſdē.

Lectio. libꝛi ſapientie. pꝛimo.

DIligite iuſticiā qui iudicatis terrā. Sentite de dn̄o in bonitate: et in ſimplicitate coꝛdis querite illū. Quoniā inuenit᷑ ab his qui nō temptāt illū: apparet autē eis qui fidē habēt in illū. Peruerſe enī cogitationes / ſeparant a deo: pꝛobata autē virtus / coꝛripit inſipiētes. Quoniam in maliuolā animā / nō introiuit ſapientia: nec habitabit in coꝛpoꝛe / ſubdito peccatis. Sanctus enim ſpiritus diſcipline effugiet fictū: et auferet ſe a cogitationibꝰ que ſunt ſine intellectu: et coꝛripietur a ſuperueniēte iniquitate. Benignus eſt enī ſpiritus ſapientie: et non liberabit maledictū a labijs ſuis. Quoniā renū illius teſtis eſt deus: et coꝛdis eius ſcrutatoꝛ eſt verus: et lingue eiꝰ auditoꝛ. Quoniam ſpiritꝰ dn̄i repleuit oꝛbē terrarū: et hoc quod cōtinet oīa ſcientiā habet vocis. Et legat᷑ ab accolito ſupellicio induto in pulpito. Deinde tres clerici de ſcd̄a foꝛma in cappis ſericis ibidē dicāt. Alleluya. v. Emitte ſpiritū tuū et creabunt᷑: et renouabis faciē terre. Non repetat᷑ Alleluya. Sequat᷑ Dn̄s vobiſcum. et Oꝛemus. Oꝛatio.

MEntes noſtras q̄s dn̄e ſpiritus ſanctus paraclitus / qui a te pꝛocedit illuminet: ⁊ inducat in oēm ſicut tuus ꝓmiſit filius veritatē. Qui te. In vni. eiuſ.

Lectio actuum apoſtoloꝛum. ij.

IN diebus illis. Stans petrus cum vndecim: eleuauit vocē ſuā / ⁊ locutus eſt eis. Viri iudei ⁊ qui habitatis hieruſalē vniuerſi: hoc vobis notū ſit: ⁊ auribus percipite verba mea. Non enim ſicut vos eſtimatis hi ebꝛij ſūt: cum ſit hoꝛa diei tertia. Sed hoc eſt quod dictū eſt per pꝛophetā iohel. Et erit in nouiſſimis diebus dicit dn̄s: effundā de ſpiritu meo ſuper oēm carnē. Et ꝓphetabunt filij veſtri et filie veſtre: et iuuenes veſtri viſiones videbunt: et ſenioꝛes veſtri ſomnia ſomniabunt. Et quidē ſuper ſeruos meos / et ſup̄ ancillas meas in diebꝰ illis effundā de ſpiritu meo / et ꝓphetabūt. Et dabo ꝓdigia in celo ſurſū / et ſigna in terra deoꝛſū: ſanguinē / et ignē / et vapoꝛē fumi. Sol conuertetur in tenebꝛas / et luna in ſanguinē: anteq̄ꝫ veniet dies domini magnus / et manifeſtus. Et erit. Omnis quicunqꝫ inuocauerit nomē domini: ſaluus erit. All̄a. v. Loquebant᷑ varijs liguis apoſtoli magnalia dei. Repetat᷑ All̄a / ſine neuma. Sequētia.

Lux iocunda lux inſignis: qua de throno miſſus ignis/ in chriſti diſcipulos. Corda replet linguas ditat: ad concordes nos inuitat/ lingua cordis modulos. Chriſtus miſit quod promiſit: pignus ſponſe quam reuiſit/ die q̄nquageſima. Poſt dulcorem melleum: petra fudit oleū/ petra iam firmiſſima. In tabellis ſaxeis: non in linguis igneis/ lex de monte populo. Paucis cordis nouitas: et linguarum vnitas/ datur in cenaculo. O q̄ felix q̄ feſtiua: dies in qua primitiua/ fundatur eccleſia. Viue ſunt primitie: naſcentis eccleſie/ tria primū milia. Panes legis primitiui: ſub vna ſūt adoptiui/ fide duo populi. Se duob⁹ interiecit: ſicq; duos vnū fecit/ lapis caput anguli. Utres noui non vetuſti: ſunt capaces noui muſti/ vaſa parat vidua. Liquorē dat heliſeus: nobis ſacrū rorē de⁹/ ſi corda ſint cōgrua. Non hoc muſto vel liquore: nō hoc ſumus digni rore/ ſi diſcordes morib⁹. In obſcuris et diuiſis: nō poteſt hec paracliſis/ habitare cordibus. Conſolator alme veni: linguas reple corda leni: nihil fellis aut veneni/ ſub tua preſentia. Nil iocūdum nil amenum: nil ſalubre nil ſerenum: nichil dulce nichil plenum/ ſine tua gratia. Tu lumen es et vnguētum: tu celeſte condimentū: aque ditans alimētum/ virtute miſterij. Noua facti creatura: te laudamus mente pura: gratie nunc ſed natura/ prius ire filij. Tu q̄ dator es et donū: noſtri cordis oē bonū: cor ad laudē redde pronū/ noſtre lingue formās ſonum/ in tua preconia. Tu purga nos a peccatis: auctor ipſe pietatis: et in chriſto renouatis: da perfecte nouitatis/ plena nobis gaudia.

Secundnm Johannem. vj.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorum. Nemo poteſt venire ad me: niſi pater q̄ miſit me traxerit eū. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Oīs qui audiuit a patre et didicit venit ad me. Non quia patrem vidit quiſq̄: niſi is qui eſt a deo/ hic videt patrem. Amē amē dico vobis: qui credit in me/ habet vitam eternā. Ego ſum panis vite. Patres veſtri māducauerūt manna in deſerto: et mortui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcendens: vt ſi quis ex ipſo manducauerit: non moriatur. Ego ſum panis viu⁹: qui de celo deſcendi. Si quis mīducauerit ex hoc pane: viuet in eternum Et panis quē ego dabo/ caro mea eſt: pro mūdi vita. Credo. Offertoriū. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi alleluya. Secreta.

Oblata tibi domine q̄s munera ſpiritus ſanctus ſanctificet: et eoꝝ nos participatio ab oīm peccatorū cōtagione cuſtodiat. Per eundē. In vnitate eiuſdē. Cōio. Pacē meā do vobis all'a: pacē relinquo vobis all'a all'a. Poſtcō.

Per huius dn̄e virtutē miſterij tue nos claritatis per petuis ſplendoꝛ illuſtret: et cum conſubſtantiali tibi filio gratia ſpūs ſancti illuminet. Qui tecū.

¶ Feria. v. poſt pētheco. Officiū.

SPiritus dñi repleuit orbem terraꝝ alla: et hoc quod cōtinet omnia/ ſcientiā habet vocis alla alla alla. ps. Exurgat de⁹ et diſſipent᷑ inimici ei⁹: et fugiant qui oderunt eū a facie ei⁹. Kyriel. ſine verſibus. Oꝛatio.

PReſta qs oīpotens et miſericoꝛs deus: vt ſpirit⁹ ſanctus adueniens/ templū nos glorie ſue dignāter inhabitādo perficiat. Per dñm. In vnitate eiuſ.

Lectio actuum apoſtoloꝛū. viij.

IN diebus illis. Philippus deſcēdēs in ciuitatē ſamarie pꝛedicabat illis chꝛiſtū. Intendebant autē turbe his que a philippo dicebant᷑ vnanimiter audientes/ et videntes ſigna que faciebat. Multi enim eoꝛū qui habebant ſpiritus immūdos: clamantes voce magna/ exibant. Multi autem paralitici et claudi/ curati ſunt. Factū eſt ergo gaudiū magnum: in illa ciuitate. Alla. ṽ. Emitte ſpiritū tuū et creabunt᷑: et renouabis faciē terre Alla. ṽ. Fact⁹ eſt repente de celo ſonus: aduenientis ſpiritus vehementis. Sequentia.

ALma choꝛus dñi: nūc pāgat noīa ſūmi. Meſſyas ſother: emanuel/ ſabaoth/ adonay. Eſt vnigenit⁹ via/ vita/ manus/ homo vſyō. Principiū/ pꝛimogenitus/ ſapiētia/ virt⁹. Alpha caput/ finiſqꝫ ſimul vocitat᷑: et eſt oo. Fons et oꝛigo boni: paraclit⁹ ac mediatoꝛ. Agn⁹/ ouis/ vitul⁹: ſerpēs/ aries/ leo/ vermis. Os/ verbū/ ſplendoꝛ: ſol/ gloꝛia/ lux/ et imago. Panis/ flos vitis: mons/ ianua/ petra/ lapiſqꝫ. Angelus/ et ſpōſus: paſtoꝛqꝫ/ pꝛopheta/ ſacerdos. Athanatos/ kyrios: theos/ panthō/ craton/ et yſus Saluificet nos. Sit cui ſecla. Per oīa doxa ¶ Sc̄dm Lucā ix.

IN illo tpe. Conuocatis ieſus duodecim apoſtolis: dedit illis virtutē et poteſtatē ſuper omnia demonia: et vt languoꝛes curarent. Et miſit eos pꝛedicare regnū dei: et ſanare infirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis ī via: neqꝫ virgā: neqꝫ perā: neqꝫ panē: neqꝫ pecuniā: neqꝫ duas tunicas habeatis. Et in quācunqꝫ domū intraueritis/ ibi manete: ⁊ ide ne exeatis. Et qcūqꝫ nō receperit vos exeūtes de ciuitate illa/ etiā puluerē pedū veſtroꝝ excutite ī teſtimoniū ſupꝛa illos. Egreſſi aūt circuibāt per caſtella: euāgelizātes ⁊ curātes vbiqꝫ. Credo. Offr. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis: a tēplo tuo quod eſt ī hieruſalē/ tibi offerēt reges munera al. Secre.

VIrtute ſancti ſpirit⁹ dñe munera noſtra continge: vt quod ſolēnitate p̄ſenti tuo nomini dedicauit: et intelligibile nobis faciat/ et eternum. Per dñm. In vnitate eiuſ. Cōio. Fact⁹ eſt repēte de celo ſon⁹ aduenientis ſpūs vehemētis/ vbi erant ſedētes alla: et repleti ſūt oēs ſpū ſancto loquētes magnalia dei alleluya alla. Poſtcōio.

SAcrificijs celeſtib⁹ qs dñe operante ſpiritu ſancto/ vi cia noſtra purgent᷑: vt muneribꝰ tuis ſemper poſſimꝰ aptari. Per eundem. In vnitate eiuſdem.

¶ Feria ſexta quatuoꝛ tempoꝛũ. Ad miſſam. Officium.

Repleatur os meũ laude tua allã: vt poſſim cantare allã: gaudebunt labia mea dum cãtauero tibi allã alleluya. ps. In te dñe ſperaui non confundar in eternum: in iuſticia tua libera me/et eripe me. Oꝛatio.

Da q̄ſumus eccleſie tue miſericoꝛs deꝰ: vt ſpiritu ſancto congregata: hoſtili nullatenꝰ incurſiõe turbetur. Per dñm noſtrum. In vnitate eiuſdem ſpũs.

Lectio actuum apoſtoloꝛum. ij.

In diebus illis. Aperiẽs petrus os ſuum: dixit. Viri iſraelite: audite verba hec. Jeſum nazarenũ virũ appꝛobatũ a deo in vobis: virtutibus et ꝓdigijs et ſignis: que fecit per illum deus in medio veſtri/ſicut vos ſcitis: hũc definito cõſilio ⁊ pꝛeſciẽtia dei traditũ per manus iniquoꝝ/affigẽtes interemiſtis. Quem deꝰ ſuſcitauit ſolutis doloꝛibꝰ inferni: iuxta quod impoſſibile erat teneri illũ ab eo. Dauid eñi dicit in eũ. Pꝛouidebã dñm in cõſpectu meo ſemper: q̄m a dextris eſt michi ne cõmouear. Pꝛopter hoc letatum eſt coꝛ meum: et exultauit lingua mea: inſup et caro mea requieſcet in ſpe. Quoniã non derelinques animã meã in inferno: nec dabis ſanctũ tuũ videre coꝛruptionem. Notas michi feciſti vias vite: replebis me iocũditate/ cũ facie tua

Alla. ỽ. Emitte ſpiritũ tuũ et creabunt᷑: ⁊ renouabis faciẽ terre. Alla ỽ. Spiritus domini repleuit oꝛbem terrarum: et hoc quod continet oĩa ſcientiam habet vocis. Sequentia.

Laudes deo deuota. Dulci voce ac ſonoꝛa. Plebs reſultet catholica. Spiritus ſcĩ gratia. Apoſtolis die hodierna In igneis liguis eſt infuſa Paracliti pꝛeſentia. Emundet nos a peccati macula. Pura ſibi aptans habitacula. Cariſmatum ac munera. Pectoꝛibus noſtris pius infundat. Vita noſtra ei vt complaceat. Per ſeculoꝛum ſecula. Conclamemus alleluya Sit deo laus/poteſtas/honoꝛ/virtus ⁊ glĩa. ¶ Scđm Lucã. v.

In illo tẽpoꝛe. Factũ eſt in vna dierũ: et ieſus ſedebat docẽs. Et erãt pharisei ſedentes ⁊ legiſdoctoꝛes/qui venerãt ex omni caſtello galilee et iudee ⁊ hieruſalẽ: et virtus dñi erat ad ſanandum eos. Et ecce viri poꝛ[illegible] lecto hominẽ qui erat pa[illegible]: et querebant eũ inferre/⁊ ponere ante eum. Et nõ inuenientes qua parte illũ inferrẽt pꝛe turba: aſcenderũt ſupꝛa tectũ: et per tegulas ſummiſerũt illũ cum lecto in medio ante ieſũ. Quoꝝ fidẽ vt vidit dixit. Homo: remittunt᷑ tibi peccata tua. Et ceperũt cogitare ſcribe et pharisei: dicentes. Quis eſt hic q̄ loquit᷑ blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata: niſi ſolꝰ deus? Vt cognouit autẽ ieſus cogitationes eoꝝ: reſpondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in coꝛdibꝰ veſtris? Quid eſt facilius dicere dimittunt᷑ tibi peccata: an dicere ſurge et ambula. Ut autẽ ſciatis qđ filius hoīs habet poteſtatẽ in terra dimittendi peccata: ait paralitico. Tibi dico ſurge: tolle lectũ tuum: ⁊ vade in domũ tuã. Et confeſtim ſurgens corã illis tulit lectum in quo iacebat: et abijt in domũ ſuã magnificans deũ. Et ſtupor apprehẽdit oẽs: et magnificabãt deũ. Et repleti ſũt timore dicẽtes: qđ vidimꝰ mirabilia hodie. Credo. Offer. Lauda aĩa mea dñz: laudabo dñz ĩ vita mea pſallã deo meo q̃diu ero allã. Secre.

Sacrificia dñe tuis oblata cõſpectibus/ille ignis diuinus aſſumat: qui diſcipulorũ chriſti tui per ſpũm ſanctũ corda ſuccẽdit. Per eundẽ. In vnitate eiuſ.

Cõio. Spiritꝰ vbi vult ſpirat: ⁊ vocẽ eiꝰ audis allã: ſed neſcis vnde veniat aut quõ vadat allã allã. Poſtcõio.

Concede q̃s oĩpotens deus: vt huius perceptione ſacramenti: ita noſtre fragilitatis vicia expurgent᷑: quatenus per ſpiritũ ſanctũ/repromiſſũ in nobis donũ tue gratie/ſentiamus. Per dominum. In vnitate eiuſdem.

¶ Sabbato.iiij.tẽpor. Officiũ.

Caritas dei diffuſa eſt in cordibus vr̃is allã per inhabitantẽ ſpiritũ eius in vobis alleluya allã. ps. Domine deus ſalutis mee: in die clamaui et nocte corã te. Kyrieleſ. ſolemniter dicit᷑/abſqꝫ v̄. Sequat᷑ Glia in excel. ſicut ĩfra oc. cũ regimĩe chori. Oẽs orões ſine Dñs vobiſ. dicunt᷑ preter vltimam q̃ eſt ante epl. ſed tantũ cum Oremus. Et oẽs lectiones cũ ſuis titulis legãtur ad gradũ chori in ſupellicijs. Prima vero lectio ab accolito: et alie a clericis de ſcđa forma legãtur: tamen quinta lect. ab aliquo de ſuperiori gradu legat᷑. Et ſingula Allã/a duobꝰ pueris in ſupellicijs ibidẽ cantent᷑/ſine repetitione. Allã/poſt ſuum v̄. Orõ.

Mentibus nr̃is q̃s dñe ſpiritũ ſanctum benignꝰ infunde: cuius ⁊ ſapiẽtia conditi ſumus: ⁊ puidentia gubernamur. Per dominũ. In vnitate eiuſdẽ.

Lectio Iohelis prophete. ij.

Hec dicit dñs deus. Effundam de ſpiritu meo ſuper oẽm carnẽ: ⁊ pphetabũt filij vr̃i ⁊ filie vr̃e. Senes veſtri ſõnia ſomniabũt: et iuuenes veſtri viſiões videbũt. Sed ⁊ ſup ſeruos meos et ancillas meas in diebꝰ illis/effundã de ſpũ meo: et dabo prodigia in celo ſurſũ: et ſigna in terra deorſũ: ſanguinẽ/et ignẽ: ⁊ vaporem fumi. Sol conuertet᷑ in tenebras/et luna in ſanguinẽ: anteq̃ veniat dies dñi magnꝰ et horribilis. Et erit. Oĩs quicũqꝫ inuocauerit nomẽ dñi: ſaluus erit. Alleluya. v̄. Emitte ſpũm tuum et creabuntur: et renouabis faciẽ terre. Nõ repetat᷑ Allã poſt v̄. ſed dʒ Oremꝰ

Illo nos igne queſumꝰ dñe ſpũs ſanctꝰ inflãmet: quẽ dñs noſter ieſus chriſtus miſit in terrã: ⁊ voluit vehemẽter accẽdi. Qui tecum. In vnitate eiuſdem.

Lectio libri Leuitici. xxiij.

In diebꝰ illis. Locutus eſt dñs ad moyſen dicẽs. Loquere filijs iſrael: et dices ad eos. Cū ingreſſi fueritis terrā quam ego dabo vobis: et meſſueritis ſegetē: feretis manipulos ſpicarū: pꝛimitias meſſis veſtre ad ſacerdotē. Qui eleuabit faſciculū coꝛā dn̄o: vt acceptabilis ſit pꝛo vobis altero die ſabbati et ſanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipſo die: in quo obtuliſtis manipulos pꝛimitiarū ſeptē ebdomadas plenas/ vſqꝫ ad alterā diem expletionis ebdomade ſeptime. Et ſic offeretis ſacrificiū nouū dn̄o: ex oībus habitaculis veſtris. Panes pꝛimitiarū duos de duabus decimis ſimile: quos eleuabit ſacerdos coꝛā dn̄o. Et vocabitis hunc diē celeberrimū atqꝫ ſanctiſſimū Omne opꝰ ſeruile nō facietis ī eo Legittimū ſēpiternū erit in cunctis habitaculis et generationibꝰ veſtris: dicit dn̄s omnipotēs. Alleluya. ℣. Veni ſancte ſpiritus reple tuoꝛum coꝛda fidelium ⁊ tui amoꝛis in eis ignem accende. Oꝛatio.

Deus q̄ ob aīarū medelā/ ieiunij deuotione caſtigari coꝛpoꝛa pꝛecepiſti: concede nobis pꝛopicius: et mente ⁊ coꝛpoꝛe ſemper tibi eſſe deuotos. Per dn̄m.

Lectio libꝛi Deuteronomij. xxvj.

In diebus illis. Dixit moyſes filijs iſrael. Audi iſrael: q̄ ego p̄cipio tibi hodie. Cū intraueris terrā quā dn̄s deꝰ tuus daturꝰ eſt tibi poſſidendā: et obtinueris eā/ atqꝫ habitaueris in ea tolles de cūctis frugibus tuis pꝛimitias: et pones in cartallo. Pergeſqꝫ ad locū quē elegerit dn̄s deus tuus: vt ibi inuocet̄ nomē eiꝰ. Accedeſqꝫ ad ſacerdotē q̄ fuerit in diebꝰ illis: et dices ad eū. Pꝛofiteoꝛ hodie coꝛā dn̄o deo tuo/ q̄ exaudiuit nos: et reſpexit humilitatē noſtrā: et laboꝛē noſtrū/ atqꝫ anguſtias: et eduxit nos de egypto in manu foꝛti/ et bꝛachio extento. In ingenti pauoꝛe: in ſignis atqꝫ poꝛtētis: et introduxit nos ad locū iſtū: et tradidit nobis terrā lacte et melle manātem. Et idcirco nūc offero pꝛimitias frugū terre: quā dn̄s deus tuus dedit michi. Et dimittes eas in conſpectu dn̄i dei tui: et adoꝛato dn̄o deo tuo: epulaberis in oībus bonis: que dn̄s deus tuꝰ dederit tibi. Alla. ℣. Loquebātur varijs linguis apoſtoli magnalia dei. Oꝛatio.

Pꝛeſta q̄s oīps deus: vt ſalutaribus ieiunijs eruditi ab oībus etiā vicijs abſtinentes: ꝓpiciationē tuā facilꝰ īpetremꝰ. Per.

Lectio libꝛi Leuitici. xxvj.

In diebꝰ illis. Dixit dn̄s ad moyſen. Loq̄re filijs iſrl̄: et dices ad eos. Si in p̄ceptis meis ambulaueritis: ⁊ mādata mea cuſtodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tēpoꝛibus ſuis: et terra gignet germē ſuū: ⁊ pomis arboꝛes replebunt̄. Appꝛehēdet meſſiū tritura vindemiā: ⁊ vindemia occupabit ſementē. Et comedetis panē veſtrū in ſaturitate: ⁊ abſqꝫ pauoꝛe habitabitis in terra vr̄a. Dabo pacē in finibus vr̄is. Doꝛmietis/ et non erit q̄ exterreat Auferā malas beſtias a vobis: et gladius nō trāſibit terminos veſtros. Perſeq̄mini inimicos vr̄os et coꝛruent coꝛā vobis. Perſequēt̄ quorū de vr̃is centū alienos: et centū de vobis decē milia. Cadēt inimici vr̃i / in conſpectu vr̃o gladio. Reſpiciā vos / et creſcere faciam. Multiplicabimini et firmabo pactū meū vobiſcū. Comedetis vetuſtiſſima veterū: et vetera nouis ſuperuenientibus ꝓijcietis. Ponā tabernaculum meū in medio vr̃i: et nō abijciet vos vltra aīa mea. Ambulabo inter vos ⁊ ero veſter deꝰ: voſq; eritis pplꝯ meus. Dicit dñs omnipotens. Alleluya. ℣. Factus eſt repente de celo ſonus / aduenientis ſpiritꝰ vehemētis. Oro.

PReſta q̄s omnipotēs deꝰ / ſic nos ab epulis carnalibus abſtinere: vt a vicijs irruentibus pariter ieiunemꝰ. Per do.

Lectio Danielis prophete. iij.

ANgelus dñi deſcēdit cum azaria et ſocijs eius in fornacē: ⁊ excuſſit flāmā ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantē. Flāma autē diffuſa eſt ſuper fornacē: cubitis quadraginta nouē: ⁊ incēdit quos reperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis: q̄ eā incēdebant. Illos autē oīno non tetigit ignis neq; cōtriſtauit: nec q̄cq̄ moleſtie intulit. Tūc hi tres quaſi ex vno ore laudabāt ⁊ gl̃ificabāt ⁊ bñdicebāt deū in fornace dicētes. Bñdictus es dñe deꝰ patrū nr̃orū: et laudabilis ⁊ gl̃ioſus ⁊ ſuperexaltatus in ſc̄la. Et bñdictū nomē gl̃ie tue qđ eſt ſctm̄: ⁊ laudabile ⁊ ſuperexaltatū in oībus ſc̄lis. Bñdictꝰ es in tēplo ſctō gl̃ie tue: ⁊ ſuplaudabilis ⁊ ſupgl̃ioſus in ſc̄la. Bñdictus es ī throno regni tui: et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus in ſc̄la. Bñdictus es ſup ſceptrū regni diuinitatis tue: et ſuplaudabilis ⁊ ſuperexaltatꝰ in ſc̄la. Bñdictus es q̄ intueris abyſſos / et ſedes ſup cherubin: ⁊ laudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Bñdictꝰ es q̄ ambulas ſup pēnas ventorū: et ſup vndas maris: ⁊ ſuplaudabilis et ſuperexaltatꝰ in ſc̄la. Bñdictus es in firmamēto celi: et laudabilis et gl̃ioſus in ſc̄la. Bñdicite oīa opa dñi dño: bñdicite celi dño: bñdicite angeli domini dño hymnū dicite / et ſuperexaltate eū in ſc̄la. Bñdicite aque oēs q̄ ſup celos ſūt dño: bñdicite oēs virtutes dñi dño: bñdicite ſol et luna dño. Hymnū dicite et ſuperexaltate eū in ſc̄la. Benedicite ſtelle celi dño: bñdicite imber et ros dño: bñdicite oīs ſpūs dei dño. Hymnū dicite et ſuperexaltate eū in ſc̄la Bñdicite ignis et eſtus dño: benedicite noctes et dies dño: benedicite tenebre et lumē dño. Hymnū dicite et ſuperexaltate eū in ſecula. Benedicite frigus et cauma dño: benedicite pruina et niues dño: benedicite fulgura et nubes dño Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſc̄la. Bñdicat terra dñm / benedicite mōtes et colles dño: bñdicite oīa naſcentia terre dño. Hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eū in ſecula Bñdicite maria et flumina dño: benedicite fōtes dño / bñdicite cete et oīa que mouent in aq̄s dño: Hymnū dicite / et ſuperexaltate eū in ſecula. Bñdicite volucres celi dño: benedicite beſtie et vniuerſa pecora dño: benedicite filij hoim dño. Hymnũ dicite: et ſuperexaltate eũ in ſcl̄a. Benedicat iſrael dominũ: benedicite ſacerdotes dñi dño: benedicite ſerui domini dño Hymnũ dicite: et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite ſpūs et aīe iuſtoꝝ dño: benedicite ſācti et humiles coꝛde dño. Hymnũ dicite: et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite anania azaria miſael dño. Hymnũ dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Duo clerici de ſc̄da foꝛma in ſupellicijs ad gradũ chori dicãt All̄a. ℣. Benedictus es dñe deus patrũ noſtroꝛum: et laudabilis in ſcl̄a. Nõ repetat All̄a. Sequat Dñs vobiſcũ cum oꝛemus. Oro.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flãmas igniũ: concede pꝛopicius: vt aduenientẽ ſpiritu ſancto: nos famulos tuos non exurat flamma vicioꝛũ. Per dominum noſtrũ. In vnitate eiuſd Lectio actuum apoſtoloꝛum. xiij

In dieb⁹ illis. Cõuenit vniuerſa ciuitas: audire verbum dei. Vidẽtes autem turbas iudei: repleti ſunt zelo: et contradicebãt his que a paulo dicebantur/ blaſphemãtes. Tunc conſtãter paulus et barnabas dixerunt Vobis opoꝛtebat pꝛimum loqui verbum dei: ſed quoniam repuliſtis illud: et indignos vos iudicaſtis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim nobis pꝛecepit dñs. Poſui te in lucem gentibus: vt ſis in ſalutem/ vſq; ad extremũ terre. Audientes autẽ gentes gauiſe ſunt: et gloꝛificabant verbum dñi: ⁊ crediderunt quotquot erant pꝛeoꝛdinati ad vitam eternã. Diſſeminabatur autem verbum dñi: per vniuerſã regionem. Iudei autem concitauerũt religioſas mulieres et honeſtas et pꝛimos ciuitatis: ⁊ excitauerũt perſecutionẽ in paulum et barnabam: et eiecerunt eos de finib⁹ ſuis. At illi excuſſo puluere pedum in eos: venerunt iconium. Diſcipuli quoq; replebant gaudio: et ſpiritu ſancto. ¶ Et legat in pulpito: qua lecta/ duo clerici de ſuperioꝛi gradu/ ĩ cappis ſericis ibidẽ dicãt. Alleluya. ℣. Laudate dominũ oẽs gentes: et collaudate eum omnes populi. Repeta Alleluya. ſine neuma. Sequentia. Alma choꝛus. vtſ̃ in feria. v. pꝛecedẽti.

¶ Secundum Lucam. iiij.

In illo tẽpoꝛe. Surgens ieſus de ſynagoga: introiuit in domũ ſymonis. Socrus autẽ ſymonis/ tenebatur magnis febꝛibus. Et rogauerũt illum pro ea. Et ſtans ſuper illã imperauit febꝛi: et dimiſit illã. Et continuo ſurgens: miniſtrabat illis. Cum ſol autẽ occidiſſet: omnes qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens: curabat eos. Exibant autem demonia a multis clamãtia ⁊ dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans: non ſinebat ea loqui/ quia ſciebant ipſum eſſe chꝛiſtum. Facta autem die/ egreſſus ibat in deſertum locũ: et turbe requirebant eum. Et venerũt vſq; ad ipſum: et detinebãt illum/ ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatib⁹ opoꝛtet: me euãge

are regnū dei. Credo. Offr.
Dn̄e deus ſalutis mee/ in die clama-
et nocte corā te: intret oratio mea
ſpectu tuo dn̄e alleluya. Secre.
M Itte dn̄e queſumus ſpiri-
tum ſanctū: qui et hec mu-
era preſentia tuum nobis effici-
at ſacramentum: et ad hoc perci-
endum/ noſtra corda purificet.
Per dominum noſtrum. In vni-
ate eiuſdem. Cōio. Non vos re-
nquam orphanos: veniam ad vos
terum alleluya: et gaudebit cor ve-
trum alleluya alleluya. Poſtcōio.
P Rebeant nobis domine di-
uinum tua ſancta feruo-
rem: quo eorum pariter ⁊ actu de-
ectemur/ et fructu. Per dominū.
In vnitate eiuſdem ſpirit' ſancti.



¶ In die ſctē trinitatis. Officiū.

B Enedicta ſit ſancta trinitas: atq; indiuiſa vnitas cōfitebimur ei: quia fecit nobiſcū miam ſuam. Ps. Benedicamus patrē et filiū: cum ſancto ſpū. Non dicitur vlterius. Oratio.

O Mnipotēs ſempiterne de': qui dediſti famulis tuis in cōfeſſiōe vere fidei/ eterne trinitatis gloriā agnoſcere: et in potētia maieſtatis adorare vnitatē. q̄s vt eiuſdē fidei firmitate/ ab oīb' ſēp muniamur aduerſis. Qui viuis et regnas de'. Per. Lectō libri apocalipſis beati Johānis apli. iiij.

I N dieb' illis. Vidi oſtiū apertū in celo: et vox prima quā audiui/ tanq̄ tube loquētis mecū dicēs. Aſcēde huc: ⁊ oſtēdā tibi/ q̄ oportet fieri cito poſt hec. Statim fui i ſpū. Et ecce ſedes poſita erat in celo: et ſupra ſedē ſedēs. Et qui ſedebat: ſimilis erat aſpectui lapidis / iaſpidis et ſardinis. Et iris erat in circuitu ſedis: ſimilis viſioni ſmaragdine. Et in circuitu ſedis: ſedilia viginti quattuor. Et ſup thronos / viginti quattuor ſeniores ſedentes: circūamicti veſtimētis albis: et in capitib⁹ eorꝝ coronas aureas. Et de throno pcedebāt fulgura: ⁊ voces ⁊ tonitrua Et ſeptē lāpades ardētes āte thronū: que ſunt ſeptē ſpūs dei. Et in cōſpectu ſedis: tanq̄ mare vitreū ſimile criſtallo. Et in medio ſedis et in circuitu ſedis: quattuor aīalia / plena oculis ante et retro. Et aīal primū: ſimile leoni. Et ſcđm aīal: ſimile vitulo. Et tertiū aīal habēs faciē quaſi hoīs. Et quartum aīal: ſiſe aquile volanti. Et quatuor aīalia / ſingula eorū habebant alas ſenas. Et in circuitu et intus / plena ſunt oculis: ⁊ requiem nō habebāt die ac nocte dicentia. Sāctus / ſctūs / ſctūs / dñs de⁹ oīpotens: q̄ erat / et qui eſt / ⁊ q̄ venturus eſt. Et cū darent illa aīalia gloriā / ⁊ honorē / et bñdictionē ſedēti ſup thronū viuēti in ſcl'a ſeculorꝝ: pcidebāt viginti quattuor ſeniores / ante ſedentē in throno. Et adorabāt viuētē: in ſecula ſclorꝝ.

Gr. Bñdictus es dñe qui intueris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin. ℣. Benedicite deū celi: quia fecit nobiſcū miam ſuā. Alla. ℣. Benedictus es dñe deus patrū noſtrorum: et laudabilis in ſecula.

Sequentia.

Benedicta ſit btā trinitas: deitas eterna / pariter coequalis glia. Deus genitor nat⁹
genitus / cū ſacro neumate pma
nēs ſup oē qđ extat. Quibus e
vna ſemper volūtas: et a ſe diſc
pat / haud vnq̄ triplicata pſona.
Nā cōſtat deitas vna / nō in tre
deos diuiſa: qđ fides fatet / a p
orthodoxe edita. Hec nāq; pelle
delicta: patriā reddit ſerenā / qu
dulcē iubilāt agmina: ſymphoni
celica. Altithroni veſtigia: imi
tant ſtolis cādidata. Operiū
binas quas captāt / poſt ſecli de
crimina. Et nos quos illuſtra
grā dei: ſupera dem⁹ nrā debita
Quatenus caterua celica nobi
maneat: poſt funera ſocia. Un
moq; pacto diſcrimīe: poſcim⁹ al
to pfrui mox pallatio Quo ple
cua flagrat lux acceſſa cōſtanti
ma q̄ de⁹ eſt / viſio nrā et ſal⁹ eter
na. Angelorū q̄ illuſtrat ſom
pectora. Ut in xpo ſolo / ſu
gāt lumia. Hec nāq; eſt ſitis
flagrās / qua tunc ſitiēt aīe ſ
vel corpora. Cū fuerint d p
petua eis p bonis a iudice

¶ Secundum Johanne

IN illo tpe. Erat hō ex pha
riſeis nicodem⁹ noie prin
ceps iudeorꝝ. Hic venit ad ieſū no
cte: ⁊ dixit ei. Rabbi: ſcim⁹ quia a
deo veniſti magr. Nemo enī po
teſt hec ſigna facere q̄ tu facis: ni
ſi fuerit de⁹ cū eo. Rñdit ieſus / et
dixit ei. Amē amen dico tibi: niſi
q̄s natus fuerit denuo: nō poteſt
dere regnū dei. Dicit ad eū nico
dem⁹. Quō poteſt hō naſci / cū ſi
ſenex? Nūqđ poteſt in vētrē mri
ſue iterato introire et renaſci? Rñ
dit ieſus. Amē amē dico tibi: niſi
q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpū ſan
cto: nō poteſt introire in regnū dei.

Qđ natū eſt ex carne: caro eſt. Et qđ natū eſt ex ſpū: ſpūs eſt. Non mireris: q̄a dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spūs vbi vult ſpirat/ ꝛ vocē ei⁹ audis: ſed neſcis vnde veniat/ aut quo vadat. Sic eſt oīs q̄ nat⁹ eſt ex ſpū. Rn̄dit nichodem⁹/ et dixit ei. Quō poſſunt hec fieri? Rn̄dit ieſus/ et dixit ei. Tu es magiſter i iſrl̄: et hec ignoras? Amē amē dico tibi: q̄a qđ ſcim⁹/ loq̄mur: et qđ vidim⁹/ teſtamur: et teſtimoniū noſtrū nō accipitis Si terrena dixi vobis/ ꝛ nō creditis: quō ſi dixero vobis celeſtia credetis? Et nemo aſcēdit in celū: niſi q̄ deſcēdit de celo/ fili⁹ hoīs q̄ eſt in celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpētē i deſerto: ita exaltari oportet filiū hoīs. Ut oīs q̄ credit i ipſū nō pereat: ſed habeat vitā eternā. Offr. Bn̄dict⁹ ſit deus pater vnigenitusq; dei filius: ſctūs quoq; ſpūs/ quia fecit nobiſcū miam ſuā. Secre.

SAnctifica q̄s dn̄e de⁹ trinitatis ſctā: p tui ſcti noīs inuocationē hui⁹ oblatiōis hoſtiā: ꝛ p eā noſmetipſos tibi pfice munus eternū. Qui vi. Prefatio Qui cū vni. Cōio Bn̄dicim⁹ deū celi: et corā oīb⁹ viuētib⁹ cōfitebimur ei: quia fecit nobiſcū miam ſuā. Poſtcōio.

PRoficiat nobis ad ſalutē corporis et aīe dn̄e deus nr̄ hui⁹ ſacramēti ſuſceptio: ꝛ ſēpiterne ſctē trinitatis eiuſdēq; indiuidue vnitatis cōfeſſio. In qua viuis. Per totā ebdo. fiat mēoria de trinitate ad miſſā de die: niſi in feſ. corporis xp̄i: et dr̄ miſſa de trini. qn̄ de trini. fit ſeruitiū. niſi miſſa Sal⁹ ppli/ dicēda fuerit per ebdō.



¶ In feſto corporis chriſti Offm̄.

CIbauit eos ex adipe frumenti allā: et de petra melle ſaturauit eos: allā allā alleluya. Ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Et dicatur Kyrie fōs bonitatis. Oratio.

DEus q̄ nobis ſub ſacramēto mirabili paſſionis tue memoriam reliq̄ſti: tribue q̄s. ita nos corporis ꝛ ſāguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptionis tue fructū in nobis iugiter ſētiamus. Qui viuis et regnas cū deo patre. Ad Corinthios. j.xj.

FRatres. Ego enim accepi a domino: quod et tradidi vobis. quoniam domin⁹ ieſus chriſtus/ in qua nocte tradebatur/ accepit panem: et gratias agens/ fregit et dixit. Accipite et mãducate: hoc est corpus meum/ quod pro vobis tradet̃. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Similiter et calicẽ: postq̃ cenauit dicẽs. Hic calix noui testamẽtũ est: in meo sanguine. Hoc facite quotienscũqꝫ sumitis: in meam cõmemorationẽ. Quotienscũqꝫ enim mãducabitis panẽ hunc/ et calicẽ bibetis: mortẽ dñi annũciabitis/ donec veniat. Itaqꝫ quicũqꝫ mãducauerit panẽ/ vel biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis et sanguinis dñi. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat: et de calice bibat. Qui enim mãducat/ et bibit indigne: iudicium sibi mãducat/ et bibit: non diiudicãs corpꝰ dñi. Gr. Occuli omnium in te sperant domine: et tu das illis escã in tẽpore oportuno. ℣. Aperis tu manũ tuã: et imples omne animal benedictione. Alla. ℣. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. qui mãducat meã carnem/ et bibit meum sãguinem: in me manet et ego in eo. Sequentia.

LAuda syon saluatorẽ: lauda ducẽ et pastorẽ/ in hymnis ⁊ canticis. Quantum potes tãtum gaude: quia maior omni laude/ nec laudare sufficis. Laudis thema specialis: panis viuus et vitalis/ hodie proponit̃. Quẽ in sacre mensa cene: turbe fratrũ duodene/ datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora: sit iocunda sit decora/ mentis iubilatio. Dies enim solemnis agitur in qua mense prima recolit̃/ huiꝰ institutio. In hac mensa noui regis: nouum pascha noue legis phase vetus terminat. Vetustatem nouitas: vmbrã fugat veritas/ noctẽ lux illuminat. Quod in cena christꝰ gessit: faciendũ hoc expressit/ in sui memoriã. Docti sacris institutis: panẽ vinũ in salutis/ cõsecramus hostiã. Dogma datur christianis: ꝙ in carnem transit panis/ et vinũ in sanguinem. Quod nõ capis quod non vides: animosa firmat fides/ preter rerum ordinẽ. Sub diuersis speciebus: signis tantũ et non rebus/ latẽt res eximie. Caro cibꝰ/ sanguis potus: manet tamẽ christus totꝰ/ sub vtraqꝫ specie. A sumente non concisus: non confractus nõ diuisus/ integer accipitur. Sumit vnus sumũt mille: quãtum isti tantũ ille/ nec sumptꝰ cõsumitur. Sumũt boni sumunt mali: sorte tamen inequali/ vite vel interitꝰ. Mors est malis/ vita bonis: vide paris sumptionis q̃ sit dispar exitus. Fracto demum sacramẽto: ne vacilles sed memẽto: tantũ esse sub fragmento/ quãtum toto tegitur. Nulla rei fit scissura: signi tantũ fit fractura: qua nec status nec statura/ signati minuit̃. Ecce panis angelorum: factus cibus viatorum vere panis filiorũ/ non mittẽdus canibus. In figuris presignatur: cum isaac immolatur: agnus pasche deputatur/ datur mãna patribus. Bone pastor panis vere: iesu nostri miserere: tu nos pasce nos tuere: tu nos bona fac videre/ in terra viuentium. Tu qui cũcta scis et vales: q nos pascis hic mortales: tu nos ibi cõmẽsales: cohendes ⁊ ſodales/ fac ſanctoꝝ ciuiū

Secundum Johannem. vj.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorum. Caro mea vere eſt cibus: et ſanguis meus vere eſt pot⁹. Qui mãducat meam carnē ⁊ bibit meum ſanguinē: in me manet ⁊ ego in illo. Sicut miſit me viuēs pater: et ego viuo pꝛopter patrē. Et qui mãducat me: ⁊ ipſe viuet pꝛopter me. Hic eſt panis/ q̄ de celo deſcendit. Nō ſicut mãducauerūt patres veſtri mãna: ⁊ moꝛtui ſūt. Qui mãducat hūc panē: viuet in eternū. Offer. Sacerdotes dñi incenſū et panes offerūt deo: ⁊ ideo ſcti erūt deo ſuo: ⁊ nō polluēt nomē ei⁹ alla. Secr.

Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis et pacis pꝛopicius dona cōcede: que ſub oblatis muneribus myſtice deſignãtur. Per. Prefatio. Quia per incarnati. Hec pꝛefatio dr̄ per totas octa. quãdo de octa. fit ſeruitiū: et in cōmemoratione eiuſdē per totū annū. Cōio. Quotienſcūq; manducabitis panem hunc et calicem bibetis/ moꝛtem dñi annūciabitis donec veniat: itaq; quicunq; manducauerit panem vel biberit calicē dñi indigne: reus erit coꝛpoꝛis et ſanguinis dñi alla. Poſtcōio.

Hac nos q̄ſumus dñe diuinitatis tue ſempiterna fruitione repleri: quam pꝛecioſi coꝛpoꝛis et ſanguinis tui: tēpoꝛalis perceptio pꝛefigurat. Qui viuis et regnas cum deo patre. Per totã ebdomadã dicitur eadē miſſa quãdo de oc. fit ſeruitiū: ſed ſine ſequētia et Credo. Ubi fiūt oc. cū regīe choꝛi/ dicat ſequētia. Ecce panis angeloꝝ. quotidie per octa. et in octa. quãdo de octauis fit miſſa.

¶Dñica. j. poſt feſtū ſancte trinitatis. Ad miſſam. Officium.

Domine in tua miſericoꝛdia ſperaui: exultauit coꝛ meū in ſalutari tuo: cãtabo dño/ q̄ bona tribuit michi. ps. Uſq;quo dñe obliuiſceris me in finē: vſq;quo auertas faciem tuam a me.

Deus in te ſperantiū Oro. foꝛtitudo: adeſto ꝓpicius inuocationib⁹ noſtris: et q̄a ſine te nihil poteſt moꝛtalis infirmitas pꝛeſta auxilium gratie tue: vt in exeq̄ndis mandatis tuis: et volūtate tibi et actione placeamus. Per dñm. ¶Memoꝛia de trinitate fiat oībus dñicis vſq; ad aduentū dñi: niſi quãdo aliqua dominica oīno differat᷑. ¶Notandum eſt: q̄ quãdo duplex feſtū ꝑ eſtatē in dñica cōtigerit: nulla de dñica fiet memoꝛia ad miſſam: licet aliquãdo pꝛo neceſſitate facta fuerit mēo. ad veſperas ⁊ ad matutinas ſub ſilētio/ vt alias dictū eſt: ſed quãdo fit de aliquo feſ. ix. lec. in dñicis: ſemper fiat memoꝛia de dñica et de trinitate ad miſſam/ quãdo ad veſperas ⁊ ad matutinas facta fuerit mēoꝛia: niſi miſſa dñicalis debeat cãtari ipſa dñica in capitulo. Lectio epiſtole beati Johannis apli. pꝛime. iiij.

Cariſſimi. De⁹ caritas eſt. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniã filiū ſuū vnigenitū miſit deus in mundū: vt viuamus per eum. In hoc eſt caritas / nō quaſi nos dilexerimus deū: ſed quoniā ipſe prior dilexit nos: ⁊ miſit filium ſuū ꝓpitiationem pro peccatis noſtris. Cariſſimi: ſi deus dilexit nos: et nos debemus alterutrū diligere. Deū nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicē: deus in nobis manet: ⁊ caritas eius in nobis perfecta eſt. In hoc cognoſcim⁹ quoniā in eo manemus / et ipſe in nobis: quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos vidimus et teſtificamur: quoniā pater miſit filium ſuum ſaluatorē mundi. Quiſquis confeſſus fuerit quoniā ieſus eſt fili⁹ dei: de⁹ in eo manet / et ipſe in deo Et nos cognouimus ⁊ credidim⁹ caritati: quā habet de⁹ in nobis. Deus caritas eſt. Et q̄ manet in caritate: in deo manet / et de⁹ in eo In hoc perfecta eſt caritas dei nobiſcū: vt fiduciā habeam⁹ in die iudicij: quia ſicut ille eſt / et nos ſumus in hoc mundo. Timor non eſt in caritate: ſed perfecta caritas / foras mittit timorem: quoniam timor penam habet. Qui autem timet: nō eſt perfectus in caritate. Nos ergo diligamus deum: quoniā ipſe prior dilexit nos Si quis dixerit quoniā diligo deum / et fratrē ſuum oderit: mēdax eſt. Qui eni nō diligit fratrē ſuū quē videt: deū quē non videt / quomodo poteſt diligere. Et hoc mādatū habem⁹ a deo / vt qui diligit deū: diligat et fratrē ſuum. Gr. Ego dixi dñe miſerere mei: ſana aiaꝫ meā quia peccaui tibi. ℣. Beat⁹ qui intelligit ſuper egenū et pauperem: in die mala liberabit eū dñs. All'a.

℣. Verba mea aurib⁹ percipe dñe: intellige clamorē meū. Nulla dr ſequētia q̄ñ de dñica agit᷑: vſq; ad aduentū dñi. ¶ Sc̄dm Lucā. xvj.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis / parabolā hanc. Homo quidā erat diues: et induebatur purpura ⁊ byſſo: et epulabatur quotidie ſplendide. Et erat quidā mēdicus noīe lazarus: qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus: cupiēs ſaturari de micis que cadebāt de mēſa diuitis: et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant: et lingebāt vlcera eius. Factum eſt autē vt moreretur mēdicus: et portaret᷑ ab angelis i ſinū abrahe. Mortuus eſt autem et diues: ⁊ ſepultus eſt in inferno. Eleuans autē oculos ſuos / cū eſſet in tormētis: vidit abrahā a lōge / et lazarum in ſinu eius. Et ipſe clamās: dixit. Pater abrahā miſerere mei: et mitte la[illegible] extremū digiti ſui [illegible] frigeret linguā mea[illegible] in hac flāma. Et di[illegible] Fili: recordare q̄a re[illegible] in vita tua: ⁊ lazarus ſimiliter mala. Nunc aūt hic cōſolat᷑: tu vero cruciaris. Et in his oīb⁹ inter nos et vos chaos magnū firmatū eſt: vt hi q̄ volūt hinc tranſire ad vos nō poſſint: neq; inde huc trāſmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domum pr̄is mei. Habeo enim quinq; fratres: vt teſtetur illis: ne ⁊ ipſi veniāt in hūc locū tormentoꝝ. Et ait illi abrahā. Habēt moyſen et ꝓphetas: audiāt illos. At ille dixit. Nō pater abrahā: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos: penitētiā agēt. Ait aūt illi. Si moyſen ⁊ ꝓphetas nō audiūt: neqꝫ ſi quis ex moꝛtuis reſurrexerit/ credent. Offr. Intēde voci oꝛationis mee: rex meus ⁊ deus meus: qm̄ ad te oꝛabo dn̄e. Secreta.

DEus qui nos ad imaginē tuam cōditos: ⁊ ſacramētis renouas/ et pꝛeceptis: ſupplicum pꝛeces et munera benignus acceppta: vt quod fiducia non habet meritoꝛū: placatiōes obtineāt hoſtiar̄. Per do. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua: letaboꝛ ⁊ exultabo in te: pſallā noi tuo altiſſie. Poſtcō.

TAntis dn̄e repleti muneribus: pꝛeſta q̄s: vt et ſalutaria dona capiam⁹: ⁊ a tua nūq̄ laude ceſſemus. Per dominum.

¶ Feria. iiij. Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli. ſecunde. j.

CAriſſimi. Notam fecimus vobis dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti virtutem et pꝛeſcientiam: ſed ſpeculatoꝛes facti ipſius magnitudinis. Accipiēs enim a deo patre honoꝛem et gloꝛiam voce delapſa ad eū huiuſcemodi a magnifica gloꝛia. Hic eſt filius meus dilectus: in quo michi cōplacui: ipſum audite. Et hanc vocem: nos audiuimus de celo allatam/ cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Et habemus firmioꝛem pꝛopheticū ſermonem cui benefacitis attendentes: quaſi lucerne lucenti in caliginoſo loco: donec dies illuceſcat/ et lucifer oꝛiatur in coꝛdibus veſtris.

¶ Secundum Matheum. v.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite putare quia veni ſoluere legē aut ꝓphetas. Non veni ſoluere: ſed adimplere. Amen quippe dico vobis: donec trāſeat celum et terra: iota vnū aut vnus apex nō pꝛeteribit a lege/ donec oīa fiant. Qui ergo ſoluerit vnū de mādatis iſtis minimis/ et docuerit ſic hoīes: minimus vocabit̄ i regno celoꝛū. Qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celoꝛum.

¶ Dn̄ica. ij. poſt trinita. Officiū.

FActus eſt domin⁹ pꝛotectoꝛ meus: et eduxit me in latitudinē: ſaluū me fecit/ qm̄ voluit me. Ps. Diligam te dn̄e foꝛtitudo mea: dn̄s firmamētū meū et refugiū meum/ et liberatoꝛ meus. Oro.

SAncti nois tui dn̄e timoꝛē pariter et amoꝛem fac nos habere perpetuū: q̄a nūq̄ tua gubernatiōe deſtituis/ quos in ſoliditate tue dilectionis inſtituis. Per dominū. Lectio epiſtole beati Johannis apoſtoli. j. iij.

CAriſſimi. Nolite mirari: ſi odit vos mūdus. Nos ſcimus quoniā tranſlati ſumus de moꝛte ad vitā: quoniā diligimus fratres. Qui nō diligit: manet in moꝛte. Oīs qui odit fratrē ſuum/ homicida eſt. Et ſcitis/ quoniam oīs homicida: nō habet vitā eternā in ſe manentē. In hoc cognouimus caritatē dei: quoniam ille pꝛo nobis animā ſuam poſuit: et nos debemus pꝛo fratribus aīas ponere. Qui habuerit ſubſtantiā huius mūdi/ et viderit fratrē ſuū neceſſitatē patientem: et clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Filioli mei: nō diligamꝰ verbo/neqꝫ lingua: ſed opere/et veritate. Gr. Ad dñꝫ cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Dñe libera animā meā a labiis iniquis: et a lingua doloſa. Alla. ℣. Deꝰ iudex/iuſtꝰ/fortis/et paciēs: nunquid iraſcitur per ſingulos dies.

¶ Secundum Lucam. xiiij.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidā fecit cenā magnam: ⁊ vocauit multos. Et miſit ſeruum ſuum hora cene dicere inuitatis vt venirēt: quia iam parata ſunt omnia. Et ceperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit illi. Villā emi: et neceſſe habeo exire: et videre illam. Rogo te/habe me excuſatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinqꝫ: ⁊ eo probare illa. Rogo te/habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorē duxi: et ideo non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus: nunciauit hec dño ſuo. Tunc iratus paterfamilias: dixit ſeruo ſuo. Exi cito ī plateas/et vicos ciuitatis: et pauperes/ac debiles: cecos/et claudos: introduc huc. Et ait ſeruus. Domine: factum eſt vt imperaſti: et adhuc locus eſt. Et ait dominus ſeruo. Exi in vias ⁊ ſepes/⁊ compelle intrare: vt impleatur domꝰ mea. Dico autem vobis: ꝙ nemo virorum illorum qui vocati ſunt guſtabit cenam meā. Offr. Dñe conuertere et eripe animā meam: ſaluū me fac propter miſericordiā tuā.

Secreta.

Oblatio nos dñe tuo noī dicāda purificet: et de die in diē/ad celeſtis vite transferat actionē. Per. Cōio. Cātabo domino qui bona tribuit mihi: ⁊ pſallam nomini dñi altiſſimi. Poſtcōio.

Sumptis dñe muneribꝰ ſacris: queſumus: vt cum frequentatione myſteriij: creſcat noſtre ſalutis effectꝰ. Per.

¶ Feria quarta. Ad Epheſios. iiij.

Fratres. Hoc dico et teſtificor in dño: vt iam non ambuletis ſicut ⁊ gētes ambulāt in vanitate ſenſus ſui tenebris obſcuratum habētes intellectū: alienati a via dei: per ignorātiā que eſt in illis: propter cecitatē cordis ipſorū. Qui deſperantes ſemetipſos tradiderūt ipudicitie: in operationē immūdicie oīs: in auariciā. Vos aūt nō ita didiciſtis chriſtū: ſi tamen illū audiſtis: et in ipſo edocti eſtis: ſicut eſt veritas in ieſu. Deponite vos ſcđm priſtinā cōuerſationē veterē hominē/qui corrumpitꝛ ſcđm deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mētis veſtre: et induite nouū hominē: qui ſcđm deū creatus eſt in iuſticia et ſanctitate veritatis. In chriſto ieſu: domino noſtro.

¶ Secundum Matheum. xxi.

In illo tp̄e. Cum veniſſet ieſus in templū: acceſſerunt ad eum principes ſacerdotū et ſeniores populi/dicētes. In qua poteſtate hec facis: et quis dedit tibi hanc poteſtatē. Reſpondēs ieſus dixit illis. Interrogabo vos et ego vnū ſermonē: quem ſi dixeritis mihi: et ego vobis dicā in qua poteſtate hec facio. Baptiſmus iohānis vnde erat: de celo/an ex hominibus? At illi cogitabāt intra ſe dicētes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidiſtis illi? Si autē dixerim⁹ ex hoībus: timemus turbā. Oēs enim habebāt iohannē: ſicut pꝛophetam. Et reſpondētes ieſu / dixerunt. Neſcimus. Ait illis et ipſe. Neqꝫ ego dico vobis: ī qua poteſtate hec facio. ¶ Dñica tertia poſt trinitatē. Ad miſſā Officiū.

Reſpice in me ⁊ miſerere mei dñe: qm̄ vnic⁹ ⁊ pauper ſū ego. vide humilitatē meā et laboꝛē meū: ⁊ dimitte oīa peccata mea deus me⁹. ps. Ad te dñe leuaui animā meā: deus me⁹ in te confido non erubeſcam. Oꝛatio.

Depꝛecationē noſtrā queſumus dñe benignus exaudi: et quib⁹ ſupplicādi pꝛeſtas affectum: tribue defenſionis auxilium. Per. Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli. j. vltimo.

Cariſſimi. Hūiliamini ſub potēti manu dei: vt vos exaltet in tēpoꝛe viſitationis. Omnem ſollicitudinē veſtram pꝛoijcientes in eum: quoniā ipſe cura eſt de vobis. Sobꝛij eſtote et vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanq̄ leo rugiens / circuit querens quem deuoꝛet. Cui reſiſtite foꝛtes in fide: ſciētes eandem paſſionem ei / que in mundo eſt: veſtre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie / q̄ vocauit vos in eternam ſuam gloriā: in chriſto ieſu modicum paſſos: ipſe perficiet / cōfirmabit / ſolidabitq̄. Ipſi gl̄ia et imperiū: in ſcl̄a ſeculoꝝ. Gr. Iacta cogitatū tuū in dño: ⁊ ipſe te enutriet. v. Dū clamarē ad dñz exaudiuit vocē meā: ab his qui appꝛopinquāt michi A lla. v. Diligā te dñe virt⁹ mea: dñs firmamētū meum et refugiū meū / et liberatoꝛ me⁹. ¶ Secundum Lucam. xv.

In illo tp̄e. Erāt appꝛopinquātes ad ieſum publicani et peccatoꝛes / vt audirēt illum. Et murmurabāt ſcribe et phariſei dicentes / q̄a hic peccatoꝛes recipit: et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolā iſtam: dicens. Quis ex vobis homo q̄ habet centum oues: et ſi ꝑdiderit vnā ex illis: nōne dimittit nonagintanouem in deſerto: et vadit ad illam que perierat: donec inueniat illā? Et cum inuenerit eā: imponit in humeros ſuos gaudēs. Et veniens domū: cōuocat amicos et vicinos / dicēs illis. Cōgratulamini michi: q̄a inueni ouē meā que perierat. Dico vobis: q̄ ita gaudiū erit in celo ſuper vno peccatoꝛe penitentiam agente: q̄ ſupꝛa nonagintanouē iuſtis: qui nō indigēt penitētia. Aut que mulier habēs dꝛagmas decē: ſi perdiderit dꝛagmam vnā: nōne accēdit lucernā: et euertit domū / ⁊ q̄rit diligenter donec īueniat eā? Et cū īuenerit: cōuocat amicas ⁊ vicinas dicens. Cōgratulamini mihi: q̄a inueni dꝛagmā quā ꝑdiderā Ita dico vobis: gaudiū erit coꝛā angelis dei ſup vno peccatoꝛe: penitētiā agēte. Offer. Sperēt in te oēs qui nouerūt nomē tuū dñe: qm̄ non derelinquis querētes te. pſallite dño qui habitat in ſyon quoniã non eſt oblitus orationem pauperum. Secreta.

Munera tibi dñe q̃s oblata ſãctifica: vt tui nobis vnigeniti corp⁹ ⁊ ſanguis fiãt ad medelam. Qui te. Coĩo. Ego clamaui qm̃ exaudiſti me de⁹: inclina aurem tuã/ ⁊ exaudi verba mea. Poſtcõio.

Sacris dñe muneribus perceptis q̃s: vt nos corũ virtute: ⁊ a vicijs oĩbus expies: et donis gr̃e tue iugiter repleas. Per dñm noſtrũ ieſũ chriſtũ. ¶ Feria quarta. Ad timotheum. ij. iiij.

Cariſſime. Dñs michi aſtitit/ et cõfortauit me: vt per me predicatio adimpleatur. Et audiant omnes gentes: quia liberatus ſum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo: et ſaluum faciet in regnum ſuum celeſte. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Secundum Matheum. v.

In illo tempore Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Eſto cõſentiens aduerſario tuo cito/ dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici: et iudex tradat te miniſtro/ et in carcerẽ mittaris. Amen dico tibi/ non exies inde: donec reddas nouiſſimum quadrantẽ. Audiſtis quia dictũ eſt antiq̃s/ non mechaberis. Ego autẽ dico vobis: quia oĩs qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendum eam: iam mechatus eſt eã in corde ſuo. Q̃d ſi oculus tuus dexter ſcãdalizat te: erue eum/ et proijce abs te. Expedit eñi tibi vt pereat vnũ mẽbrorum tuorum: q̃ totũ corpus tuũ mittat in gehennã ignis

¶ Dñica. iiij. poſt trini. Offici.

Domin⁹ illuminatio mea: et ſalus mea quẽ timebo. dominus defenſor vite mee: a quo trepidabo. q̃ tribulãt me inimici mei: ipſi infirmati ſũt et ceciderũt. Ps. Si cõſiſtãt aduerſũ me caſtra: nõ timebit cor meũ. Orõ.

Protector in te ſperantium deus: ſine quo nichil eſt validũ/ nichil ſanctũ: multiplica ſuper nos mĩam tuã: vt te rectore/ te duce: ſic tranſeamus per bona tẽporalia: vt nõ amittamus eterna. Per do. Ad Romanos. viij.

Fratres. Exiſtimo enim q̃ non ſunt condigne paſſiones huius tẽporis: ad futurã gloriam que reuelabit in nobis. Nã expectatio creature: reuelationẽ filiorum dei expectat. Vanitati eñi creatura ſubiecta eſt/ nõ volens: ſed propter eũ q̃ ſubiecit eã in ſpe. Quia ⁊ ipſa creatura liberabit a ſeruitute corruptiõis: in libertatẽ glorie filiorum dei. Scim⁹ eñi q̃ oĩs creatura igemiſcit: ⁊ parturit uſq; adhuc. Non ſolũ autẽ illa: ſed et nos ipſi: primitias ſpũs habentes: et ipſi intra nos gemim⁹ adoptionẽ filiorum dei: expectãtes redemptionẽ corporis nr̃i. In chriſto ieſu: dño nr̃o. Gr. Propiti⁹ eſto dñe peccatis noſtris: necquãdo dicãt gentes vbi eſt deus eorũ. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honorẽ nõis tui dñe libera nos. Alla. V. Dñe in virtute tua letabitur rex: et ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽter. ¶ Secundum Lucam vj.

IN illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes/ sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare: ⁊ nō iudicabimini. Nolite condēnare et nō condēnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date et dabitur vobis. Mensurā bonā et confertam ⁊ coagitatā et supereffluentem: dabūt in sinū vestrū. Eadē quippe mēsura qua mensi fueritis: remetiet̄ vobis. Dicebat autem illis: et similitudinē. Nunqd potest cecus cecū ducere? Nonne ambo in foueam cadūt? Non est discipulus super magistrū. Perfectus autē oīs erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucā in oculo fratris tui: trabem autē que in oculo tuo est/ non cōsideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo/ frater: sine eijciā festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Ipocrita: eijce primū trabē de oculo tuo: et tunc ꝑspicies/ vt educas festucā: de oculo fratris tui. Offr. Illumina oculos mes ne vnq̄ obdormiam in morte: nequādo dicat inimicus meꝰ preualui aduersus eum. Secreta.

REspice q̄s dn̄e munera supplicātis ecclesie: ⁊ saluti credentiū ꝑpetua sāctificatiōe sumēda cōcede. Per do. Cōio. Dn̄s firmamentū meū/ et refugiū meū/ ⁊ liberator meꝰ: deꝰ meus adiutor meꝰ. Postcōio.

SAncta tua nos dn̄e sumpta viuificēt: ⁊ misericordie sempiterne preparent expiatos. Per. ¶ Feria. iiij. Lectio epistole beati iohānis apl̄i. ij

CArissimi. In hoc scimꝰ quoniā cognouimꝰ deū: si mādata eius seruamus. Qui dicit se scire eū: et mādata eius non seruat: mēdax est/ et in hoc veritas nō est. Nam qui custodit verbum eius: vere in hoc caritas dei ꝑfecta est. In hoc scimꝰ: quoniā in ipso sumꝰ. Qui dicit se in xp̄o manere: debet quēadmodū ille ambulauit: et ipse ambulare. Scd̄m Matheū. xvij

IN illo tp̄e. Interrogauerūt discipuli iesum/ dicētes Quid scribe dicūt: ꝙ helyā oporteat primū venire? At ille respondēs: ait eis. Helyas qdē venturus est: et restituet oīa. Dico autē vobis: qa helyas iam venit: ⁊ nō cognouerūt eū: sed fecerūt i eo quecūqꝫ voluerūt. Sic ⁊ filꝰ hoīs passurus est ab eis. Tūc intellexerūt discipuli: qa de iohanne baptista dixisset eis. Et cū venisset ad turbam: accessit ad eū homo genibꝰ prouolutꝰ ante eū dicēs. Dn̄e miserere filio meo: qa lunaticꝰ est/ et male patit̄. Nā sepe cadit i ignē: et crebro i aquā: et obtuli eū discipulis tuis: et nō potuerūt curare eū. Respōdēs aūt iesus/ ait. O generatio incredula ⁊ ꝑuersa: quousqꝫ ero vobiscū: vsqquo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit eū iesus: et exijt ab eo demoniū: et curatꝰ est puer ex illa hora. ¶ Dn̄ica. v. post tri. Offiū.

EXaudi dn̄e vocem meā qua clamaui ad te: adiutor meꝰ esto ne derelinquas me/ neqꝫ despicias me deus salutaris meꝰ. ps. Dominꝰ illuminatio mea:

et ſalus mea non timebo. Oꝛatio.

DA nobis q̄ſumus dñe: vt et mundi curſus / pacifice nobis tuo oꝛdine dirigat᷑: et eccleſia tua tranquilla deuotione letetur. Per dominum. Lectio epiſtole beati Petri apoſtoli. j.iij.

CArissimi. Oēs vnanimes in oꝛatione eſtote: cōpatientes: fraternitatis amatoꝛes: miſericoꝛdes: modeſti humiles. Non reddētes malū pꝛo malo: vel maledictū pꝛo maledicto: ſed ecōtrario benedicētes. Quia in hoc vocati eſtis: vt benedictionē hereditate poſſideatis. Qui enim vult vitā diligere / et cupit videre dies bonos: cohercēat linguā ſuam a malo: ⁊ labia eius ne loquantur dolū. Declinet autē a malo / et faciat bonū: inquirat pacē / et ſequatur eam. Quia oculi dñi ſuper iuſtos: et aures eius ad pꝛeces eoꝝ. Vultus autē dñi: ſuper facientes mala. Et q̇s eſt qui vobis noceat: ſi boni emulatoꝛes fueritis. Sed et ſi q̇d patimini pꝛopter iuſticiā beati. Timoꝛē autē eoꝝ ne timueritis: vt non cōturbemini. Dñm aūt chꝛiſtū: ſāctificate in coꝛdibꝰ vr̄is. Gr. Pꝛotectoꝛ noſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſeruos tuos. V. Dñe deus virtutū: exaudi pꝛeces ſerrū tuoꝛū. Alla. V. In te dñe ſperaui nō cōfundar in eternū: in tua iuſticia libera me et eripe me. inclina ad me aurē tuā: accelera vt eripias me.

Secundum Lucam. v.

IN illo tēpoꝛe. Cū turbe irruerent ad ieſum / vt audirent verbū dei: et ipſe ſtabat ſecꝰ ſtagnū genezareth. Et vidit duas naues ſtātes ſecus ſtagnū: piſcatoꝛes autē deſcenderāt: ⁊ lauabant rethia. Aſcendēs autem in vnā nauim q̄ erat ſimonis: rogauit eū / vt a terra reduceret puſillum. Et ſedēs: docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autē loqui dixit ad ſimonē. Duc in altum: ⁊ laxate rethia veſtra in capturam Et reſpōdens ſymō: dixit illi. Pꝛeceptoꝛ per totā noctē laboꝛantes nihil cepimus: in verbo autē tuo laxabo rethe. Et cū hoc feciſſent: cōcluſerūt piſciū multitudinē copioſam. Rumpebat᷑ aūt rethe eoꝝ: et annuerūt ſocijs q̄ erāt in alia naui: vt venirent ⁊ adiuuarent eos. Et venerunt et impleuerunt ambas nauiculas / ita vt pene mergerent᷑. Quod cū videret ſymon petrꝰ: pꝛocidit ad genua ieſu / dicēs. Exi a me dñe: q̇a homo peccatoꝛ ſum. Stupoꝛ enī circumdederat eū: ⁊ oēs qui cū illo erant in captura piſcium / quā ceperāt. Similiter autē iacobū / et iohannem / filios zebedei: qui erāt ſocij ſymonis. Et ait ad ſymonē ieſus Noli timere: ex hoc iā hoīes eris capiēs. Et ſubductis ad terrā nauibꝰ: relictis oībus / ſecuti ſūt eū. Offr. Benedicā dñz qui mihi tribuit intellectū: pꝛouidebā deū in conſpectu meo ſemper: quoniam a dextris eſt michi ne commouear. Secreta.

AScendant q̄s dñe pꝛeces humilitatis noſtre in cōſpectu clemētie tue: et deſcēdat ſuper hec oblata virtus tue diuinitatis: quā noſtris quoq; purificādis mētibꝰ largiaris. Per. Cōio. Vnā petii a dño hāc requirā: vt habitē in domo dñi: oīb⁹ dieb⁹ vite mee.

Mysteria nos dñe Poſtcō. qs ſctā purificēt: ⁊ ſuo munere tueantur. Per. Feria.iiij. Ad Timotheum. prime.ij.

Cariſſime. Obſecro primū oīm fieri obſecratiōes/ orationes/ poſtulatiōes/ gratiarum actiones: pro oībus hoībus. Pro regibus/ et oībus qui in ſublimitate ſunt cōſtituti: vt quietam et tranquillā vitā agamus/ in omni pietate et caſtitate. Hoc enī bonum eſt/ ⁊ acceptū corā ſaluatore noſtro deo: qui oēs hoīes vult ſaluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire. Unus enī deus: vn⁹ et mediator dei ⁊ hoīm homo xp̄s ieſus: qui dedit redēptionē ſemet ipſum pro oībus. Cuius teſtimoniū tēporibus ſuis ꝯfirmatū eſt: in quo poſitus ſum ego p̄dicator et apſus. Ueritatē dico nō mētior doctor gentiū: in fide et veritate.

¶ Secundum Lucam. viij.

IN illo tp̄e. Factū eſt in vna dierū: et ieſus aſcēdit in nauiculā/ et diſcipuli eius. Et ait ad illos. Tranſfretemus trans ſtagnum. Et aſcēderūt. Nauigantibus autē illis: obdormiuit. Et deſcēdit procella vēti in ſtagnum: et cōpellebant fluctibus/ et periclitabant. Accedentes autē: ſuſcitauerunt eum dicētes. Preceptor: perimus. At ille ſurgens: increpauit ventū/ ⁊ tēpeſtatē aque: ⁊ ceſſauit et facta eſt tranquillitas. Dixit autē illis. Ubi eſt fides vr̄a? Qui timētes mirati ſūt: ad inuicē dicētes. Quis putas hic eſt? Quia vētis imperat et mari: et obediūt ei.

¶ Dñica.vj.poſt trinita. Officiū

Dominus fortitudo plebis ſue: et p̄tector ſalutarium xp̄i ſui eſt. ſaluum fac populū tuū domine: ⁊ benedic hereditati tue: ⁊ rege eos vſq ī ſcl̄m p̄s. Ad te dñe clamabo de⁹ me⁹ ne ſileas a me: nequādo taceas a me: ⁊ aſſimilabor deſcēdētib⁹ ī lacū. Oratio

DEus qui diligētibus te bona inuiſibilia preparaſti/ infunde cordib⁹ noſtris tui amoris affectū: vt te in oībus et ſuper oīa diligētes: promiſſiones tuas/ que omne deſideriū ſuperāt/ cōſequamur. Per d. Ad romanos. vj

FRatres. Quicūq baptizati ſum⁹ in xp̄o ieſu: in morte ipſius baptizati ſumus. Cōſepulti enī ſum⁹ cū illo per baptiſmū in mortē: vt quomodo chriſt⁹ ſurrexit a mortuis per gloriā patris: ita et nos ī nouitate vite ambulemus. Si enim cōplantati facti ſum⁹ ſimilitudini mortis eius ſimul et reſurrectionis erimus. Hoc ſciētes/ quia vetus homo noſter ſimul crucifix⁹ eſt/ vt deſtruatur corpus peccati: vt vltra nō ſeruiamus peccato. Qui enī mortuus eſt: iuſtificatus eſt a pctō. Si autē mortui ſumus cum xp̄o: credimus q̄a ſimul etiā viuemus cū illo. Scientes q chriſt⁹ reſurgens ex mortuis iam non morit: mors illi vltra nō dn̄abit. Qd enī mortuus eſt peccato: mortuus eſt ſemel. Qd autem viuit/ viuit deo. Ita ⁊ vos exiſtimate vos mortuos quidē eſſe peccato: viuētes autē deo. In xp̄o ieſu: dño nr̄o. Gr. Cōuertere dñe aliquātulū et depꝛecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe refugium fact⁹ es nobis: a generatiōe ⁊ progenie. Alla. ℣. Eripe me de inimicis meis de⁹ me⁹: et ab inſurgētib⁹ ī me libera me. ¶ Secūdū Matheū. v.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: q̄a niſi abundauerit iuſticia veſtra pluſq̄ ſcribaꝝ ⁊ phariſeorum: nō intrabitis in regnū celorum. Audiſtis: quia dictū eſt antiquis: nō occides. Qui autē occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia oīs qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri ſuo racha: reus erit conſilio. Qui autē dixerit fatue: reus erit gehēne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare et ibi recoꝛdatus fueris/ q̄a frater tu⁹ habet aliq̄d aduerſū te: relinque ibi mun⁹ tuū āte altare: ⁊ vade pꝛius recōciliari fratri tuo. Et tunc veniēs: offeres mun⁹ tuum.

Offr. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt nō moueāt̄ veſtigia mea iclina aurē tuā et exaudi verba mea mirifica miſericoꝛdias tuas: qui ſaluos facis ſperātes in te dñe. Secre.

PRopiciare dñe ſupplicationib⁹ noſtris: ⁊ has oblationes famuloꝝ tuoꝝ benign⁹ aſſume: vt q̄d ſinguli obtulerunt ad honoꝛem tui nōis: cunctis ꝑficiat ad ſalutē. Per. Cōio. Circuibo et imolabo ī tabernaculo ei⁹: hoſtiā iubilatiōis cātabo: et pſalmū dicā dño.

Poſtcōio.

QUos dñe celeſti dono ſatiaſti: pꝛeſta q̄s: vt a noſtris mundemur occultis: et ab hoſtiū liberemur inſidijs. Per.

¶ Feria. iiij. Lectio epiſtole beati Johannis apoſtoli. pꝛime. ij.

CAriſſimi. Non ſcripſi vobis quaſi ignoꝛātibus veritatē: ſed quaſi ſcientibus eam: quoniam omne mendaciū ex veritate non eſt. Quis eſt mendax: niſi is qui credit quoniā ieſus nō eſt chꝛiſtus? Hic eſt antichꝛiſtus: qui negat patrem et filium. Omnis qui negat filiū: nec patrē habet. Qui autē confitetur filium: et patrem habet. Uos quod audiſtis ab initio: in vobis permaneat. Quia ſi in vobis permāſerit quod audiſtis ab initio: ⁊ vos in filio ⁊ patre manebitis. Et hec eſt repꝛomiſſio: quam ipſe pollicit⁹ eſt nobis/ vitam eternam.

¶ Secundum Marcum. x.

IN illo tēpoꝛe. Cum egreſſus eſſet ieſus in via: ꝓcurrens quidā genuflexo ante eum: interrogabat eum dicēs. Magiſter bone: quid faciā vt vitā eternam percipiam? Jeſus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus niſi ſolus deus. Precepta noſti? Ille dixit. Que? Ne adulteres/ ne occidas/ ne furteris/ ne falſum teſtimoniū dixeris/ ne fraudem feceris/ honoꝛa patrē tuum et matrem. At ille reſpondēs ait illi. Magiſter bone: hec omnia cuſtodiui a iuuētute mea. Jeſus autem intuitus eum/ dilexit eum: et dixit ei. Unum tibi deeſt. Uade: vende omnia quecūq; habes/ et da pauperibus: ⁊ habebis theſaurū in celo: ⁊ veni ſeq̄re me. ¶ Dñica. vij. poſt trini. Officiū.

Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Ps. Subiecit pplos nobis: et gentes ſub pedibus noſtris. Oratio.

Deus virtutū cuius eſt totum qđ eſt optimū: inſere pectoꝛibus noſtris amoꝛē tui nominis: et pꝛeſta in nobis religionis augmētum: vt que ſūt bona nutrias: ac pietatis ſtudio / que ſunt nutrita cuſtodias. Per dñm.

Ad Romanos. vj

Fratres. Humanū dico: ꝓpter infirmitatē carnis veſtre. Sicut enī exhibuiſtis mēbꝛa veſtra ſeruire immūdicie et iniq̄tati ad iniquitatē: ita nunc exhibete mēbꝛa veſtra ſeruire iuſticie in ſāctificationē. Cū enim ſerui eſſetis peccati: liberi fuiſtis iuſticie. Quē ergo fructū habuiſtis tūc in illis: in quibus nūc erubeſcitis? Nam finis illoꝝ / moꝛs eſt. Nūc vero liberati a peccato: ſerui autē facti deo. Habetis fructū veſtrū in ſanctificationē: finē vero vitā eternā. Stipēdia enī peccati: moꝛs. Gratia aūt dei vita eterna. In chꝛiſto ieſu: dño noſtro. Gr. Venite filii audite me: timoꝛem domini docebo vos. ℣. Accedite ad eum et illuminamini: et facies veſtre non confundentur. Alla. ℣. Te decet hymnus deus in ſyon: et tibi reddetur votum in hierlm.

¶ Secūdū Marcum. viij

In illo tpe. Cū turba multa eſſet cū ieſu / nec haberēt quod māducarēt: cōuocatis diſcipulis / ait illis. Miſereoꝛ ſup turbam: q̄a ecce iam triduo ſuſtinēt me / nec habent qđ manducēt. Et ſi dimiſero eos ieiunos in domū ſuā: deficiēt in via. Quidā enim ex eis de lōge venerūt. Et reſponderūt ei diſcipuli ſui. Unde iſtos poterit q̄s hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et īterrogauit eos Quot panes habetis? Qui dixerunt. Septē. Et ꝓcepit turbe diſcumbere ſuper terrā. Et accipiēs ſeptē panes: gratias agēs fregit / et dabat diſcipulis ſuis: vt apponerēt. Et appoſuerunt turbe. Et habebāt piſciculos paucos: et ipſos benedixit: et iuſſit apponi. Et māducauerūt: et ſaturati ſūt. Et ſuſtulerūt quod ſuperauerat de fragmētis ſeptē ſpoꝛtas. Erāt autem q̄ māducauerāt: quaſi quattuoꝛ milia: et dimiſit eos. Offr. Sicut ī olocauſtū arietū et thauroꝝ: et ſicut in milib' agnoꝝ pinguiū: ſic fiat ſacrificiū noſtrū ī cōſpectu tuo hodie vt cōplaceat tibi: quia nō eſt cōfuſio cōfidentibus in te dñe. Secreta.

Propitiare dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ has oblationes populi tui benignus aſſume: et vt nullius ſit irritū votum nullius vacua poſtulatio: pꝛeſta q̄s: vt quod fideliter petimus: efficaciter cōſequamur. Per dominū noſtrum ieſum chꝛiſtū filiū tuū. Cōio. Inclina aurem tuam: accelera vt eruas nos. Poſtcōio.

Repleti dñe muneribus tuis: tribue q̄s: vt ⁊ eoꝝ mundemur effectu / et muniamur auxilio. Per dominū noſtrū ieſum chꝛiſtum filiū tuum. Qui tecum.

¶ Feria. iiij. Ad Romanos. viij.

FRatres. Nichil nūc dānationis eſt his / qui ſunt in chriſto ieſu: qui non ſcd̄m carnē ambulāt. Lex enim ſpūs vite in chriſto ieſu: liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. Nā qd̄ impoſſibile erat legi: in quo infirmabat̄ per carnē deus filiū ſuū mittens in ſimilitudinē carnis peccati. Et de pctō dānauit peccatū in carne vt iuſtificatio legis īpleret̄ in nobis. Qui non ſcd̄m carnē ambulamus: ſed ſcd̄m ſpiritū. Qui enī ſcd̄m carnē ſunt: q̄ carnis ſunt ſapiūt. Qui vero ſcd̄m ſpiritū ſūt: que ſunt ſpūs ſentiunt. Nā prudentia carnis / mors eſt. Prudentia autē ſpiritus: vita / et pax. In chriſto ieſu: domino noſtro.

¶ Secundum Matheum. xij.

IN illo tp̄e. Abijt ieſus ſabbato per ſata: diſcipuli autem eius eſuriētes / ceperūt euellere ſpicas / et māducare. Phariſei autē vidētes / dixerunt ei. Ecce diſcipuli tui faciūt. qd̄ non licet eis facere ſabbatis. At ille dixit eis. Nō legiſtis q̄d fecerit dauid quādo eſurijt: et q̄ cum illo erāt. Quomodo intrauit in domū dei: et panes propoſitionis comedit: quos nō licebat ei edere / neq͛ his q̄ cum eo erant: niſi ſolis ſacerdotibus. Aut nō legiſtis in lege: quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatū violant: et ſine crimine ſūt. Dico autem vobis: quia templo maior eſt hic. Si autem ſciretis quid eſt miſericordiā volo / et non ſacrificium: nunq̄ condemnaſſetis innocentes.

¶ Dn̄ica. viij. poſt trini. Officiū.

SUſcepim⁹ de⁹ miſericordiā tuā: in medio tēpli tui. ſecundū nomē tuū de⁹ ita et laus tua in fines terre: iuſticia plena ē dextra tua. Ps. Magn⁹ dn̄s ⁊ laudabilis nimis: ī ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Oratio

DEus cuius prouidentia in ſui diſpoſitione nō fallitur: te ſupplices exoram⁹ / vt noxia cūcta ſubmoueas: et oīa nobis profutura concedas. Per dominum.

Ad Romanos. viij.

FRatres. Debitores ſum⁹ nō carni: vt ſcd̄m carnem viuamus. Si enī ſcd̄m carnē vixeritis / moriemini. Si autē ſpū facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicūq͛ enī ſpū dei aguntur: hi ſunt filij dei. Non enī accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterū in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorū dei: in quo clamamus / abba pater. Ipſe enim ſpūs teſtimoniū reddit ſpūi noſtro q̄ ſum⁹ filij dei. Si aūt filij / ⁊ heredes Heredes quidē dei: coheredes aūt xp̄i. Gr. Eſto michi in deū protectorem: et in locū refugij / vt ſaluū me facias. ℣. De⁹ in te ſperaui dn̄e: nō confundar in eternum. Alleluya. ℣. Attendite popule meus legem meā.

¶ Secundum Matheum. vij.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite a falſis prophetis q̄ veniūt ad vos in veſtimentis ouium: intrinſecus autē / ſunt lupi rapaces. A fructibus eorū: cognoſcetis eos. Numquid colligunt de ſpinis / vuas:

aut de tribulis / ficus? Sic oīs arbor bona: fructꝰ bonos facit. Mala autē arbor: fructus malos facit. Nō poteſt arbor bona / fructꝰ malos facere: neq; arbor mala / fructus bonos facere. Oīs arbor que nō facit fructū bonū / excidet: et in ignem mittet. Igit ex fructibus eoꝝ: cognoſcetis eos. Nō oīs qui dicit michi dn̄e dn̄e / intrabit ī regnū celorū: ſed q̄ facit voluntatē pr̄is mei / qui in celis eſt: ipſe intrabit in regnū celoꝝ. Offr. Populum humilem ſaluum facies dn̄e: et oculos ſuperborū humiliabis. qm̄ quis deꝰ / preter te dn̄e. Secreta.

Deus qui legaliū differentias hoſtiaꝝ / vnius ſacrificij perfectione ſanxiſti: accipe ſacrificium a deuotis tibi famulis oblatū: et pari benedictione ſicut munera iuſti abel ſanctifica: vt qđ ſinguli obtulerūt ad maieſtatis tue honorē / cunctis pficiat ad ſalutem. Per dn̄m. Cōio. Guſtate et videte qm̄ ſuauis eſt dominꝰ: beatus vir qui ſperat in eo. Poſtcōio.

Tua nos dn̄e medicinalis operatio: et a noſtris peruerſitatibus clementer expediat: et ad ea q̄ recta ſūt pducat. Per d.

¶ Feria. iiij. ad romanos. v.

Fratres. Commēdat deus caritatē ſuā in nobis: quoniā ſi cum adhuc peccatores eſſemus ſcd̄m tēpꝰ / chriſtꝰ pro nobis mortuꝰ eſt: multo igit magis iuſtificati nūc in ſanguine eius / ſaluierimus ab ira per ipſū. Si enī cum inimici eſſemus: reconſiliati ſumus deo per mortem filij eius: multomagis recōſiliati / ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolū autem: ſed et gloriamur in deo. Per dn̄m noſtrum: ieſum chriſtum.

¶ Secundum Marcum. ix.

In illo tēpore. Dixerunt diſcipuli ad ieſū. Magiſter: vidimus quendā in nomine tuo eijcientem demonia: et prohibuimus eum / quia non ſequit nos. Jeſus autem ait illis. Nolite prohibere eum. Nemo eſt enim q̄ faciat virtutē in nomine meo: et poſſit cito male loqui de me. Qui enī non eſt aduerſum vos: pro vobis eſt. Quiſquis enī potum dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo / quia chriſti eſtis: amē dico vobis / nō perdet mercedem ſuā. Et quiſquis ſcandalizauerit vnū ex his puſillis credētibus in me / bonū eſt ei magis ſi circūdaretur mola aſinaria collo eius: et in mare mitteretur. Et ſi ſcandalizauerit te manus tua: abſcinde illam. Bonū eſt tibi debilē intrare in regnum dei: q̄ duas manus habentē / ire in gehēnā: in ignem inextinguibilē: vbi vermis eorū non moritur / et ignis non extinguitur. Et ſi pes tuus ſcādalizat te: amputa illū. Bonum eſt tibi claudū introire in vitā eternā: q̄ duos pedes habentē / mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Vbi vermis eoꝝ non morit: et ignis nō extinguitur. Qđ ſi oculus tuus ſcādalizat te: erue eum. Bonum eſt tibi luſcum introire in regnum dei: q̄ duos oculos habentem: mitti in gehennam ignis. Vbi vermis eorum nō moritur: et ignis non extinguitur.

Dñica. ix. poſt trinitatē.

¶ Dñica. ix. poſt trinita. Officiū.

Ecce deus adiuuat me: ⁊ dominus ſuſceptor eſt aīe mee auerte mala īimicis meis: et in veritate tua diſperde illos/ protector meus domine. Ps. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: et in virtute tua libera me. Oratio.

Largire nobis q̄s dñe ſemper ſpiritū cogitandi q̄ recta ſunt ꝓpitius ⁊ agendi: vt qui ſine te eſſe non poſſumꝰ: ſcđm te viuere valeamus. Per dominū.

Ad Corinthios. prime. x.

Fratres. Nō ſimus concupiſcentes maloꝝ: ſicut ⁊ illi cōcupierūt. Neq; idolatre efficiamini ſicut quidā ex ipſis: quēadmodū ſcriptū eſt: Sedit populus māducare et bibere: ⁊ ſurrexerūt ludere. Neq; fornicemur/ ſicut q̄dam ex ipſis fornicati ſūt: ⁊ ceciderūt vna die/ viginti tria milia. Neq; tēptemus chriſtū/ ſicut q̄dā eoꝝ tēptauerūt: ⁊ a ſerpētibꝰ perierūt Neq; murmurauerítis/ ſicut quidam eoꝝ murmurauerūt: ⁊ perierunt ab exterminatore. Hec autē oīa: ī figura cōtigebāt illis. Scripta aūt ſūt hec/ ad correptionē noſtram: in quos fines ſeculorū deuenerunt. Itaq; qui ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. Temptatio vos non apprehēdat/ niſi humana. Fidelis autē deus eſt: qui non patiet vos tēptari: ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cū tēptatione etiā ꝓuentū: vt poſſitis ſuſtinere. Gr. Dñe dñs noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ℣. Quoniā eleuata eſt magnificentia tua ſuper celos. Alleluya. ℣. Exultate deo adiutori noſtro iubilate deo iacob: ſumite pſalmum iocundum cum cythara.

¶ Secundum Lucam. xvi.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hanc Homo quidam erat diues qui habebat villicū: et hic diffamatꝰ eſt apud illū/ quaſi diſſipaſſet bona ipſius. Et vocauit illū: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Iam eni nō poteris villicare. Ait aūt villicus intra ſe. Quid faciā/ quia dominꝰ meus aufert a me villicationē? Fodere nō valeo: mendicare erubeſco. Scio quid faciā/ vt cum amotꝰ fuero a villicatiōe: recipiāt me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſingulis debitoribꝰ dñi ſui: dicebat primo. Quantum debes dño meo? At ille dixit. Centū cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionē tuā: et ſede cito ſcribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantū debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et ſcribe octoginta. Et laudauit dñs villicum iniquitatis/ q̄a prudēter feciſſet: quia filij huius ſeculi/ prudētiores filijs lucis/ in generatione ſua ſūt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de māmona iīquitatis: vt cū defeceritis: recipiāt vos in eterna tabernacula. Offr. Iuſticie domini recte letificantes corda: et dulciora ſuper mel et fauum: nā et ſeruus tuus cuſtodiet ea. Secretā.

Suſcipe munera q̄ſumꝰ do

mine que tibi de tua largitate deferimus: vt hec ſacroſācta myſteria: gratie tue operāte virtute: et preſentis vite nos conuerſatione ſanctificēt: ⁊ ad gaudia ſempiterna perducāt. Per. Cōio. Primum querite regnū dei: et omnia adicientur vobis/ dicit dominus. Poſtcōio.

Sit nobis dn̄e q̄ſum⁹ reparatio mentis et corporis celeſte myſterium: vt cuius exequimur actionē / ſentiamus effectū. Per dominū noſtrū ieſū chriſtū.

¶ Feria .iiij. Ad Romanos. vj.

Fratres. Neſcitis/ quoniā cui exhibetis vos ſeruos ad obediendū: ſerui eſtis eius cui obediſtis: Siue peccati ad mortē ſiue obeditionis ad iuſticiā. Gratias autem deo/ q̄ fuiſtis ſerui peccati: obediſtis autem ex corde in eam formam doctrine/ in qua traditi eſtis. Liberati autem a peccato: ſerui facti eſtis iuſticie In chriſto ieſu domino noſtro.

¶ Secundum lucam. xvj.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Qui fidelis eſt in minimo: ⁊ in maiori fidelis eſt. Et q̄ in modico iniquus eſt: et in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mām̄ona fideles non fuiſtis: quod verū eſt quis credet vobis? Et ſi in alieno fideles nō fuiſtis: quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Nemo ſeruus poteſt duobus dn̄is ſeruire. Aut enim vnū odiet/ ⁊ alterū diliget: aut vni adherebit/ ⁊ alterū contemnet. Non poteſtis deo ſeruire / et mām̄one. Audiebant enim hec oīa pharisei qui erāt auari: et deridebāt illū. Et ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: deus autē nouit corda veſtra. Quia q̄d hominibus altum eſt: abhominatio eſt ante deū.

¶ Dn̄ica. x. poſt trinitatē. Ad miſſam. Officium.

Cum clamarem ad dn̄m exaudiuit vocē meā ab his q̄ appropinquāt mihi: et humiliauit eos qui eſt ante ſecula et manet ineternū. Iacta cogitatū tuum in dn̄o: ⁊ ipſe te enutriet. Ps. Exaudi de⁹ orationē meā: et ne deſpexeris deprecationē meā: intēde michi et exaudi me. Oratio.

Pateāt aures miſericordie tue dn̄e precibus ſupplicātium: ⁊ vt petentibus deſiderata concedas: fac eos que tibi placita ſunt poſtulare. Per dn̄m noſtrū.

Ad Corinthios. prime. xij.

Fratres. Scitis quoniam cum gētes eſſetis: ad ſimulachra muta / prout ducebamini euntes. Ideo notū vobis facio: q̄ nemo in ſpū dei loquēs: dicit anathema ieſu. Et nemo poteſt dicere dn̄s ieſus: niſi in ſpiritu ſācto. Diuiſiōes vero gratiarum ſunt: idem autem ſpūs. Et diuiſiones miniſtrationū ſunt: idē aūt dn̄s. Et diuiſiones operationum ſunt idem vero deus/ qui operat̄ oīa in oībus. Vnicuiq̄ autē datur manifeſtatio ſpūs/ ad vtilitatē. Alij quidē per ſpiritū/ datur ſermo ſapientie: alij autē / ſermo ſcientie ſecundū eundē ſpiritū. Alteri fides in eodē ſpū. Alij gr̄a ſanitatū/ in vno ſpū. Alij operatio virtutum aliĳ ꝓphetia: aliĳ diſcretio ſpirituum: aliĳ genera linguaꝝ: aliĳ interꝓtatio ſermonũ. Hec aũt oĩa operat᷑ vnꝰ atq̃ idẽ ſpũs: diuidẽs ſingulis: ꝓut vult. Gr. Cuſtodi me dñe vt pupillã oculi: ſub vmbꝛa alarũ tuarũ ꝓtege me. ℣ De vultu tuo iudiciũ meũ pꝛodeat: ocli tui videãt equitatẽ. Alla. ℣. Dñe deꝰ ſalutis mee: in die clamaui et nocte coram te. ¶ Secundum Lucam. xix.

IN illo tp̃e Cum appꝛopinquaſſet ieſus hierłm: vidẽs ciuitatẽ/ fleuit ſuper illam dicẽs. Quia ſi cognouiſſes et tu. Et quidem in hac die tua q̃ ad pacẽ tibi: nũc aũt abſcõdita ſunt ab oculis tuis. Quia ecce veniẽt dies in te: et circundabũt te inimici tui vallo: et circundabũt te: ⁊ coanguſtabũt te vndiq̃: et ad terrã ꝓſternẽt te/ et filios tuos q̃ in te ſũt. Et nõ reliquẽt i te lapidẽ ſup lapidẽ: eo ꝙ nõ cognoueris tẽpꝰ viſitatiõis tue. Et ingreſſꝰ in tẽplũ: cepit eĳcere vẽdẽtes in illo ⁊ emẽtes: dicẽs illis. Scriptũ eſt: q̃a domus mea domꝰ oꝛonis eſt. Uos aũt feciſtis illã ſpeluncã latronũ. Et erat docẽs/ quotidie in tẽplo. Offr. Ad te dñe leuaui aiaꝫ meã: deꝰ meꝰ in te cõfido non erubeſcam: neq̃ irrideãt me inimici mei: eteni vniuerſi qui te expectãt non confundent᷑. Secreta.

COncede nobis hec q̃s dñe digne freq̃ntare myſteria: q̃a quotiẽs huius hoſtie commemoꝛatio celebꝛat᷑: opus noſtre redemptiõis exercet᷑. Per dñm noſtrũ. Cõio. Acceptabis ſacrificiũ iuſticie oblationes et holocauſta ſuper altare tuum domine. Poſtcõio

TUi nobis dñe communio ſacramẽti: et purificationem cõferat/ et tribuat vnitatem. Per dñm noſtrum. ¶ Feria. iiij. Ad Coꝛinthios. prime. xv.

FRatres. Non oĩs caro/ eadẽ caro: ſed alia hominũ alia pecoꝛũ: alia volucrum: alia autẽ piſcium: ⁊ coꝛpoꝛa celeſtia: ⁊ coꝛpoꝛa terreſtria. Sed alia quidem celeſtiũ gloꝛia: alia autẽ terreſtrium. Alia claritas ſolis: alia claritas lune: et alia claritas ſtellarum. Stella autem a ſtella differt in claritate: ſic et reſurrectio moꝛtuoꝝ. Seminat᷑ in coꝛruptione: ſurget in incoꝛruptione. Seminat᷑ in ignobilitate: ſurget in gloꝛia. Seminat᷑ in infirmitate: ſurget in virtute. Seminat᷑ coꝛpus animale: ſurget coꝛpus ſpiritale. Si eſt coꝛpus aĩale: eſt et ſpiritale: ſicut ſcriptũ eſt. Factus eſt pꝛimꝰ homo adã in animã viuentẽ: nouiſſimus adã in ſpiritũ viuificantẽ. Sed non pꝛius quod ſpiritale eſt/ ſed qđ animale: deinde quod ſpiritale. In chꝛiſto ieſu dño noſtro. ¶ Scdm Lucã. xxi.

IN illo tẽpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Attendite vobis: ne foꝛte grauentur coꝛda veſtra in crapula ⁊ ebꝛietate/ ⁊ curis huius vite: et ſuperueniat in vos repẽtina dies illa. Tanq̃ laqueus enim ſuperueniet in oẽs q̃ ſedent ſuper faciẽ oĩs terre. Uigilate itaq̃ oꝛantes omni tempoꝛe: vt digni habeamini fugere iſta omnia que futura ſunt: et ſtare ante filium hominis.

¶ Dñica. xi. poſt trinita. Officiũ

DEus in loco ſancto ſuo: deꝰ qui inhabitare facit vnanimes in domo: ipſe dabit virtutẽ ⁊ fortitudinem plebi ſue. Ps. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipent̃ inimici eiꝰ: et fugiãt qui oderunt eũ a facie eius.

Oratio.

DEus qui oĩpotentiam tuã parcendo maxime et miſerãdo manifeſtas: multiplica ſup nos gratiã tuã: vt ad tua promiſſa currẽtes: celeſtium bonoꝝ facias eſſe conſortes. Per.

Ad Corinthios. prime.xv.

FRatres. Notum vobis facio euangeliũ quod predicaui vobis / quod et accepiſtis: in quo et ſtatis: per quod ⁊ ſaluamini. Qua ratione p̃dicauerim vobis ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi: quoniam chriſtus ieſus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundũ ſcripturas: ⁊ quia ſepultus eſt: et quia reſurrexit tertia die ſecundũ ſcripturas. Et quia viſus eſt cephe: ⁊ poſt hec vndecim. Deinde viſus eſt pluſꝙ quingentis fratribꝰ ſimul: ex quibus multi manẽt vſqꝫ adhuc: quidam aũt dormierũt. Deinde viſꝰ eſt iacobo: deinde apoſtolis oĩbꝰ. Nouiſſime autẽ oĩm tanꝙ abortiuo: viſus eſt et mihi. Ego enĩ ſũ minimus apoſtolorũ: qui non ſũ dignus vocari apoſtolꝰ: quoniã perſecutus ſum eccleſiã dei. Gratia autem dei ſum / id quod ſum: et gratia eius in me vacua non fuit. Gradꝰ. In deo ſperauit cor meum et adiutus ſum: et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. ℣. Ad te domine clamabo: deus meꝰ ne ſileas ne diſcedas a me. Alleluya. ℣. Dñe refugium factus es nobis: a generatione et progenie.

¶ Secundum Lucam. xviij.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus ad quoſdã qui in ſe confidebant tanꝙ iuſti: et aſpernabãtur ceteros / parabolã iſtã dicẽs. Duo hoĩes aſcenderũt in templum vt orarent: vnus phariſeus / et alter publicanꝰ. Phariſeus autẽ ſtans hec apud ſe orabat. Deꝰ gratias ago tibi: q̃a non ſum ſicut ceteri hoĩm: raptores / iniuſti / adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in ſabbato: decimas do oĩm que poſſideo. Et publicanus a longe ſtãs / nolebat nec ad celũ oculos leuare: ſed percutiebat pectus ſuum dicens. Deus: propitius eſto michi peccatori. Amẽ dico vobis: deſcẽdit hic iuſtificatus in domũ ſuã ab illo. Quia oĩs qui ſe exaltat humiliabit̃: et q̃ ſe humiliat exaltabitur. Offr. Exaltabo te dñe q̃m ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. domine clamaui ad te et ſanaſti me. Secreta.

TIbi dñe ſacrificia dicata reddãtur: q̃ ſic ad honorẽ noĩs tui deferẽda tribuiſti: vt eadẽ remedia nr̃a fieri p̃ſtares. Per.

Cõio. Honora dñm de tua ſubſtantia: et de primitiis frugũ tuarũ: vt impleant̃ horrea tua ſaturitate: ⁊ vino torcularia redundabunt. Poſtcõio.

QUeſumus dñe deꝰ noſter: vt quos diuinis reparare non deſinis ſacramentis: tuis nõ deſtituas benignꝰ auxilijs. Per.

dominū noſtrum.

¶ Feria .iiii.

Ad Corinthios. prime. vj.

Fratres. Neſcitis quoniā corpora veſtra: membra ſunt chriſti. Tollens ergo membra chriſti: facies membra meretricis. Abſit. An neſcitis/ quoniā qui adheret meretrici: vnum corpus efficitur. Erunt enim inquit duo in carne vna. Qui aūt adheret deo: vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunqꝫ fecerit homo: extra corpus eſt. Qui autē fornicatur: in corpus ſuum peccat. An neſcitis / quoniā membra veſtra templū eſt ſpūs ſancti/ qui in vobis eſt: quem habetis a deo: et nō eſtis veſtri. Empti enim eſtis precio magno: glorificate et portate deum: in corpore veſtro.

¶ Secundum Lucam. xviij.

In illo tempore. Dicebat ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Quoniā oportet ſemper orare: et non deficere dicens. Iudex quidam erat in quadā ciuitate: qui deum non timebat: et hominem non reuerebatur. Vidua autem quedā erat in ciuitate illa: et veniebat ad eum dicens. Vindica me/ de aduerſario meo. Et nolebat ꝑ multū tempꝰ. Poſt hec autē dixit intra ſe. Et ſi deum nō timeo/ nec hoīem reuereor: tamen q̄a moleſta eſt michi hec vidua/ vīdicabo illā: ne ī nouiſſimo veniēs/ ſugillet me. Ait aūt dn̄s. Audite q̄d iudex iniq̄tatis dixit. Deꝰ aūt nō faciet vindictā electorū ſuorꝫ clamātiū ad ſe die ac nocte: et patiētiam habebit in illis. Dico autē vobis: quia cito faciet vindictam illorum.

¶ Dn̄ica. xij. post trinita. Offic.

Deus in adiutoriū meū intende: dn̄e ad adiuuādū me feſtina: confundātur ⁊ reuereantur inimici mei/ q̄ querūt aīam meā. ps. Auertāt̄ retrorſū et erubeſcāt: qui volūt mihi mala.

Oro. Omnipotēs ſempiterne deus: qui abundātia pietatis tue et merita ſupplicū excedis ⁊ vota: effunde ſuper nos miſericordiā tuā: vt dimittas q̄ conſcientia metuit: et adijcias q̄ oratio non preſumit. Per dominum

Ad Corinthios. ſecunde. iij.

Fratres. Fiduciā talē habemus per chriſtū ad deū non q̄ ſufficiētes ſimus cogitare aliq̄d a nobis/ quaſi ex nobis: ſed ſufficiētia noſtra ex deo eſt. Qui ⁊ idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamēti: non littera/ ſed ſpiritu. Littera enī occidit: ſpiritus autē viuificat. Q̄d ſi miniſtratio mortis/ litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: ita vt non poſſent intēdere filij iſrael in faciem moyſi/ ꝓpter gloriā vultꝰ eiꝰ que euacuat̄: quomodo nō magis miniſtratio ſpūs erit in gloria. Nā ſi miniſtratio dānationis in gl'ia eſt: multomagis abūdat miniſteriū iuſticie in gl'ia. Gr. Bn̄dicam dn̄m in oī tēpore: ſemper laus eiꝰ in ore meo. V. In dn̄o laudabitur aīa mea: audiāt manſueti et letent̄. Alleluya. V. Venite exultemꝰ dn̄o: iubilemꝰ deo ſalutari noſtro. Alꝰ. V.

Preoccupemꝰ faciē eiꝰ in cōfeſſione: et in pſalmis iubilemꝰ ei. Iſti duo ℣. dicunt᷑ per ebdo. alternis vicibus qñ de feria agit᷑: ita tñ qꝫ ℣. Preoccupemꝰ/ priꝰ dicit᷑: qñ miſſa dñicalis per ebd̄. dr̄. Et ſi nulla feria per hanc ebdo. ad hoc vacauerit: tūc vltimus ℣ꝰ. eo anno oīno pretermittat᷑. Scd̄m. Marcū. vij.

IN illo tp̄e. Exiens ieſus de finibꝰ tyri: venit ꝑ ſydonē ad mare galilee: inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei ſurdū ⁊ mutū ⁊ deprecabant᷑ eū/ vt imponat illi manū. Et apprehendēs eū de turba ſeorſū: miſit digitos ſuos in auriculas eiꝰ: ⁊ expuens/ tetigit linguā eiꝰ. Et ſuſpiciens in celū: īgemuit/ ⁊ ait illi. Effeta: qđ eſt adaperire. Et ſtatī aperte ſūt aures eiꝰ: ⁊ ſolutū eſt vinculū lingue eiꝰ: ⁊ loquebatur recte. Et precepit illis/ ne cui dicerent. Quāto autē eis precipiebat: tanto magis plus predicabant: et eo amplius admirabant᷑ dicentes. Bene omnia fecit: et ſurdos fecit audire: et mutos loqui. Offer.

Precatus eſt moyſes in cōſpectu dñi dei ſui ⁊ dixit: precatus eſt moyſes in cōſpectu dñi dei ſui et dixit: quare domine iraſceris ī populo tuo: parce ire anime tue. memento abraham iſaac et iacob quibus iuraſti dare terram fluentem lac et mel: et placatus factꝰ eſt dominus/ de malignitate quam dixit facere populo ſuo. Secreta.

Reſpice q̄s dñe noſtrā propicius ſeruitutē vt quod offerimus/ ſit tibi munꝰ acceptū: ſitqꝫ noſtre fragilitati ſubſidiū. Per dominū noſtrū. Cōio. De fructu operū tuorū dñe ſaciabitur terra: vt educas panem de terra/ et vinū letificet cor hominis: vt exhilaret faciē in oleo: et panis cor hominis confirmet.

Sentiamus dñe Poſtcōio. queſumus tui perceptione ſacramēti ſubſidiū mentis et corporis vt ī vtroqꝫ ſaluati/ celeſtis remedij plenitudine gloriemur. Per dñm noſtrum. ¶ Feria. iiij. Ad Corinthios. ſecunde. iiij.

FRatres. Nō noſmetipſos predicamus: ſed dñm noſtrum ieſū chriſtū. Nos autē ſeruos veſtros per ieſum. Quoniā deus qui dixit de tenebris lucem ſplēdeſcere: illuxit in cordibꝰ noſtris ad illuminationē ſciētie claritatis dei: in faciē xp̄i ieſu. Habemus autē theſaurū iſtū: in vaſis fictilibus: vt ſublimitas ſit virtutis dei: et non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur: ſed non anguſtiamur. Aporiamur: ſed non deſtituimur. Perſecutionem patimur: ſed nō derelinquimur. Humiliamur: ſed nō cōfundimur. Deijcimur: ſed nō perimꝰ Semper mortificationē ieſu chriſti in corpore noſtro circūferentes vt et vita ieſu in corporibus nr̄is manifeſtet᷑. Scd̄m Matheū. xj.

IN illo tp̄e. Cepit ieſus exprobrare ciuitatibꝰ in quibus facte ſunt plurime virtutes eius: quia nō egiſſent penitentiā Ve tibi corozaim: ve tibi bethſaida. Quia ſi in tyro et ſidone facte eſſent virtutes q̄ facte ſunt in vobis: olim in cinere et cilicio penitētiā egiſſent. Verūtamen dico vobis: tyro et ſydoni remiſſius erit in die iudicij / ꝙ vobis. Et tu capharnaũ: nunquid vſqꝫ in celum exaltaberis? Vſqꝫ in infernũ deſcendes. Quia ſi in ſodomis facte fuiſſent virtutes que facte ſũt in te: forte manſiſſent vſqꝫ in hũc diem. Veruntamen dico vobis: quia terre ſodomorum remiſſius erit in die iudicij / ꝙ tibi.

¶ Dñica. xiij. poſt trini. Officiũ.

Reſpice dñe ĩ teſtamentum tuũ: et aĩas pauperũ tuorũ ne dereliquas in finẽ: exurge domine iudica cauſam tuã: et ne obliuiſcaris voces querẽtium te. P̄s. Vt quid deus repuliſti in finem / iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcue tue. Oratio.

Omnipotẽs et miſericors deus: de cuius munere venit: vt tibi a fidelibꝰ tuis digne et laudabiliter ſeruiatur: tribue nobis queſumus: vt ad ꝓmiſſiones tuas ſine offenſione curramꝰ. Per dñm noſtrũ Ad Galatas. iij.

Fratres. Abrahe dicte ſũt promiſſiones: ⁊ ſemini eiꝰ. Non dicit et ſeminibus / quaſi in multis: ſed quaſi in vno: et ſemini tuo / qui eſt chriſtus. Hoc autẽ dico teſtamentum confirmatũ a deo: que poſt quadringẽtos et triginta annos facta eſt lex / non irritum facit ad euacuandam promiſſionẽ. Nã ſi ex lege eſſet hereditas: iam non ex repromiſſione. Abrahe aũt ꝑ repromiſſionẽ donauit deꝰ. Quid igiť lex? Propter trãſgreſſores poſita eſt: donec veniret ſemẽ: cui promiſerat ordinata per ãgelos ĩ manu mediatoris. Mediator aũt vniꝰ nõ eſt / deꝰ aũt vnꝰ eſt. Lex ergo aduerſꝰ ꝓmiſſa dei? Abſit. Si eñi data eſſet lex ꝙ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcriptura oĩa ſub peccato: vt ꝓmiſſio ex fide ieſu xp̄i: dareť credẽtibꝰ. Gr. Reſpice dñe in teſtamẽtum tuũ: et aĩas pauperũ tuorũ ne obliuiſcaris in finẽ. ℣. Exurge dñe ⁊ iudica cauſam tuã: memor eſto opprobrii ſeruorũ tuorũ. Alla. ℣. Qm̄ deus magnus dñs: et rex magnus ſuper omnẽ terram.

¶ Secundum Lucam. I.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico eñi vobis: ꝙ multi prophete et reges voluerũt videre que vos videtis et non viderũt: et audire que auditis et non audierũt. Et ecce quidam legiſperitus: ſurrexit temptans illũ et dicẽs. Magiſter: quid faciẽdo vitam eternã poſſidebo? At ille dixit ad eũ. In lege quid ſcriptũ eſt? Quomodo legis [illegible] autem reſpondẽs / dixit. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo et ex tota anima tua: et ex omnibus viribus tuis: et ex omni mente tua: et proximũ tuũ ſicut teipſum. Dixitqꝫ illi. Recte reſpondiſti. Hoc fac / et viues. Ille autẽ volens iuſtificare ſeipſũ: dixit ad ieſum. Et quis eſt meus proximꝰ? Suſpiciens autẽ ieſus / dixit. Homo quidã deſcẽdebat ab hieruſalem in hierico: et incidit in latrones. Qui etiã deſpoliauerũt eũ: et plagis impoſitis abierũt / ſemiuiuo relicto. Accidit autem vt ſa cerdos quidā deſcēderet eadē via et viſo illo preteriijt. Similiter et leuita cum eſſet ſecus locū ⁊ videret eum: pertranſijt. Samaritanus autē quidam iter faciens/ venit ſecus eū: et videns eum/ miſericordia motꝰ eſt. Et appropians alligauit vulnera eius: infundēs oleum et vinū. Et imponens illū in iumentum ſuum: duxit in ſtabulum: et curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios: et dedit ſtabulario/ et ait. Curam illius habe/ et quodcunqȝ ſupererogaueris: ego cum rediero reddā tibi. Quis horum trium videt̄ tibi proximus fuiſſe: illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit miſericordiā in illū. Et ait illi ieſus. Vade ⁊ tu fac ſiliter. Offer. In te ſperaui dn̄e: dixi tu es deꝰ meꝰ in manibꝰ tuis tēpora mea. Secre.

Hoſtias q̄s dn̄e ꝓpicius intēde/ quas ſacris altaribꝰ exhibemꝰ: vt nobis indulgentiā largiendo/ tuo noī dent honorem. Per. Cōio. Panē de celo dediſti nobis dn̄e: habentē omne delectamētū/ et oēm ſaporē ſuauitatis. Poſtcōio.

Viuificet nos q̄s dn̄e huiꝰ participatio ſancta myſterij: et pariter nobis expiationem tribuat et munimē. Per dominū noſtrū ieſū chriſtū. ¶ Feria. iiij. Ad Theſſalonicenſes. prime. ij.

Fratres. Memores eſtote laboris nr̄orū et fatigationū noctē ⁊ die operātes: ne quē veſtrū grauaremꝰ. Predicauimꝰ enim in vobis: euāgeliū dei. Vos enī teſtes eſtis et deus: q̄ ſācte et iuſte ⁊ ſine querela: vobis q̄ credidiſtis affuimꝰ ſicut ſitis: qualiter vnūquēqȝ veſtrum: tanq̄ pater filios ſuos deprecātes vos ⁊ cōſolantes teſtificati ſumꝰ/ vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in regnum ſuū et gloriā. Ideo et nos gratias agimꝰ deo ſine intermiſſione: quoniam cum accepiſſetis a nobis verbum auditꝰ dei: accepiſtis illud nō vt verbum hominum/ ſed ſicut eſt vere verbū dei: qui operat̄ in vobis q̄ credidiſtis

¶ Secundum Matheum. xij.

In illo tp̄e. Abeuntes phariſei cōciliū faciebāt aduerſus ieſū: quomodo eū perderent. Jeſus autē ſciēs: receſſit inde. Et ſecuti ſūt eū multi: et curauit eos oēs: et precepit eis ne manifeſtū eum facerēt: vt adimpleret̄ quod dictū eſt per iſaiā prophetā dicentem. Ecce puer meꝰ quē elegi: dilectus meus: in quo bene complacuit anīe mee. Ponā ſpiritū meū ſuper eū: et iudicium gētibus nūciabit. Non contēdet neqȝ clamabit: neqȝ audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinē quaſſatā non cōfringet: et linū fumigans nō extinguet: donec eijciat ad victoriā iudiciū: et in nomine eius gentes ſperabūt. ¶ Dn̄ica. xiiij. poſt trinitatē. Ad miſſā Officiū.

Protector nr̄ aſpice deꝰ/ et reſpice in faciē xp̄i tui: quia melior ē dies vna in atrijs tuis ſup milia. Ps. Quā dilecta tabernacula tua domine virtutum: cōcupiſcit et deficit anima mea in atria domini. Oratio.

Dñica. xiiij. poſt trinitatē.

OMnipotēs ſempiterne deus: da nobis fidei ſpei ⁊ caritatis augmentum: ⁊ vt mereamur aſſequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per d.

Ad galathas. v.

FRatres. Spiritu ambulate: ⁊ deſideria carnis nō ꝑficietis. Caro eni cōcupiſcit aduerſus ſpiritū: ſpirit⁹ aūt aduerſus carnē. Hec eni ſibi inuicē aduerſātur: vt nō quecūqꝫ vultis/ illa faciatis. Qđ ſi ſpū ducemini: nō eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt aūt opera carnis: q̄ ſūt fornicatio/ immūdicia/ auaritia/ īpudicitia/ luxuria/ idoloꝝ ſeruit⁹/ veneficia/ īimicitie/ contētiones/ emulatiōes/ ire rixe/ diſſētiones/ ſecte/ inuidie/ homicidia/ ebrietates/ comeſſationes: et his ſimilia. Que p̄dico vobis ſicut p̄dixi: quoniā qui talia agunt: regnū dei non cōſequent. Fructus autem ſpūs eſt: caritas gaudiū/ pax/ patientia/ longanimitas/ bonitas/ benignitas/ māſuetudo/ fides/ modeſtia/ continētia/ caſtitas. Aduerſus huiuſcemodi: nō eſt lex. Qui aūt ſūt xp̄i: carnē ſuam crucifixerūt: cū vicijs et concupiſcētijs. Gr. Bonum eſt confiteri dño: et pſallere nomini tuo altiſſime. V. Ad annūciandū mane miām tuā: ⁊ veritatē tuā per noctē. Alla. V. Cōfitemini dño ⁊ inuocate nomē eius: annūciate īter gētes opera eius. ¶ Scdm Lucam. xvij.

INillo tempore. Cum iret ieſus in hieruſalem: tranſibat per mediā ſamariam ⁊ galileam. Et cū ingrederetur quoddam caſtellū: occurrerunt ei decē viri leproſi. Qui ſteterūt a longe et leuauerūt vocē dicentes. Jeſu preceptor miſerere noſtri. Quos vt vidit/ dixit. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent: mūdati ſunt. Unus autem ex illis vt vidit q̄a mūdatus eſt: regreſſus eſt cū magna voce magnificās deum. Et cecidit in faciē ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat ſamaritanus. Reſpōdens autē ieſus: dixit. Nonne decem mūdati ſūt: et nouē vbi ſūt? Nō eſt inuētus qui rediret et daret gloriam deo: niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge et vade: q̄a fides tua te ſaluū fecit. Offr. Inmittit angelū dñs ī circuitu timētiū eū/ ⁊ eripiet eos: guſtate ⁊ videte quoniā ſuauis eſt dominus. Secreta.

PRopiciare dñe populo tuo propiciare muneribus: vt hac oblatione placatus: ⁊ indulgentiā nobis tribuas/ et poſtulata cōcedas. Per. Cōio. Panis quē ego dedero/ caro mea eſt pro ſcli vita. Poſtcōio.

SUmptis dñe celeſtibus ſacramētis: ad redemptionis eterne q̄ſumus proficiamus augmentū. Per. ¶ Feria. iiij. Ad Corinthios. ij. vj.

FRatres. Nolite iugū ducere cum infidelibus: ſed cū fidelib⁹. Que enim participatio iuſticie cum īiquitate: aut que ſocietas luci ad tenebras? Que autem cōuētio chriſti ad belial? Aut que pars fideli cū infideli? Quis autē conſenſus tēplo dei cum idolis? Vos autē eſtis templū dei viui: ſicut dicit deus. Quoniā inhabitabo in illis: ⁊ inambulabo inter eos: et ero illorum deus/ et ipsi erunt michi populus. Propter qđ exite de medio eorū: et separamini dicit dñs. Vos qui portatis vasa dñi: et immundū ne tetigeritis. Et ego recipiam vos/ et ero vobis in patrē: et vos eritis michi in filios et filias / dicit dñs oīpotens. Has igitur promissiones habentes carissimi: mundemus nos ab omni inquinamēto carnis et spiritus: perficiētes sanctificationē: in timore dei. Scđm Lucā. xij.

IN illo tēpore. Ait ad iesum quidā de turba. Magister dic fratri meo: vt diuidat mecum hereditatē. At ille dixit ei. Homo quis me cōstituit iudicē / aut diuisorē supra vos? Dixitq̄ ad illos. Videte et cauete ab omni auaricia: q̄a nō in habūdantia cuiusq̄ vita eius est: ex his que possidet. Dixit aūt similitudinē ad illū: dicens. Hoīs cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam q̄ nō habeo: quo cōgregē fructus meos? Et dixit. Hoc faciā. Destruam horrea mea/ et maiora faciā: et illuc cōgregabo oīa que nata sūt michi: et bona mea/ et dicā anime mee. Anima/ habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce/ comede/ bibe/ et epulare. Dixit autē illi deus. Stulte/ hac nocte animā tuā repetēt a te: q̄ autē parasti/ cuiꝰ erūt? Sic est qui sibi thesaurizat: et non est in deum diues. Dixitq̄ ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse aīe vestre qđ manducetis neq̄ corpori vestro / qđ induamini. Aīa plus est q̄ esca: et corpus plusq̄ vestimentum. Cōsiderate coruos: q̄a non seminānt/ neq̄ metunt: quibus nō est cellariū / neq̄ horreum: et deus pascit illos.

¶ Dñica. xv. post trini. Officiū.

INclina domine aurem tuā ad me/ et exaudi me: saluū fac seruū tuum deus meus sperantē in te: miserere michi dñe/ quoniā ad te clamaui tota die. Ps. Letifica animā serui tui: q̄m ad te dñe aīaꝫ meā leuaui. Orō

CVstodi q̄s dñe ecclesiā tuā propiciatione perpetua: et quia sine te labit̄ humana mortalitas: tuis semp auxilijs et abstrahat̄ a noxijs / et ad salutaria dirigat̄. Per. Ad Galathas. vj.

FRatres. Si spiritu viuimus/ spū et ambulemus. Non efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē prouocātes: inuicē inuidētes. Fratres: et si preoccupatus fuerit homo ī aliquo delicto: vos qui spirituales estis / huiuscemodi instruite in spū lenitatis. Cōsiderans teipsū: ne et tu tēpteris. Alter alteriꝰ onera portate: et sic adimplebitis legē christi. Nā si quis existimat se aliquid esse cū nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisq̄: et sic in semetipso tātū gloriam habebit et nō in altero. Vnusquisq̄ enī onus suū portabit. Communicet autē is: qui cathezizat̄ verbo: ei q̄ se cathezizat in oībus bonis. Nolite errare: deus nō irridet̄. Que enī seminauerit homo: hec et metet. Qñ qui ſeminat in carne ſua de carne et metet coꝛruptionem. Qui aũt ſeminat in ſpũ: de ſpiritu metet vitã eternã. Bonũ autẽ faciẽtes nõ deficiamꝰ: tp̃e eñi ſuo metemꝰ: nõ deficientes. Ergo dũ tẽpꝰ habemꝰ: operemur bonũ ad oẽs. Maxime aũt: ad domeſticos fidei. Gꝛ. Bonũ eſt cõfidere in dño: ꝙ cõfidere in hoie. ℣. Bonũ eſt ſperare ĩ dño: ꝙ ſperare ĩ pꝛĩcipibꝰ. Alla. ℣. Paratũ coꝛ meũ deus paratũ coꝛ meũ: cantabo et pſallam tibi in gl̃ia mea.

Scd̃m Matheum. vj.

In illo tẽpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Aut eñi vnum odio habebit et alterũ diliget: aut vnũ ſuſtinebit/ et alterũ contẽnet. Nõ poteſtis deo ſeruire et mammone. Ideo dico vobis/ ne ſolliciti ſitis aĩe veſtre ꝗd manducetis: neqꝫ coꝛpoꝛi veſtro/ ꝗd induamini. Nonne aĩa plus eſt/ ꝙ eſca: et coꝛpus/ plus ꝙ veſtimẽtũ? Reſpicite volatilia celi: quoniam non ſerunt/ neqꝫ metũt: neqꝫ congregãt in hoꝛrea: et pater veſter celeſtis paſcit illa. Nõne vos magis pluris eſtis illis? Quis autẽ veſtrũ cogitãs/ poteſt adijcere ad ſtaturã ſuã cubitũ vnũ? Et de veſtimẽto ꝗd ſolliciti eſtis? Cõſiderate lilia agri: quomodo creſcũt. Nõ laboꝛãt/ neqꝫ nent. Dico autem vobis: quoniã nec ſalomon in omni gloꝛia ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autẽ fenũ agri qꝺ hodie eſt/ et cras in clibanum mittit̃ deus ſic veſtit: ꝗto magis vos minime fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe dicẽtes: ꝗd manducabimus: aut ꝗd bibemꝰ: aut quo operiemur? Hec eñi oĩa gentes inquirũt. Scit enim pater veſter: ꝗa his oĩbus indigetis. Querite ergo pꝛimũ regnũ dei et iuſticiã eius: et hec oĩa adijcientur vobis. Offꝛ. Expectãs expectaui dñ et reſpexit me: ⁊ exaudiuit depꝛecationẽ meã et imiſit in os meũ cãticũ nouum: hymnũ deo noſtro. Secreta.

Concede nobis dñe q̃s: vt hec oblatio ſalutaris/ et noſtroꝝ fiat purgatio pctõꝝ: ⁊ tue ꝓpiciatio pietatis. Per. Cõio. Qui mãducat carnẽ meã: et bibit ſãguinẽ meũ: ĩ me manet et ego ĩ eo dicit dñs.

Purificẽt ſemper Poſtcõio ⁊ muniãt tua ſacramenta nos deus: et ad perpetue ducant ſaluationis effectum. Per dñm.

Feria.iiij. Ad Timotheũ. j.

Cariſſime. Scimus autem quia bona [illegible] ſi qs ea legitime vtat̃. Sci[illegible] iuſto nõ eſt lex poſita: ſe[illegible] [illegible] ſubditis: impijs et pctõ[illegible] [illegible]leratis et cõtaminatis: patr[illegible] et matricidis: homicidis: fo[illegible]rijs: maſculoꝝ cõcubitoꝛibꝰ: plagiarijs: mendacibus: et periuris. Et ſi quid aliud ſane doctrine aduerſat̃: que eſt ſcd̃m euãgeliũ glorie beati dei/ qꝺ creditũ eſt mihi. Gratias ago ei: q me confoꝛtauit in chꝛiſto ieſu dño noſtro: quia fidelẽ me exiſtimauit ponẽs in miniſterio: qui pꝛꝰ fui blaſphemꝰ: et perſecutoꝛ/ et contumelioſus. Sed miſericoꝛdiã dei conſecutus ſum: ꝗa ignoꝛãs feci in incredulitate. Superabundauit autẽ gratia dñi noſtri cũ fide ⁊ dilectione:

que eſt in chriſto ieſu dño noſtro.

¶ Secundum Lucam. xx.

IN illo tẽpore. Factũ eſt in vna dierũ: docente ieſu populũ in tẽplo/ et euãgelizãte: conuenerũt principes ſacerdotum et ſcribe cũ ſenioribus: et aiunt dicẽtes ad illũ. Dic nobis in qua poteſtate hec facis: aut quis eſt qui dedit tibi hanc poteſtatẽ. Reſpõdens autem ieſus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnũ ſermonẽ: reſpõdete michi. Baptiſmus iohannis de celo erat: an ex hoībus? At illi cogitabant intra ſe dicẽtes. Quia ſi dixerim⁹ de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidiſtis illi. Si autẽ dixerim⁹ ex hoībus plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi ſunt eni iohãnem prophetã eſſe. Et reſponderũt ſe neſcire vnde eſſet. Et ieſus ait illis. Neq₃ ego dico vobis: in qua poteſtate hec facio. ¶ Dñica. xvj. poſt trinitatẽ. Ad miſſam Offiñ.

MIſerere michi dñe quoniam ad te clamaui tota die: quia tu domine ſuauis ac mitis es: et copioſus in miſericordia/ oībus inuocãtibus te. Ps. Inclina dñe aurẽ tuam et exaudi me: qñ inops et pauper ſũ ego. Oratio

ECcleſiam tuã q̃s dñe: miſeratio cõtinuata mundet et muniat: et quia ſine te nõ poteſt ſalua cõſiſtere/ tuo ſemp munere gubernet. Per d. Ad Epheſios iij.

FRatres. Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis p vobis: que eſt gloria veſtra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nři ieſu chriſti: ex quo oīs paternitas in celis et in terra noīatur. Ut det vobis ſcđm diuitias glorie ſue virtutem corroborari: per ſpiritũ eius in interiori hoīe chriſtũ habitare per fidẽ in cordib⁹ veſtris. In caritate radicati et fundati: vt poſſitis cõprehendere cum oībus ſanctis que ſit latitudo/ longitudo/ et ſublimitas/ et profũdum. Scire etiã ſupereminentẽ ſcientie caritatẽ chriſti: vt impleamini in omnem plenitudinẽ dei. Ei autẽ qui potens eſt oīa facere ſuperabundanter q̃ petimus/ aut intelligimus: ſcđm virtutẽ que operat̃ in nobis. Ipſi gloria in eccleſia et in chriſto ieſu: in oēs generationes: ſeculi ſeculorum amen. Gr. Timebunt gentes nomen tuum dñe: et omnes reges terre gloriã tuam. ℣. Quoniã edificauit dñs ſyon: et videbit in maieſtate ſua. Alleluya. ℣. Qui timẽt dominum ſperent in eum adiutor et protector eorum eſt.

¶ Secundum Lucam. vij.

IN illo tpe. Ibat ieſus in ciuitatẽ que vocatur naim: et ibant cũ eo diſcipuli eius et turba copioſa. Cum autẽ appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebat̃ filius vnicus matris ſue. Et hec vidua erat: et turba ciuitatis multa cum illa. Quã cũ vidiſſet dñs: miſericordia motus ſuper eã/ dixit illi. Noli flere. Et acceſſit ⁊ tetigit loculũ. Hi autem qui portabãt: ſteterũt. Et ait Adoleſcẽs: tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuus/ et cepit lo qui: et dedit illũ matri ſue. Accepit autẽ oẽs timoꝛ: et magnificabant deũ dicentes. Quia ꝓpheta magnus ſurrexit in nobis: et q̃a deus viſitauit plebẽ ſuam. Offr. Dñe in auxiliũ meũ reſpice: confũdãtur et reuereant̃ qui querunt aĩam meam vt auferant eam. Secreta.

TUa nos dñe q̃s ſacramenta cuſtodiant: ⁊ cõtra diabolicos tueant̃ ſemper incurſus. Per. Cõio. Dñe memoꝛaboꝛ iuſticie tue ſolius: de⁹ docuiſti me a iuuẽtute mea: et vſq; in ſenectã et ſenium deus ne derelinquas me. Poſtcõio.

MEntes noſtras et coꝛpoꝛa poſſideat q̃s dñe doni celeſtis operatio: vt non noſter ſenſ⁹ in nobis: ſed iugiter eius pꝛeueniat effectus. Per. ¶ Feria. iiij.

Ad Coloſſenſes. ij.

FRatres. Videte ne q̃s vos decipiat per philoſophiã/ et inanẽ fallaciã ſcḋm traditionẽ hoim: ſcḋm elemẽta mũdi/ ⁊ non ſcḋm chꝛiſtũ. Quia in ipſo inhabitat oĩs plenitudo diuinitatis coꝛpoꝛaliter et eſtis in illo repleti qui eſt caput oĩs pꝛincipat⁹ et poteſtatis. In quo ⁊ circunciſi eſtis cicũciſione nõ manufacta / in expoliatione coꝛpoꝛis carnis: ſed in circunciſione chꝛiſti. Cõſepulti ei in baptiſmo: ĩ quo ⁊ reſurrexiſtis per fidẽ operationis dei q̃ ſuſcitauit illũ a moꝛtuis. Et vos cũ eſſetis moꝛtui in delictis et pꝛeputio carnis veſtre: conuiuificauit cũ illo donans vobis oĩa delicta. Per ieſum chꝛiſtum: dominũ noſtrũ.

¶ Scḋm Marcum. viij.

IN illo tẽpoꝛe. Venit ieſus bethſaidã: ⁊ adducũt ei cecũ: ⁊ rogabant eum vt illũ tangeret. Et appꝛehenſa manu ceci: eduxit eũ extra vicum. Et expuẽs in oculis eius impoſitis manibus ſuis: interrogauit eũ ſi quid videret. Et aſpiciens ait. Video hoĩes velut arboꝛes ambulãtes. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius: ⁊ cepit videre/ ⁊ reſtitut⁹ eſt ita vt videret clare oĩa. Et miſit illũ in domũ ſuam dicẽs. Vade in domũ tuam: ⁊ ſi in vicũ introieris: nemini dixeris.

¶ Dñica. xvii. poſt trini. Officiũ

IUſtus es dñe ⁊ rectum iudiciũ tuũ: fac cum ſeruo tuo ſcḋm miãm tuã. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oꝛatio.

TUa nos dñe q̃s gr̃a ſemp̃ et p̃ueniat ⁊ ſequat̃: ac bonis operib⁹ iugiter pꝛeſtet eſſe intentos. Per do. Ad Epheſios. iiij.

FRatres. Obſecro vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis cum oĩ humilitate ⁊ mãſuetudine: cũ paciẽtia ſuppoꝛtantes inuicẽ in caritate: ſolliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs ĩ viculo pacis. Unũ coꝛp⁹ ⁊ vn⁹ ſpũs: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis vr̃e. Unus dñs: vna fides: vnum baptiſma. Un⁹ deus ⁊ pater oĩm: q̃ eſt ſuper oẽs/ ⁊ per oĩa/ et in oĩbus nobis/ q̃ eſt bñdict⁹: in ſecla ſecloꝝ amẽ. Gr. Beata gens cuius eſt dñs de⁹ eoꝝ: populus quẽ elegit dñs in hereditatem ſibi. V. Verbo domini celi firma ti ſunt: et ſpiritu oꝛis eius oīs virtus eoꝛū. Alla. ℣ Dextera dñi fecit virtutem: dextera domini exaltauit me.

¶ Secundum Lucam. xiiij.

IN illo tpe. Cum introiſſet ieſus ī domū cuiuſdā pꝛincipis phariſeoꝛū ſabbato mādu-care panē: ⁊ ipſi obſeruabant eū. Et ecce homo quidam idꝛopicus erat ante illum. Et reſpōdens ieſus: dixit ad legiſperitos et phariſeos dicēs. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerūt. Ipſe vero appꝛehenſū / ſanauit eū: ac dimiſit. Et reſpondēs ad illos dixit. Cuiꝰ veſtrū aſinꝰ aut bos in puteū cadet: ⁊ non continuo extrahet illū die ſabbati? Et non poterant ad hec reſpondere illi. Dicebat autē et ad inuitatos parabolā: intendens quomodo pꝛimos accubitꝰ eligerent dicēs ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias: non diſcūbas in pꝛimo loco: ne foꝛte honoratioꝛ te ſit inuitatꝰ ab illo: et veniens is qui te et illū vocauit: dicat tibi: da huic locū. Et tunc incipias cum ruboꝛe: nouiſſimū locū tenere. Sed cum vocatus fueris / vade recūbe ī nouiſſimo loco: vt cū venerit qui te inuitauit / dicat tibi. Amice: aſcēde ſuperiꝰ. Tūc erit tibi glīa: coꝛā ſimul diſcūbētibus. Quia oīs q̄ ſe exaltat / humiliabit̄: et q̄ ſe humiliat / exaltabit̄. Offꝛ. Oꝛaui deū meū ego daniel dicēs: exaudi dñe pꝛeces ſerui tui: illuīa faciē tuā ſuper ſanctuariū tuū: et pꝛopicius intende populū iſtū / ſuper quē inuocatū eſt nomē tuū deus. Secre.

MVnda nos queſumus dñe ſacrificij pꝛeſentis effectu: et perfice miſeratus in nobis: vt eius mereamur eſſe ꝑticipes. Per. Cōio. Vouete et reddite dño deo veſtro oēs qui ī circuitu eiꝰ offertis munera: terribili et ei qui aufert ſpiū pꝛincipū: terribili apud oēs reges terre.

PVrifica dñe q̄s mē Poſtcō. tes nr̄as benignꝰ / et renoua celeſtibus ſacramētis: vt cōſequētur et coꝛpoꝛū pꝛeſens pariter et futurū capiamus auxiliū. Per.

¶ Feria. iiij. Epl'a Si enim vnius. et Euange. Cum veniſſet ieſus et diſcipuli. Require in. iiij. feria poſt dñicam. xxiij. ¶ Dominica. xviij. poſt trinita. Officiū.

DA pacem dñe ſuſtinētibus te / vt pꝛophete tui fideles inueniātur: exaudi pꝛeces ſerui tui / et plebis tue iſrl̄. Ps. Letatꝰ ſum in his que dicta ſūt mihi in domū domini ibimus. Oꝛatio.

DA q̄s dñe populo tuo diabolica vitare contagia: et te ſolum deum pura mēte ſectari. Per. Ad Coꝛinthios. pꝛime. j.

FRatres. Gratias ago deo meo ſemper pꝛo vobis in gratia dei q̄ data eſt vobis in xp̄o ieſu. Quia in oībus diuites facti eſtis in illo: in oī verbo et in omni ſciētia: ſicut teſtimoniū xp̄i cōfirmatū eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gr̄a: expectātibꝰ reuelationē dñi nr̄i ieſu xp̄i. Qui et cōfirmabit vos vſq; in finē ſine crimine in die aduentꝰ: dñi nr̄i ieſu chꝛiſti. Gr. Letatꝰ ſū in que dicta ſūt michi: in domū dñi ibimꝰ. ℣. Fiat pax in virtute tua: et abūdātia in turribꝰ tuis. Alleluya. ℣ Letatus ſum in his que dicta ſunt michi: in domũ dñi ibimꝰ. ℣ Stantes erãt pedes noſtri: in atriis tuis hieruſalẽ. Iſti duo ℣. dicũtur per ebdomadam alternis vicibꝰ: ita tñ ꝙ ℣ꝰ. Stantes. pꝛimo dicitꝛ quãdo de feria agitꝛ. Et ſi nulla feria per hãc ebdo. ad hoc vacauerit: tunc vltimus ℣. eo anno oĩno pꝛetermittatur. ¶ Secũdm Matheum. xxij.

In illo tp̄e. Acceſſerũt ad ieſum phariſei: et interrogauit eum vnꝰ ex eis legiſdoctoꝛ tẽptans eũ. Magiſter: quod eſt mãdatum magnum in lege? Ait illi ieſus. Diliges dñm deum tuũ ex toto coꝛde tuo: et in tota aĩa tua: et in tota mẽte tua. Hoc eſt maximum et pꝛimũ mandatũ. Secũdum autem / ſimile eſt huic. Diliges pꝛoximũ tuũ / ſicut teipſum. In his duobꝰ mãdatis: vniuerſa lex pẽdet et pꝛophete. Cõgregatis autẽ phariſeis: interrogauit eos ieſus dicẽs. Quid vobis videtur de chꝛiſto / cuius filius eſt? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in ſpũ vocat eum dñm dicens. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. donec ponã inimicos tuos: ſcabellũ pedũ tuorum. Si ergo dauid vocat eum dñm: quomodo filius eiꝰ eſt? Et nemo poterat reſpõdere ei ꝟbum neqꝫ auſꝰ fuit quiſq̃ ex illo die: eũ ampliꝰ interrogare. Offr. Sãctificauit moyſes altare dño / offerẽs ſuper illud holocauſta: et immolans victimã fecit ſacrificium veſpertinũ: in odoꝛem ſuauitatis domino deo in cõſpectu filioꝛum iſrael. Secreta.

Maieſtatẽ tuã dñe ſuppliciter depꝛecamur: vt hec ſãcta q̄ gerimꝰ: ⁊ a pꝛeteritis delictis nos exuant ⁊ futuris. Per. Cõio. Tollite hoſtias et introite in atria eiꝰ: adorate dominum in aula ſancta eius.

Sanctificationibꝰ Poſtcõ. tuis q̄s oĩpotens deꝰ: et vicia noſtra curentꝛ / et remedia nobis eterna pꝛoueniãt. Per. ¶ Feria. iiij. Ad romanos. xv.

Fratres. Obſecro vos per dñm noſtrũ ieſum chꝛiſtũ et per caritatẽ ſancti ſpũs: vt adiuuetis me in oꝛationibus veſtris pro me ad deum: vt liberer ab infidelibꝰ qui ſunt in iudea: et obſequij mei oblatio fiat accepta i hieroſolima ſãctis: vt veniã ad vos in gaudio per volũtatem dei / vt refrigerer vobiſcũ. Deus autem pacis: ſit cum oĩbus vobis amẽ. ¶ Secundum Matheum. xiij.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolã hanc. Simile factũ eſt regnũ celoꝝ grano ſinapis: quod accipiẽs homo ſeminauit in agro ſuo / qđ minimum eſt oĩbus ſeminibus. Cum autem creuerit: maius eſt oĩbus oleribus. Et fit arboꝛ: ita vt volucres celi veniant / ⁊ habitent in ramis eius. Aliã parabolã locutus eſt eis. Simile eſt regnũ celoꝛum fermẽto: quod acceptũ mulier abſcondit in farine ſatis tribus: donec fermẽtatũ eſt totũ. Hec oĩa locutꝰ eſt ieſus in parabolis ad turbas: et ſine parabolis non loquebatur eis: vt adimpleretꝛ quod dictum eſt per pꝛophetam dicentẽ. Aperiã in parabolis os meum:

eructabo abſconſa: a conſtitutione mũdi. ¶ Dominica. xix. poſt trinitatem. Ad miſſam Officiũ.

SAlus ppl'i ego ſũ dicit dominus: de quacunqꝫ tribulatione clamauerit ad me exaudiam eos ꝛ ero illorum dñs iperpetuũ. ps. Attendite pplẽ meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Oratio.

DIrigat corda noſtra q̃ſumus dñe tue miſerationis operatio: quia tibi ſine te placere non poſſumus. Per dñm noſtrũ.

Ad Epheſios. iiij.

FRatres. Renouamini ſpiritu mẽtis veſtre: et induite nouũ hominẽ qui ſecundũ deum creatꝰ eſt/ in iuſtitia et ſanctitate veritatis. Propter q̃ deponẽtes mendaciũ: loquimini veritatem vnuſquiſqꝫ cum proximo ſuo: quoniã ſumus inuicem mẽbra. Iraſcimini: ꝛ nolite peccare. Sol nõ occidat ſup̱ iracundiã veſtrã. Nolite locum dare diabolo. Qui furabat̃: iam nõ furetur. Magis autẽ laboret operãdo manibꝰ ſuis qđ bonũ ẽ: vt habeat vnde tribuat neceſſitatẽ patiẽti. Gr. Dirigatur oratio mea ſicut incẽſũ i cõſpectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. Alla ℣. Qui cõfidũt in dño ſicut mõs ſyõ nõ cõmouebit̃ in eternũ qui habitat in hierl'm.

¶ Secundum Matheum. ix.

IN illo tp̄e. Aſcẽdẽs ieſus in nauiculã: trãſfretauit ꝛ venit in ciuitatẽ ſuã. Et ecce offerebãt ei paraliticũ iacẽtẽ in lecto. Videns autem ieſus fidẽ illorꝫ: dixit paralitico. Confide fili: remittũtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de ſcribis: dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet ieſus cogitationes eorũ: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere: remittunt̃ tibi peccata tua: an dicere ſurge et ambula? Ut autẽ ſciatis/ q̃a filius hoĩs habet poteſtatẽ in terra dimittendi p̄ctã: tunc ait paralitico. Surge/ tolle lectũ tuũ et vade in domũ tuã. Et ſurrexit: ꝛ abijt in domũ ſuã. Videntes autẽ turbe/ timuerunt. Et glorificauerunt deum: qui dedit poteſtatẽ talem hoĩbus. Offr. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe: et ſuper iram inimicorũ meorum extendes manũ tuã: et ſaluum me fecit dextera tua. Secreta.

DEus qui nos per huius ſacrificij venerãda commercia vnius ſũmeqꝫ diuinitatis participes efficis: p̄ſta q̃s vt ſicut tuam cognoſcimus veritatẽ: ſic eã dignis mẽtibus et moribus aſſequamur. Per. Cõio. Tu mãdaſti mãdata tua cuſtodiri nimis: vtinã dirigãtur vie mee/ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. Poſtcõio

GRatias tibi referimus domine ſacro munere vegetati: tuam miſericordiã deprecantes: vt dignos nos eiꝰ participatione p̄ficias. Per. ¶ Feria. iiij.

Ad teſſalonicenſes. ſcđe. ij.

FRatres. State/ et tenete traditiones quas didiciſtis: ſiue per ſermonẽ/ ſiue per epiſtolã noſtrã. Ipſe autem dñs noſter ieſus chriſtus/ ⁊ deus/ ⁊ pater noſter qui dilexit nos: et dedit cõſolationẽ eternã/ et ſpem bonã in gratia: cõſolet corda veſtra/ et cõfirmet in omni opere et ſermone bono. De cetero fratres orate pro nobis: vt ſermo dñi currat et clarificet vbiqꝫ/ ſicut et apud vos: et vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium eſt fides. Fidelis autem deus eſt: qui confirmabit vos/ et cuſtodiet a malo. Confidimus autem de vobis in dño: quoniã que precipimus: et facitis/ et facietis. Dominus autem dirigat corda ⁊ corpora veſtra: in caritate dei/ et patientia chriſti.

¶ Secundum Matheum. xiij.

IN illo tempore. Acceſſerũt ad ieſum diſcipuli eius dicentes. Ediſſere nobis parabolã zizaniorũ agri. Qui reſpõdens/ ait. Qui ſeminat bonum ſemen: eſt filius hoīs. Ager autẽ/ eſt mũdus. Bonũ vero ſemen: hi ſunt filij regni: zizania autem: filij ſũt neꝙ. Inimicus autẽ qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſſis vero: conſũmatio ſeculi eſt. Meſſores autẽ: angeli dei ſunt. Sicut ergo colligunt zizania/ et igni comburuntur: ſic erit in cõſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos: ⁊ colligẽt de regno eiꝰ omnia ſcandala: et eos qui faciũt iniquitatẽ. Et mittẽt eos in caminum ignis: ibi erit fletus/ et ſtridor dentiũ. Tunc iuſti fulgebũt ſicut ſol: ī regno patris eoꝝ. Qui habet aures audiendi/ audiat.

¶ Dñica .xx. poſt trini. Officiũ.

OMnia q̄ feciſti nobis dñe/ in vero iudicio feciſti: q̄a peccauimꝰ tibi/ ⁊ mãdatis tuis nõ obediuimꝰ: ſed da gloriam nomini tuo: ⁊ fac nobiſcum ſecundũ multitudinẽ miſericordie tue. Ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri ī mõte ſancto eius. Oratio.

OMnipotẽs ⁊ miſericors deus: vniuerſa nobis aduerſantia ꝓpiciatus exclude: vt mente et corpore pariter expediti: que tua ſunt/ liberis mẽtibus exequamur. Per dñm. Ad Epheſios. v.

FRatres. Videte itaqꝫ quomodo caute ãbuletis: non quaſi inſipientes: ſed quaſi ſapientes. Redimentes tẽpus quoniam dies mali ſunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes: ſed intelligentes que ſit volũtas dei. Et nolite inebriari vino/ ī quo eſt luxuria: ſed implemini ſpiritu ſancto: loquentes vobiſmetipſis ī pſalmis/ hymnis/ ⁊ cãticis ſpiritalibꝰ: cantantes et pſallẽtes in cordibus vr̃is dño. Gratias agẽtes ſemꝑ pro oībus in noīe dñi noſtri ieſu chriſti: deo et patri. Subiecti inuicẽ: in timore chriſti. Gr. Oculi oīm in te ſperant dñe et tu das illis eſcã in tempore oportuno. V. Aperis tu manũ tuam: et imples omne animal benedictione. Alla. V. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. ¶ Secũdũ Matheũ. xxij.

IN illo tp̄e. Loquebatur ieſus cũ diſcipulis ſuis in parabolis dicẽs. Simile factũ eſt re gnum celorũ homini regi/ qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias/ et nolebãt venire. Iterum miſit alios ſeruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandiũ meũ paraui: tauri mei ⁊ altilia occiſa ſũt et oĩa parata/ venite ad nuptias. Illi autẽ neglexerũt. Et abierũt alius in villã ſuã: alius vero ad negotiationẽ ſuã. Reliqui vero/ tenuerũt ſeruos eius: et contumelijs affectos occiderũt. Rex autẽ cum audiſſet iratus eſt: et miſſis exercitibꝰ ſuis/ ꝑdidit homicidas illos: et ciuitatẽ illorum ſuccẽdit. Tũc ait ſeruis ſuis. Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui inuitati erãt non fuerũt digni. Ite ergo ad exitus viarũ: et quoſcũqꝫ inueneritis/ vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias: cõgregauerunt omnes quos inuenerũt bonos et malos: et ĩplete ſũt nuptie diſcũbentiũ. Intrauit autem rex vt videret diſcũbentes: et vidit ibi hoiem nõ veſtitũ veſte nuptiali: et ait illi. Amice: quomodo huc ĩtraſti non habẽs veſtẽ nuptialẽ? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris. Ligatis manibus ⁊ pedibꝰ eiꝰ: mittite eũ in tenebras exteriores. Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dẽtiũ. Multi eñi ſunt vocati: pauci vero electi. Offr. Super flumina babilonis illic ſedimus et fleuimꝰ: dum recordaremur tui ſyon. Secreta.

Hec munera q̃s dñe que oculis tue maieſtat' offerimꝰ: ſalutaria nobis eſſe cõcede. Per d̃. Cõio. Memẽto verbi tui ſeruo tuo dñe: in quo mihi ſpem dediſti. Hec me cõſolata eſt ĩ hũilitate mea. Poſtcõ.

Tua nos domine medicinalis oꝑatio/ et a noſtris peruerſitatibus clementer expediat: et tuis ſemper faciat inherere mandatis. Per.

¶ Feria. iiij
Ad Timotheum ſecunde. ij.

Cariſſime. Cõfortare ĩ gratia que data eſt tibi in chriſto ieſu: et q̃ audiſti a me per multos teſtes. Hec commenda fidelibus hominibus: qui idonei erunt et alios docere. Labora ſicut bonus miles chriſti ieſu. Nemo militãs deo/ implicat ſe negocijs ſecularibus: vt ei placeat/ cui ſe probauit. Nam et qui certat in agone nõ coronabitur: niſi qui legitime certauerit. Laborantẽ agricolam: oportet primum de fructibus percipere. Intellige que dico/ dabit enim tibi dominus: in omnibus intellectum

¶ Secundum Lucam xiiij.

In illo tempore. Dicebat ieſus cuidam principi phariſeorum. Cum facis prandiũ/ aut cenam. noli vocare amicos tuos: neqꝫ fratres tuos: neqꝫ cognatos: neqꝫ vicinos: neqꝫ diuites: ne forte et ipſi te reinuitent/ ⁊ fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium: voca pauperes/ debiles/ claudos/ et cecos: et beatus eris/ q̃a nõ habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi/ in reſurrectione iuſtorum. Hec cum audiſſet quidã de ſimul diſcumbentibus: dixit illi. Beatus qui manducabit panem in regno dei.

¶ Dominica. xxi. poſt trinitatẽ.
Ad miſſam. Officium.

Dñica. xxj. post trinitatē.

In voluntate tua dñe vniuersa sũt posita: ⁊ nõ est qui possit resistere voluntati tue. tu enī fecisti oīa: celũ / et terrā / et vniuersa que celi ambitu continent: dñs vniuersorũ tu es. Ps. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio

Largire q̃s dñe fidelib9 tuis / indulgentiā placatus et pacē: vt pariter ab oībus mundent offēsis / et secura tibi mēte deseruiant. Per. Ad Ephesios. vj.

Fratres. Confortamini in dño: et in potētia virtutis eius. Induite vos armaturā dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. q̃m non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē: sed aduers9 prīcipes et potestates / aduersus mūdi rectores tenebraꝝ haꝝ / cōtra spiritalia nequitie in celestib9. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere in die malo: et in oībus ꝑfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate / et induti loricam iusticie: et calciati pedes in p̄parationem euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: et gladium spiritus: quod est verbum dei. Gr. Dñe refugiū factus es nobis: a generatiōe et progenie. ℣. Priusq̃ mōtes fierent aut formaretur terra et orbis: a seculo et in seculum tu es deus Alleluya. ℣. Lauda anima mea dñm: laudabo dominū in vita mea: psallam deo meo q̃diu ero.

¶ Secundum Johannem iiij

In illo tēpore. Erat quidā regulus: cuius filius infirmabat capharnaū. Hic cū audisset: q2a iesus adueniret a iudea in galileā: abijt ad eū / ⁊ rogabat eū vt descēderet / ⁊ sanaret filiū eius. Incipiebat enī mori. Dixit ergo ies9 ad eum. Nisi signa ⁊ pdigia videritis: nō creditis. Dixit ad eū regul9. Dñe: descēde priusq̃ moriat filius me9. Dixit ei iesus. Vade fil9 tuus viuit. Credidit homo sermoni quē dixerat ei ies9: ⁊ ibat. Iam aūt eo descēdēte: serui occurrerūt ei / et nūciauerūt dicētes: q2a filius eius viueret. Interrogabat ergo horā ab eis: in qua meli9 habuerat. Et dixerunt ei / q2a heri hora septima reliq̄t eum febris. Cognouit ergo pater: quia illa hora erat / in qua dixit ei iesus: fil9 tuus viuit: et credidit ipse: ⁊ domus ei9 tota. Offr. Vir erat in terra nomie iob: simplex ⁊ rect9 ac timēs deū quē sathā petiit vt tēptaret: et data est ei potestas a dño / in facultate et in carne eius: perdiditq3 oēm substātiā ipsius et filios: carnē quoq3 eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Celestē nobis pbeāt hec mysteria q̃s dñe medicinā ⁊ vitia cordis nři expurgēt Per. Cōo. In salutari tuo aīa mea / et in verbū tuū speraui: quando facies de persequentib9 me iudiciū: iniqui persecu sūt me / adiuua me dñe deus meus.

Vt sacris domine Postcō. reddamur digni muneribus: fac nos q̃sumus / tuis semꝑ obedire mandatis. Per dominū noſtrũ ieſum chꝛiſtũ. ¶ Feria.iiij

Ad Theſſalonicenſes. pꝛime.j.

FRatres. Sciẽtes dilecti a deo dilectionẽ veſtrã: q̄a euangeliũ noſtrũ non fuit apud vos in ſermone tantũ: ſed in virtute et in ſpũ ſancto: et in plenitudine multa/ſicut ſitis quales fuerimus in vobis pꝛopter vos. Et vos imitatoꝛes mei facti eſtis et dñi: excipientes verbũ in tribulatione multa/cũ gaudio ſpũs ſancti. Ita vt facti ſitis foꝛma oībus credentibus: in macedonia/et in achaia. A vobis eni diffamatus eſt ſermo dñi/ nõ ſolũ in macedonia et in achaia: ſed in oī loco fides veſtra q̄ eſt ad deũ ꝓfecta eſt: ita vt non ſit nobis neceſſe quicq̄ loqui. Ipſi eni de nobis annũciant qualẽ introitũ habuerimus ad vos: et quomodo cõuerſi eſtis ad dñm/a ſimulacris ſeruire deo viuo et vero: ⁊ expectare filiũ eius de celis. Quem ſuſcitauit ex moꝛtuis: ieſum chꝛiſtũ dñm noſtrum

¶ Secundum Lucam. vi.

IN illo tpe. Factũ eſt vt intraret ieſus in ſynagogã et doceret/et erat ibi homo: et manus eiꝰ dextra erat arida. Obſeruabãt autẽ ſcribe et phariſei/ſi in ſabbato curaret: vt inuenirẽt vnde accuſarent illũ. Ipſe vero ſciebat cogitationes eoꝝ: et ait hoī q̄ habebat manũ aridã. Surge: et ſta i medio. Et ſurgẽs/ ſtetit. Ait autem ad illos ieſus. Interrogo vos ſi licet ſabbatis bñfacere / an male: aiaꝫ ſaluã facere/an ꝑdere. Et circũſpectis oībꝰ/dixit hoi. Extende manũ tuã. Et extẽdit. Et reſtituta eſt manꝰ eiꝰ. Ipſi aũt repleti ſũt iſipiẽtia: ⁊ colloq̄bãt adinuicẽ q̄dnã facerẽt de ieſu. ¶ Dñica. xxij. poſt trini. Ad Miſſã Offm̄.

SI iniquitates obſeruaueris domine dñe q̄s ſuſtinebit: quia apud te ꝓpiciatio eſt deus iſrl̃. P̄s. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Oꝛatio.

FAmiliã tuam q̄s dñe continua pietate cuſtodi: vt a cunctis aduerſitatibꝰ te pꝛotegẽte ſit libera: et in bonis actibꝰ tuo nomini ſit deuota. Per dominũ.

Ad philippenſes pꝛimo.

FRatres. Cõfidimus in domino ieſu: q̄a qui cepit in vobis opus bonũ / ꝑficiet vſq̄ in diẽ chꝛiſti ieſu. Sicut eni eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pꝛo oībus vobis: eo q̄ habeã vos in coꝛde et in vinculis meis: et in defenſione et confirmatione euãgelij: ſocios gaudij mei oẽs vos eſſe. Teſtis enim michi eſt deus: quomodo cupiam vos oẽs eſſe i viſceribꝰ ieſu chꝛiſti Et hoc oꝛo: vt caritas veſtra magis ac magis abũdet in oī ſciẽtia et in oī ſenſu. Vt ꝓbetis potioꝛa vt ſitis ſinceres ⁊ ſine offẽſa i diẽ xpi. Repleti fructu iuſticie. Per ieſũ chꝛiſtũ: in gl'iam et laudẽ dei. Gr. Ecce q̄ bonũ et q̄ iocũdũ: habitare fratres in vnũ. ꝟ. Sicut vnguẽtũ i capite quod deſcẽdit i barbã barbã aarõ. Allꝰ ꝟ. Mandauit dñs benedictionẽ: et vitã vſq̄ i ſeculũ. Iſti duo ꝟ. dicunt̃ alternis vicibꝰ per ebdo. quotiens de feria agit̃: et ſi nulla feria per hanc ebdo. ad hoc vacauerit: tũc scd's .v. oino preter mittat. Alla. v. Qui sanat cõtritos corde: et alligat cõtritiones corũ.

¶ Secundum Matheum. xviij.

IN illo tempore. Dixit iesꝰ discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorũ homini regi: q voluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cũ cepisset rationẽ ponere: oblatus est ei vnꝰ qui debebat ei decẽ milia talenta. Cum autẽ non haberet vnde redderet: iussit eum dñs eius venundari: et vxorẽ eius/ et filios/ et oia que habebat/ et reddi. Procidens autẽ seruus ille: rogabat eum dicẽs. Patiẽtiam habe in me: et oia reddã tibi. Misertus aũt dñs serui illius/ dimisit eum: et debitũ dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille: inuenit vnũ de conseruis suis/ qui debebat ei centũ denarios: et tenẽs suffocabat eũ dicẽs. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius: rogabat eũ dicens. Patientiã habe in me: et oia reddã tibi. Ille aũt noluit: sed abijt/ et misit eum in carcerẽ: donec redderet debitũ. Videntes aũt conserui eius que fiebãt/ cõtristati sũt valde: et venerũt/ et narrauerũt dño suo: oia que facta fuerãt. Tunc vocauit illum dñs suus: et ait illi. Serue neq̃ omne debitũ dimisi tibi: quoniã rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri cõserui tui: sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dñs eius/ tradidit eũ tortoribꝰ: quoadusq; redderet vniuersum debitũ. Sic et pater meꝰ celestis faciet vobis: si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo/ de cordibꝰ vris. Offer. Recordare mei dñe omnipotẽtaut dominãs: da sermonẽ rectũ et benesonãtẽ in os meũ: vt placeant verba mea in cõspectu principũ.

Suscipe dñe propicius hostias/ quibus et te placari voluisti: et nobis salutem potẽti pietate restitui. Per. Secreta. Cõm. Dico vobis: gaudiũ est ãgelis dei super vno peccatore penitentiã agente.

Inmortalitatis alimoniã cõsecuti qs dñe: vt quod ore percepimꝰ/ pura mente sectemur. Per dñm nostrum. Postcõ.

¶ Feria. iiij. Ad romanos. iij.

FRatres. Scimus/ quonia quecunq; lex loquit: his q in lege sunt loquitur: vt omne os obstruatur/ et subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro corã illo. Per legẽ enim cognitio peccati. Nũc autem sine lege iusticia dei manifestata est: testificata a lege et prophetis. Iusticia autem dei per fidem iesu christi: in omnes/ et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerũt et egent gloriam dei. Iustificati gratis per gratiam ipsius: per redemptionẽ que est in christo iesu: quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionẽ iusticie sue: propter remissionẽ precedentium delictorum/ in sustentatione dei: ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore. Vt sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est iesu christi.

¶ Secundum Marcum. xj.

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Amen dico vobis: quia ſi quis dixerit huic monti tollere/ et mittere in mare: et nõ heſitauerit in coꝛde ſuo: ſed crediderit quia quodcumq; dixerit/ fiat: fiet. Propterea dico vobis Oĩa quecũq; oꝛantes/ petitis/ credite q̃a accipietis: ⁊ eueniẽt vobis Et cum ſtabitis ad oꝛãdũ: dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ: vt et pater veſter qui in celis eſt/ dimittat vobis peccata veſtra. Nõ ſi vos nõ dimiſeritis/ nec pater veſter q̃ in celis eſt: dimittet vobis pctã vr̃a. ¶ Dñica.xxiij. poſt trinitatẽ. Ad miſſam Officium.

DIcit dñs/ ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis: inuocabitis me et ego exaudiã vos ⁊ reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. ps. Benedixiſti dñe terram tuam: auertiſti captiuitatẽ iacob. Oꝛatio

DEus refugium noſtrum ⁊ virtus: adeſto pijs eccleſie tue p̄cibus auctoꝛ ipſe pietatis/ et p̄ſta: vt quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum Ad Philippenſes iii.

FRatres. Imitatoꝛes mei eſtote: et obſeruate eos qui ita ambulant: ſicut habetis foꝛmã noſtrã. Multi eni ambulant quos ſepe dicebã vobis: nunc autem et flens dico/ inimicos crucis chꝛiſti. Quoꝛum finis interitus: quoꝛum deus venter eſt et gloꝛia in confuſione coꝛũ qui terrena ſapiunt. Noſtra autẽ conuerſatio: in celis eſt. Unde etiam ſaluatoꝛẽ expectam⁹ dñm noſtrũ ieſũ chꝛiſtũ/ qui refoꝛmabit coꝛpus humilitatis noſtre cõfiguratũ coꝛpoꝛi claritatis ſue: ſecundũ opationẽ qua poſſit etiam ſubijcere ſibi oĩa In chꝛiſto ieſu dño nr̃o. Gr. Liberaſti nos dñe ex affligẽtibus nos: et eos qui nos oderũt cõfudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: et noĩ tuo cõfitebimur in ſcl̃a. Allã. ℣. Qui poſuit fines tuos pacẽ: et adipe frumẽti ſatiat te. Scdꝫ matheũ. xxij.

IN illo tpe. Abeuntes phariſei: conſiliũ inierũt: vt caperent ieſum in ſermone. Et mittunt ei diſcipulos ſuos cum herodianis: dicentes. Magiſter/ ſcim⁹ quia verax es: et viã dei in veritate doces: et nõ eſt tibi cura de aliquo. Non enim reſpicis perſonã hoim. Dic ergo nobis: q̃d tibi videtur? Licet cenſũ dari ceſari/ an non? Cognita autẽ ieſus nequicia eoꝝ: ait. Quid me tẽptatis hypocrite? Oſtẽdite mihi numiſma cẽſus. At illi obtulerũt ei denariũ Et ait illis ieſus. Cuius eſt ymago hec/ et ſuperſcriptio? Dicunt ei Ceſaris. Tũc ait illis ieſus. Reddite ergo q̃ ſunt ceſaris ceſari: ⁊ q̃ ſunt dei deo. Offr. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi oꝛationem meam Secreta.

SAcris nos domine q̃s ſeruitijs fac intẽtos: et vt ſine vlla tibi offẽſiõis macula famlẽmur: quales eſſe p̄cipis: ipſe nos perfice. Per. Cõio. Amen dico vobis/ quicquid oꝛantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Poſtcõ

SUmpſimus dñe ſacri dona myſterij humiliter deprecãtes: vt que in tui commemoratione nos facere p̄cepiſti: in noſtre proficiant infirmitatis auxilium. Per dominũ noſtrũ ieſum.

¶ Feria. iiij. Ad Romanos. v

FRatres. Si enim vnꝰ delicto / moꝛs regnauit per vnum: multomagis abundantiam gratie et donationis et iuſticie: accipientes in vita regnabũt per vnum ieſum chꝛiſtũ. Igitur ſicut per vnius delictũ in oẽs homines in condemnationem moꝛtis: ſic per vnꝰ iuſticiã in omnes hoies in iuſtificationem vite. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis peccatoꝛes cõſtituti ſunt multi: ita et per vnius obeditionẽ iuſti cõſtituunt multi. Lex enim ſubintrauit: ut abundaret delictum. Ubi autem abũdauit delictum: ſuperabundauit ⁊ gratia. vt ſicut regnauit peccatũ in moꝛtem: ita et gratia regnet per iuſticiam in vitam eternam. Per ieſum chꝛiſtum: dominum noſtrũ.

¶ Secundum Matheum. xvij.

IN illo tẽpoꝛe. Cum veniſſet ieſus et diſcipuli eius capharnaũ: acceſſerunt qui didꝛagmam accipiebãt ad petrum / et dixerunt ei. Magiſter veſter nõ ſoluit didꝛagmam? Ait. Etiam. Et cum intraſſet domũ: pꝛeuenit eũ ieſus dicẽs. Quid tibi videtur ſymon? Reges terre a quibus accipiũt tributũ vel cenſũ: a filijs ſuis / an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ieſus. Ergo liberi ſunt filij. Ut autẽ nõ ſcãdalizemus eos: vade ad mare / et mitte hamũ: et eũ piſcẽ qui pꝛimus aſcenderit / tolle: et aperto oꝛe eiꝰ: inuenies ſtaterẽ. Illũ ſumens da eis pꝛo me et te.

¶ Dñica. xxiiij. poſt trinitatẽ. Ad miſſam Officium.

DIcit dñs / ego cogito cogitationes pacis / ⁊ non afflictionis: inuocabitis me ⁊ ego exaudiã vos et reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Ps. Benedixiſti domine terram tuã auertiſti captiuitatẽ iacob. Oꝛatio.

ABſolue q̄s dñe tuoꝝ delicta populoꝝ: et a peccatorum noſtroꝝ nexibꝰ / q̄ pꝛo noſtra fragilitate cõtraximus / tua benignitate liberemur. Per dominũ.

Ad Coloſſenſes. pꝛimo.

FRatres. Nõ ceſſamus pꝛo vobis oꝛãtes et poſtulantes / vt impleamini agnitione voluntatis dei / in oĩ ſapiẽtia et intellectu ſpirituali: vt ambuletis digni deo per oĩa placẽtes. In omni opere bono fructificãtes: ⁊ creſcẽtes in ſciẽtia dei. In oĩ virtute confoꝛtati: ſcdm potentiã claritatis eiꝰ. In oĩ patiẽtia: ⁊ lõganimitate cũ gaudio. In xp̄o ieſu dño nr̄o. Gr. Liberaſti nos dñe ex affligẽtibꝰ nos: et eos qui nos oderũt cõfudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: et nõi tuo cõfitebimur ĩ ſcl'a. Alleluya. ℣. Dñe deꝰ meꝰ in te ſperaui ſaluũ me fac: ex oĩbꝰ perſequẽtibꝰ me et libera me.

¶ Scdm Matheũ. ix.

IN illo tp̄e Loquẽte ieſu ad turbas: ecce pꝛinceps vnus acceſſit / et adoꝛauit eũ dicẽs. Dñe filia mea modo defũcta eſt. ſed veni/ impone manũ tuã ſuper eã/ et viuet. Et ſurgẽs ieſus/ ſequebat᷑ eũ: ⁊ diſcipuli ei⁹. Et ecce mulier/ que ſanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis: acceſſit retro/ et tetigit fimbriã veſtimẽti eius. Dicebat enim intra ſe. Si tetigero tantum veſtimentum eius: ſalua ero. At ieſus conuerſus et vidẽs eã/ dixit. Cõfide filia: fides tua te ſaluã fecit. Et ſalua facta eſt mulier: ex illa hora. Offr. De profundis clamaui ad te domĩe: domine exaudi vocem meam. Secreta.

Purificet nos dñe q̃s muneris preſentis oblatio: et dignos ſacra participatione perficiat. Per. Cõio. Amen dico vobis/ quicquid orãtes petitis credite: quia accipietis/ et fiet vobis. Poſtcõio.

Sumẽtes dñe dona celeſtia q̃s: vt nõ nobis prouenire ad iudiciũ patiaris: qđ fidelibus tuis ad remediũ ꝓuidiſti. Per d.

¶ Feria. iiij. Ad corinthios. j. x.

Fratres. Nolo fieri vos ſocios demoniorũ. Non poteſtis calicẽ dñi bibere: ⁊ calicẽ demonioꝝ. Non poteſtis menſe dñi participes eſſe: et mẽſe demonioꝝ. An emulamur dñm? Nunquid fortiores illo ſum⁹? Oĩa michi licent: ſed nõ omnia expediũt. Omnia michi licent: ſed nõ omnia edificant. Nemo quod ſuũ eſt/ querat: ſed qđ alterius. Omne qđ in macello venit/ mãducate: nichil interrogãtes/ propter cõſcientiã. Dñi eſt terra/ et plenitudo eius: Si quis vocat vos infidelium ad cenã/ ⁊ vultis ire: omne qđ vobis apponit᷑/ manducate: nichil interrogantes propter conſcientiam. Si quis autẽ dixerit/ hoc immolatum eſt idolis: nolite mãducare propter illum qui mãducauit/ et propter conſcientiã. Conſcientiam autẽ dico: non tuã/ ſed alterius. Ut quid libertas mea iudicatur ab aliena cõſciẽtia? Si enĩ ego cum gratia participo: quid blaſphemor/ pro eo q̄ grãs ago? Siue ergo mãducatis ſiue bibitis: vel aliud qđ facit᷑: oĩa ĩ gl'iam dei facite. ¶ Scđm Matheũ. xxj.

In illo tpe. Dixit ieſus turbis iudeorũ. Homo quidã habebat duos filios: et accedens ad primũ dixit. Fili. Uade hodie operari in vineã meam. Ille autem reſpondẽs ait. Nolo. Poſtea autẽ penitentia motus/ abijt. Accedens autem ad alterũ: dixit ſimiliter. At ille reſpondẽs: ait. Eo dñe: et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei. Primus. Dicit illis ieſus. Amen dico vobis: q̄a publicani et meretrices precedent vos in regno dei Uenit enĩ ad vos iohãnes in via iuſticie: ⁊ nõ credidiſtis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Uos autem vidẽtes: nec penitẽtiã habuiſtis poſtea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi/ audiat. ¶ Dñica proxima ante aduentũ. Ad miſſã Officiũ.

Dicit dñs/ ego cogito cogitatiões pacis et non afflictionis: inuocabitis me ⁊ ego exaudiã vos et reducã captiuitatem veſtrā de cunctis locis. Ps. Benedixiſti dñe terrā tuā: auertiſti captiuitatem iacob. Gloria Oratio

EXcita q̄s dñe tuoꝝ fidelium voluntates: vt diuini operis fructū propēſius exequentes: pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dominum noſtrum.

Lectio hieremie prophete. xxiij.

ECce dies veniūt dicit dñs: et ſuſcitabo dauid germen iuſtum/ ⁊ regnabit rex/ ⁊ ſapiens erit: et faciet iudicium ⁊ iuſticiam in terra. In diebus illis ſaluabitur iuda: ⁊ iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomē quod vocabunt eū/ dñs iuſt⁹ noſter. Propter hoc ecce dies veniūt dicit dominus: et nō dicēt vltra viuit dñs qui eduxit filios iſrl' de terra egypti: ſed viuit dñs qui eduxit ⁊ adduxit ſemē dom⁹ iſrl' de terra aqlonis/ ⁊ de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Et habitabūt in terra ſua: dicit dñs ops. Gr. Liberaſti nos dñe ex affligētib⁹ nos ⁊ eos qui nos oderūt cōfudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die: et noī tuo cōfitebimur in ſcl'a. Alla. ℣. Timebūt gētes nomē tuū dñe: ⁊ oēs reges terre gloriā tuā. Per ebdo. qñ de feria agit'/ dicit' iſtud Alla. ℣. In exitu iſrael de egypto: dom⁹ iacob de populo barbaro. vel. Alla. ℣. Cōfitebor tibi dñe in toto corde meo: et in cōſpectu angelorū pſallam corā te

¶ Secundum Johannem. vi.

IN illo tpe. Cū ſubleuaſſet oculos ieſus/ et vidiſſet q̄a multitudo maxima venit ad eū: dicit ad philippū. Unde ememus panes: vt manducēt hi? Hoc autē dicebat: tēptans eum. Ipſe enim ſciebat/ quid eſſet factur⁹. Reſpōdit ei philippus. Ducentoꝝ denariorū panes non ſufficiunt eis: vt vnuſquiſqꝫ modicū quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis ei⁹: andreas frater ſymonis petri. Eſt puer vnus hic: qui habet quinqꝫ panes ordeaceos/ et duos piſces. Sed hec quid ſunt inter tantos? Dicit ergo ieſus. Facite homīes diſcumbere. Erat autem fenum multū in loco. Diſcubuerūt ergo viri: numero quaſi quinqꝫ milia. Accepit ergo ieſus panes: et cum gratias egiſſet: diſtribuit diſcumbentibus. Similiter ⁊ ex piſcib⁹/ quantū volebant. Ut autem impleti ſūt: dixit diſcipl'is ſuis. Colligite que ſuperauerūt fragmenta/ ne pereant. Collegerunt ergo et impleuerunt duodecim cophinos fragmentoꝝ/ ex quinqꝫ panibus ordeaceis et duobus piſcib⁹/ que ſuperfuerūt his qui manducauerant. Illi ergo hoīes cum vidiſſent q̄ fecerat ſignū/ dicebant. Quia hic eſt vere ꝓpheta: qui vēturus eſt in mūdū. Offr. De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi vocem meam. Secreta.

SAcrificiū tibi dñe celebrandum placatus intende: qđ et nos a vicijs noſtre conditionis emūdet: et tuo nomini reddat acceptos. Per dñm. Cōio. Amen dico vobis: quicquid orātes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis.

ANime nr̄e q̄s ops Poſtcō deus diuino munere ſatiate hoc paſcantur deſiderio: vt a tuo ſpiritu inflammati/ ante conſpectum venientis chꝛiſti filij tui velut clara luminaria: fulgeamus. Per eundē. in vnitate eiuſ.

¶ Cum prolixū fuerit tēpus inter inceptionē hyſtoꝛie Deꝰ oim. et aduentū dñi: officiū Dicit dñs per tres dñicas cantet / vtī notatum eſt. Cū vero breue fuerit tempus / ſemper proxima dñica ante aduentū quādo de dñica agitur / cātetur Dicit dñs: cum oꝛatione Excita q̄s dñe. Epiſtola. Ecce dies veniūt. Euangeliū. Cum ſubleuaſſet. Si vero dñica nō vacauerit: tūc in ferijs pꝛimo loco per ebdomadā cātetur. Cetere vero dominice q̄ remanſerint in ferialibus diebus cantent. ¶ Feria.iiij. quattuoꝛ tēpoꝛum menſis ſeptēbꝛis. Ad miſſam Officium.

Exultate deo adiutoꝛi nr̄o: iubilate deo iacob: ſumite pſalmū iocundum cū cythara: canite initiū menſis tuba: qr̄ preceptū in iſrael eſt: et iudiciū deo iacob. Ps. Teſtimonium in ioſeph poſuit illud: cū exiret de terra egypti. Non dr̄ vlteriꝰ. Oꝛo ſine Dñs vobiſcum. ſed tantum cum Oꝛemus. Oꝛatio.

Miſericoꝛdie tue remedijs queſumus dñe fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt que ſua cōditione atteritur / tua clementia reparetur. Per dominum noſtrū.

Lectio Amos pꝛophete. ix.

Hec dicit dñs. Ecce dies veniunt: et cōpꝛehendet aratoꝛ meſſoꝛē: ⁊ calcatoꝛ vue mittētem ſemen. Et ſtillabunt montes dulcedinē: ⁊ oēs colles culti erūt. Et conuertā captiuitatem populi mei iſrael: et edificabunt ciuitates deſertas: et habitabūt in eis. Et plantabunt vineas: et bibent vinū earum. Et facient oꝛtos: et comedēt fructus eoꝛū. Et plantabo eos ſuper humū ſuam: ⁊ non euellā eos vltra de terra ſua: quā dedi eis. Dicit dñs / oīpotēs. Gr.

Venite filij audite me: timoꝛē dñi docebo vos. ℣. Accedite ad eū et illuminamini: et facies veſtre nō cōfūdent. Nō repetat grad. Hic dr̄ Dñs vobiſcum. ⁊ Oꝛemus. Oꝛatio.

Preſta q̄s dñe familie tue ſupplicāti: vt dum a cibis coꝛpoꝛalibus ſe abſtinēt: a vicijs quoq; mente ieiunent. Per dñm.

Hic dicuntur memoꝛie conſuete.

Lectio libꝛi Eſdre. ſecunde. viij.

In diebus illis. Congregatus eſt oīs populus: quaſi vir vnus ad plateā / que eſt ante poꝛtam aquaꝝ. Et dixerūt eſdre ſcribe: vt afferret libꝛū legis moyſi quā pꝛecepit dñs iſraeli. Attulit aūt eſdꝛas ſacerdos libꝛū coꝛā multitudine viroꝛū ac mulierū / cūctiſq; qui poterant intelligere: in die pꝛima mēſis ſeptimi. Et legit in oꝛe aperte in platea / q̄ erat ante poꝛtam aquaꝝ / a mane vſq; ad mediam diē: in conſpectu viroꝛum ac mulierū ⁊ ſapiētū. Et aures omnis populi erant erecte ad libꝛū. Stetit autē eſdꝛas ſcriba / ſuper gradium ligneū quem fecerat ad loquēdum: ⁊ ſteterūt iuxta eum. Et aperuit eſdꝛas libꝛū coram omni populo: ſuper vniuerſum quippe populum eminebat. Et cum aperuiſſet eum: ſtetit om nis populus: et benedixit eſdras dño deo voce magna. Et reſpondit omnis populꝰ: amen. Eleuātes autē omnes populi manꝰ ſuas/ incuruati ſunt: et adorauerūt deum proni in terrā. Porro leuite ſilentium faciebant in populo: ad audiendā legem. Populꝰ autem ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt in libro legis dei: diſtincte et aperte ad intelligendū: ⁊ intellexerūt cum legeret̄. Dixit autē neemias ⁊ eſdras ſacerdos et ſcriba: et leuite interpretantes vniuerſo populo. Dies ſanctificatꝰ eſt domino deo noſtro: nolite lugere et nolite flere. Flebat enim oīs populus cum audiret verba legis. Et dixit eis. Jte et comedite pinguia/ et bibite mulſum: et mittite partes eis q̄ nō p̄parauerūt ſibi: q̄a ſanctꝰ dies dñi eſt: et nolite cōtriſtari. Gaudiū etenī dñi eſt: fortitudo vr̄a. Gr. Quis ſicut dñs deus noſter qui in altis habitat: et humilia reſpicit in celo et ī terra. V. Suſcitans a terra inopem: et de ſtercore erigens pauperē. Repetat̄ gradꝰ.

Secundum Marcum. ix.

In illo tēpore. Reſpondēs vnus de turba: dixit ad ieſum. Magiſter. Attuli filiū meū ad te/ habentē ſpiritū mutū: qui vbicunq; eum apprehēderit: allidit eum/ ⁊ ſpumat: et ſtridet dētibus/ ⁊ areſcit. Et dixi diſcipl̄is tuis: vt eijcerent illū/ ⁊ nō potuerūt Qui reſpondens eis/ dixit. O generatio incredula: quādiu apud vos ero. q̄diu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt eū. Et cum vidiſſet eum: ſtatim ſpiritus cōturbauit eum. Et eliſus in terrā: volutabat̄ ſpumās. Et interrogauit patrē eius. Quātum tēporis eſt/ ex quo ei hoc accidit? At ille ait. Ab infātia. Et frequēter eum in ignē et in aquā miſit/ vt eum perderet. Sed ſi quid potes/ adiuua nos: miſertus noſtri Jeſus autē ait illi. Si potes credere: oīa poſſibilia ſunt credenti. Et cōtinuo exclamans pater pueri: cū lachrimis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatē meā. Et cum videret ieſus concurrentem turbā: comminatus eſt ſpiritui immūdo/ dicens illi. Surde/ et mute ſpiritꝰ: ego tibi precipio/ exi ab eo: et amplius ne introeas in eum. Et clamās: et multū diſcerpens eū: exijt ab eo. Et factus eſt ſicut mortuus: ita vt multi dicerent/ q̄a mortuus eſt. Jeſus autem tenens manū eius: eleuauit eum/ ⁊ ſurrexit. Et cum introiſſet in domū: diſcipuli eius ſecreto interrogabāt eum. Quare nos nō potuimus eijcere eum? et dixit illis. Hoc genus in nullo poteſt exire: niſi in oratiōe ⁊ ieiunio. Offr. Meditabor in mādatis tuis que dilexi valde: et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Deus q̄ de his terre fructibus tua ſacramēta cōſtare voluiſti: p̄ſta q̄s: vt per hec opē nobis et preſentis vite cōferas/ et eterne. Per dominū. Cōio. Comedite pinguia ⁊ bibite mulſum: et mittite partes eis qui non preparauerūt ſibi: ſanctus enim dies domini eſt/ nolite contriſtari: gaudium etenim domini eſt fortitudo veſtra. Poſtcōio.

Sumẽtes dñe dona celeſtia/ ſuppliciter depꝛecamur: vt ꝙ ſedula ſeruitute donãte te gerim⁹ dignis ſenſib⁹/ tuo munere capiamus. Per dominũ. ¶ Feria. vi. quattuoꝛ tempoꝛum. Officium.

Letetur coꝛ querentiũ dñm: querite dñm et cõfirmamini: querite faciẽ e⁹ ſemp. Ps. Cõfitemini dño et inuocate nomẽ e⁹: ãnũciate inter gẽtes opera e⁹.

Preſta q̃s oĩs de⁹: vt Oro. obſeruationes ſacras annua deuotione recolẽtes: et coꝛpoꝛe tibi placeamus et mente. Per.

Lectio Oſee pꝛophete xiiij.

Hec dicit dñs. Cõuertere iſrael ad dñm deum tuum: quia coꝛruiſti in iniquitate tua. Tollite vobiſcũ verba: et conuertimini ad dñm et dicite ei. Omnem aufer iniquitatẽ/ et accipe bonum: et reddemus vitulos labioꝛum noſtroꝛũ. Aſſur nõ ſaluabit nos. Super equum non aſcendemus: neq; dicemus vltra/ dij noſtri opera manuũ noſtrarũ: quia eius qui in te eſt miſereberis populi. Sanabo cõtritiones eoꝛum diligã eos ſpontanee: quia auerſus eſt furoꝛ me⁹ ab eis. Ero quaſi ros: et iſrael germinabit ſicut lilium. Et erũpet radix eius: vt libani erũt rami eius. Et erit quaſi oliua gloꝛia eius: ⁊ odoꝛ eius vt libani. Conuertentur ſedentes in vmbꝛa eius: viuent tritico et germinabũt quaſi vinea. Memoꝛiale eius/ ſicut vinũ libani. Ego exaudiã et dirigã eum: ego vt abietem virentem/ ex me fructus tuus inuẽtus eſt. Quis ſapiẽs/ et intelliget iſta: intelligens/ ⁊ ſciet hec. Quia recte vie dñi: et iuſti ambulabũt in eis. Gr. Cõuertere dñe aliquãtulũ: ⁊ depꝛecare ſuper ſeruos tuos. ℣. Dñe refugiũ fact⁹ es nobis: a generatiõe et pꝛogenie. Repetatur Gr. ¶ Secundum lucam vij.

In illo tempoꝛe. Rogabat ieſum quidã phariſeus: vt manducaret cũ illo. Et ingreſſus domũ phariſei: diſcubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ ieſus accubuit in domo phariſei: attulit alabaſtrum vnguenti. Et ſtans retro ſecus pedes dñi/ lachꝛimys cepit rigare pedes eius: et capillis capitis ſui tergebat. Et oſculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Videns autẽ phariſeus qui vocauerat eum: ait intra ſe dicẽs. Hic ſi eſſet pꝛopheta: ſciret vtiq; que ⁊ qualis eſt mulier que tangit eum quia peccatrix eſt. Et reſpondens ieſus: dixit ad illum. Symon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magiſter dic. Et reſpondit ei ieſus. Duo debitoꝛes erãt cuidam feneratoꝛi: vnus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habẽtibus illis vnde redderẽt: donauit vtriſq;. Quis ergo eum plus diligit? Reſpondens autem ſymõ/ dixit. Eſtimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iudicaſti. Et conuerſus ad mulierẽ/ dixit ſymoni. Vides hanc mulierẽ. Intraui in domum tuã: aquam pedibus meis non dediſti. Hec autẽ lachꝛymis rigauit pedes meos: et capillis ſu is terſit. Oſculũ michi non dediſti: hec autẽ ex quo intraui/ nõ ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meũ non vnxiſti: hec autẽ vnguẽto vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi. Remittũtur ei peccata multa: quoniã dilexit multũ. Cui autem minus dimittitur: minꝰ diligit. Dixit autem ad illam dñs. Remittuntur tibi peccata tua. Et ceperũt qui ſimul diſcũbebãt: dicere intra ſe. Quis eſt hic/ qui etiã peccata dimittit? Dixit aũt ad mulierẽ. Fides tua te ſaluã fecit: vade in pace. Offr. Benedic aĩa mea dño: et noli obliuiſci oẽs retributiões eiꝰ: et renouabitur ſicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Accepta tibi ſint dñe q̃s noſtri dona ieiunij/ q̃ nos et expiãdo tua gr̃a dignos efficiant: et ad ſẽpiterna promiſſa perducãt. Per. Cõio. Aufer a me opprobrium et cõtemptũ/ quia mandata tua exquiſiui dñe: nam et teſtimonia tua meditatio mea eſt. Poſtcõio

Queſumus omnipotẽs deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora ſumamus. Per dñm.

¶ Sabbato. iiij. tẽporũ. Officiũ.

Venite adoremus deũ et procidamꝰ ante dominũ: ploremus ante eum qui fecit nos/ q̃a ipſe eſt dñs deꝰ noſter. Ps. Venite exultemꝰ domino: iubilemꝰ deo ſalutari noſtro.. Omnes orationes preter vltimã/ dĩr ſine Dñs vo. ſed tñ cũ Oremꝰ. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus: qui per continentiã ſalutarem: et corporibus mederis ⁊ mẽtibus: maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus: vt pia ieiunãtium deprecatione placatꝰ: ⁊ preſentia nobis ſubſidia prebeas/ et futura. Per. Omnes lectiones cũ ſuis titulis legantur. Diſcurrãt lectiones et grad. hincinde vtĩ in quattuor tẽporibus aduẽtus dñi

Lectio libri Leuitici xiij.

In diebus illis. Locutꝰ eſt dominꝰ ad moyſen/ dicẽs. Decimo die menſis huius ſeptimi: dies expiationũ erit celeberrimus: et vocabitur ſanctus. Affligetiſqꝫ animas veſtras in eo: ⁊ offeretis holocauſtum dño. Omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies expiationis eſt/ vt ꝓpicietur vobis dominus deus veſter. Omnis anima que afflicta nõ fuerit die hac: peribit de populis ſuis. Et q̃ operis quippiam fecerit: delebo eam de populo ſuo. Nichil ergo operis facietis in eo. Legittimũ ſempiternũ erit vobis in cũctis generationibꝰ et habitationibꝰ vr̃is. Sabbatũ requietiõis eſt: affligetiſqꝫ animas veſtras. Die nono menſis huiꝰ/ a veſpere vſqꝫ ad veſperũ celebrabitis ſabbata veſtra. Dicit dñs omnipotẽs. Gr. Propicius eſto dñe peccatis noſtris: nequando dicãt gentes vbi eſt deus eorum. ℣. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Non repetat̃ gr.

Da nobis queſumꝰ Oro. omnipotẽs deus: vt ieiunãdo tua gratia ſaciemur: et abſtinẽdo cunctis efficiamur hoſti bus fortiores. Per dñm noſtrum

Lectio libri Leuitici. xxiij.

IN diebus illis. Locutꝰ eſt dominus ad moyſen dicēs: Quintodecimo die menſis ſeptimi: quãdo congregaueritis omnes fructus terre veſtre: celebrabitis ferias domini ſeptem diebus. Die primo / et die octauo erit ſabbatum / id eſt requies. Sumetiſqꝫ vobis die primo / fructus arboris pulcherrime / ſpatulaſqꝫ palmarum: et ramos ligni denſarum frondium / et ſalices de torrente: ⁊ letabimini coram domino deo veſtro: celebrabitiſqꝫ ſolemnitatem eius ſeptem diebus per annũ. Legitimũ ſempiternum erit vobis in cunctis generationibꝰ veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis et habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere iſrael eſt / manebit in tabernaculis: vt diſcant poſteri veſtri / ꝙ in tabernaculis habitare fecerim filios iſrael / cum educerẽ eos de terra egypti. Ego dominꝰ / deus veſter. Gr. Protector noſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Domine deus virtutũ: exaudi preces ſeruorum tuorum. Oratio.

DA quesumus dñe fidelibꝰ tuis beneficijs gratulari: ſuppliciter implorãtis: et qui ieiunijs te venerantur exhibitis / bonorum tuorum copijs impleantur. Per. Lectio Michee ꝓphete. vij.

DOmine deus noſter paſce populum tuum in virga tua: gregẽ hereditatis tue habitantes ſolos in ſaltu / iuxta dies antiquos. Videbunt gẽtes: et confundentur ſuper omni fortitudine ſua. Quoniam quis deꝰ ſimilis tui: qui auferes iniquitatem / et transfers peccatũ reliquiarũ hereditatis tue? Non immittet vltra furorem ſuum: quoniã volēs miſericordiã eſt. Et reuertetur / et miſerebitur noſtri. Deponet omnes iniquitates noſtras: et proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Dabis veritatem iacob: miſericordiam abraham: que iuraſti patribꝰ noſtris a diebus antiquis: domine deus noſter. Gr. Dirigatꝛ oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo domĩe. ℣. Eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum. Oremus. Oro.

PReſta quesumus domine: ſic nos ab epulis abſtinere carnalibus: vt a vicijs irruentibus pariter ieiunemus. Per. do.

Lectio zacharie prophete. viij.

IN diebus illis. Factum eſt verbũ domini ad me dicēs: Hec dicit dñs deus exercituũ. Sicut cogitaui vt affligerẽ vos: cũ ad iracundiam prouocaſſent me patres veſtri / ⁊ nõ ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis: vt benefaciã hieruſalẽ et domui iuda. Nolite timere. Hec ſũt enim verba que facietis. Loquimini veritatem vnuſquiſqꝫ cum proximo ſuo: veritatẽ ⁊ iudicium pacis iudicate in portis veſtris: et vnuſquiſqꝫ malum contra amicum ſuũ ne cogitetis in cordibus veſtris: ⁊ iuramẽtum mendax ne diligatis. Omnia enim hec ſunt que odi / dicit dñs. Et factũ eſt verbum domini exercituum ad me dicens. Hec dicit dñs deus exercituū. Ieiuniū primi: ieiuniū quarti: ieiuniū quinti: et ieiuniū ſeptimi: et ieiuniū decimi: erit domui iude: in gaudiū et leticiā et in ſolēnitates preclaras. Veritatē tātū et pacē diligite: ait dñs exercituū.

Gr. Saluum fac populum tuū dñe et benedic hereditati tue. v̇. Ad te domine clamaui deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendentibꝰ in lacum. Oremus. Oratio.

Ut nobis dñe tributis ſolēne tibi deferre ieiuniū: ſic nobis q̄s / indulgētie p̄ſta ſubſidium Per do. Lectio. v. Angelus dñi tota legaṫ / ſicut i ſabbō quattuor tēpor in ebdo. penthecoſtes. Duo clerici de. ij. forma i ſuppelliciis ad grad̄ chori ſimul cātēt tr.

Omnipotentē ſemper Tractꝰ adorāt. Et bñdicūt omne per euū. Chorꝰ idē repetat. Clerici. v̇. Aſtra polorū cūcta hoim gens ſolqꝫ ſororqꝫ lumina celi. Chorꝰ. Omnipotētē. Clerici. v̇. Sic quoqꝫ limphe queqꝫ ſuperne ros pluuieqꝫ ſpūs omnis. Chorꝰ. Et bñdicūt. Clerici. v̇. Ignis et eſtꝰ cauma geluqꝫ frigꝰ et ardor atqꝫ pruina. Chorꝰ. Oīpotētē Clerici. v̇. Nix glacies noxqꝫ dieſqꝫ lux tenebreqꝫ fulgura nubes. Chorꝰ Et bñdicūt. Clerici. v̇ Arida mōtes germina colles fluuia fontes pōtus et vnde. Chorꝰ. Oīpotētē. Clerici. v̇. Dia viua que vehit equor / vegetat aer terraqꝫ nutrit. Chorꝰ. Et bñdicūt. Clerici. v̇. Cuncta hoim gēs iſrael ipſe chriſticoleqꝫ ſeruuli quiqꝫ. Chorꝰ. Oīpotētē. Clerici. v̇. Sancti humileſqꝫ corde benigno / treſqꝫ puſilli exuperantes. Chorus. Et benedicunt. Clerici. v̇ꝰ. Rite camini ignei flammas iuſſa tiranni / temnere prompti. Chorus. Omnipotentem. Clerici. v̇ꝰ. Sit genitori laus genitoqꝫ: lauſqꝫ beato flamini ſacro. Chorus. Et benedicunt. Clerici reincipiant tractum Omnipotētem. et percantetur a choro. Sequaṫ Dñs vobiſcum: et Oremꝰ. Oro.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium: concede propitius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per. Hic dicitur memorie cōſuete. Ad hebreos.

Fratres. Tabernaculum factum eſt primum: i quo erant candelabra: et menſa / ꝗ propoſitio panum / ꝗ dicitur ſancta. Poſt velamētū autem: ſecūdum tabernaculum / quod dicitur ſcā ſanctorum: habens aureū thuribulum / et archam teſtamēti circūtectam ex oī parte auro. In qua erat vrna aurea habens manna / et virga aaron que fronduerat: et tabule teſtamēti / ſup que erant cherubin glorie obumbrantia ꝓpiciatorium: de quibus non eſt modo dicēdum per ſingula. His vero ita compoſitis: in priori quidem tabernaculo / ſemper introibant ſacerdotes / ſacrificiorum officia conſūmantes. In ſecūdo autem: ſemel in anno / ſolus pontifex / non ſine ſanguine quem offerret pro ſua et populi ignorantia. Hoc ſignificante ſpiritu ſancto / nōdū propalatam eſſe ſanctorum viam: adhuc priori tabernaculo habente ſtatū. Que parabola eſt tēporis inſtantis: iuxta quā munera et hoſtie offeruntur que non poſſunt iuxta conſcientiam/perfectū facere ſeruientem. Solummodo in cibis/ et in potibus/ et varijs baptiſmatibus/ et iuſtitijs carnis: vſqꝫ ad tempus correctionis impoſitis. Chriſtus autē aſſiſtens pontifex futurorum bonorum: peramplius et perfectius tabernaculū non manu factum/id eſt non huius creationis: neqꝫ per ſanguinem hyrcorum/aut vitulorum: ſed per propriū ſanguinē: introiuit ſemel in ſancta eterna redemptione inuēta. Duo clerici de ſecūda forma in cappis ſuis nigris ad gradum chori ſimul dicant totū et integrū Tractum.

Laudate dominum omnes gētes: et collaudate eum omnes populi. ℣. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: et veritas domini manet in eternum.

¶ Secundum Lucam. xiij

In illo tempore. Dicebat ieſus turbis / ſimilitudinem hanc. Arborem fici habebat quidam plantatā in vinea ſua: et venit querens fructū in illa / et non inuenit. Dixit autem ad cultorē vinee. Ecce anni tres ſūt: ex quo venio querens fructū in ficulnea hac: et nō inuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiam terram occupat? At ille reſpondens: ait illi Dñe/dimitte illā et hoc anno: vſqꝫ dum fodiam circa illā/et mittā ſtercora. Et ſiquidē fecerit fructū ſin autem/in futurū ſuccides eā. Erat autem docēs in ſynagoga eorꝫ ſabbatis. Et ecce mulier que habebat ſpiritū infirmitatis annis decem et octo: et erat inclinata / nec poterat omnino ſurſum reſpicere. Quam cum videret ieſus: vocauit eam ad ſe/et ait illi. Mulier dimiſſa es: ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus: et confeſtim erecta eſt: et glorificabat deum. Reſpondens autē archiſynagogus: indignans quia ſabbato curaſſet ieſꝰ: dicebat turbe. Sex dies ſunt: in quibꝰ oportet operari. In his ergo venite et curamini: et non in die ſabbati. Reſpōdit autem ad illum dominus: ⁊ dixit. Hypocrite: vnuſquiſqꝫ veſtrum ſabbato nō ſoluit bouem ſuum aut aſinū a preſepio/ et ducit adaquare? Hanc autem filiam abrahe quam alligauit ſathanas/ecce decem et octo annis: non oportuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati? Et cū hec diceret/erubeſcebāt oēs aduerſarij eius. Et oīs populꝰ gaudebat ī vniuerſis que glorioſe fiebant ab eo. Offr. Dñe deꝰ ſalutis mee/ in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea ī conſpectu tuo domine. Secreta.

Queſumꝰ dñe noſtris placare muneribus et ieiunijs. qm̄ tu eadem tribuis vt placeris. Per. Cōio. Mēſe ſeptimo feſta celebrabitis/cū in tabernaculis habitare feceri filios iſrl̄: cū eduxeri eos de terra egypti/ego dominus deus veſter. Poſtcōio.

Perficiant in nobis domine queſumꝰ tua ſacramenta q̄ continent: vt que nunc ſpecie gerimus/certa rerum veritate capiamus. Per dominū noſtrum ieſum chriſtum filiū tuum. Qui tecum viuit et regnat.

In dedicatione eccleſie



In die dedicatiōis eccľe. Offiñ.

Terribilis eſt locus iſte: hic domus dei eſt et poꝛta celi: et vocabit aula dei. In tpe paſcali All'a. Ps. Dñs regnauit decoꝛē indutus eſt: indut⁹ eſt domin⁹ foꝛtitudinem et pꝛecinxit ſe. Oꝛatio.

Deus qui nobis per ſingulos annos hui⁹ ſancti templi tui cōſecrationis reparas diē/ et ſacris ſemper myſterijs repꝛeſentas incolumes: exaudi pꝛeces populi tui et pꝛeſta: vt quiſq̄s hoc templū beneficia petitur⁹ ingreditur: cūcta ſe impꝛetaſſe letetur. Per dominū noſtrū ieſum chꝛiſtū. Lectio libꝛi apocalipſis beati Johannis apoſtoli. xxi.

In diebus illis. Ego iohannes vidi ciuitatē ſanctā hieruſalē nouā / deſcēdentē de celo a deo paratā: ſicut ſpōſā oꝛnatā viro ſuo. Et audiui vocē magnā de thꝛono dicentē. Ecce tabernaculū dei cū hoībus: et habitabit cū eis. Et ipſi popul⁹ eius erūt: et ipſe deus cū eis erit eoꝝ de⁹. Et abſterget deus oēm lachꝛimā ab oculis eoꝝ: ⁊ moꝛs vltra nō erit: neq̧ luct⁹ neq̧ clamoꝛ/ neq̧ doloꝛ erit vltra: que pꝛima abierūt. Et dixit q̄ ſedebat in thꝛono: ecce noua facio oīa. Gr. Locus iſte a deo fact⁹ eſt ineſtimabile ſacramētum/ irrepꝛehēſibilis eſt. ℣. Deus cui aſtat āgeloꝝ choꝛ⁹: exaudi pꝛeces ſeruoꝝ tuoꝝ. All'a. ℣. Adoꝛabo ad templū ſanctū tuum et confiteboꝛ nomini tuo. Hec duo all'a ſequētia dicunt alternis vicibus per octa. niſi in dñica/ et in octa. die. All'a. ℣. Q̄ metuēdus et venerādus eſt locus iſte: vere nō eſt hic aliud niſi dom⁹ dei et poꝛta celi. All'a. ℣. Fūdata eſt domus dñi ſuper verticē montiū: et exaltata eſt ſuper oēs colles. Licet in .xl. hoc feſtum euenerit: dꝛ iſta Sequentia.

Hieruſalem et ſyon filie/ cetus oīs fidei curie: melos pangat iugis leticie/ all'a. Chꝛiſtus enim deſpōſat hodie/ matrē noſtrā noꝛma iuſticie: quā de lacu traxit miſerie/ eccleſiā. In ſpiritus ſancti clemētia/ ſponſa ſpōſi letatur gratia: a reginis laudis cū gloꝛia/ felix dicta. Dos vt datur creſcit leticia/ que dos quanta triplex potentia: tangens celum terras et ſtigia/ iuſticia. Mira loquoꝛ ſed ſana credere/ federatam

tam largo munere: de proprio produxit latere/ deꝰ homo. Formaretᷣ vt ſic eccleſia/ figurauit in pari gloria: Ade coſtis formata femina/ hoſtis eua. Eua fuit nouerca poſteris/ hec eſt mater electi generis: vite portus aſilū miſeris/ ⁊ tutela. Pulchra potens partu mirabilis/ vt luna ſol fulget ſpectabilis: plus acie multo terribilis/ ordinata. Multiplex eſt ſingularis/ vna generalis et indiuidua: omnis eui ſexus ſimul/ vna parit turmas. Hec ſignata iordanis fluctibus/ hec que venit e terre finibus: ſcientiam audire cominꝰ/ ſalomōis. Hec typicis deſcripta ſenſibus/ nuptiarum induta veſtibus: celi preſtet hodie ciuibus/ chriſto iuncta. O ſolemnis feſtū letitie/ quo vnitur chriſtus eccleſie in qua noſtre ſalutis nuptie/ celebrantur. Cetus felix dulce conuiuium/ lapſis ibi datur ſolatium: deſperatis offertᷣ ſpaciū/ reſpirādi. Iuſtis inde ſoluuntᷣ premia/ angeloꝝ nouantᷣ gaudia: lata nimis quod facit gratia/ caritatis. Ab eterno fons ſapientie/ intuitu ſolius gratie: ſic preuidit in rerum ſerie/ hec futura. Chriſtus ergo nos ſuis nuptijs/ recreatos veris diuitijs: intereſſe faciat ſocijs/ electorū. Infra. lxx. vſqꝫ ad caput ieiunij in octa. tantum huiꝰ feſti dicitur ſequens. Tractus.

Quā dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: cōcupiſcit et deficit aīa mea in atria dn̄i. ℣. Cor meū et caro mea: exultauerūt in deū viuū ℣. Etenim paſſer inuenit ſibi domū et turtur nidū ſibi: vbi reponat pullos ſuos. ℣. Altaria tua dn̄e virtutū: rex meꝰ et deꝰ meꝰ. ℣. Beati qui habitāt in domo tua: in eternū laudabunt te dn̄e. In tpe paſcha: erit ſcꝫ Alla de reſurrectiōe quotidie per octa. et in octauis/ et etiā in prima die.

¶ Secundum Lucam. xix.

IN illo tpe. Egreſſus ieſus/ perambulabat hierico. Et ecce vir noīe zacheus: et hic erat princeps publicanorum/ et ipſe diues. Et querebat videre ieſum qs eſſet/ et non poterat pre turba: qa ſtatura puſillus erat. Et precurrens aſcendit in arborē ſicomorum/ vt videret eum: quia inde erat trāſiturus. Et cum veniſſet ad locū: ſuſpiciens ieſus vidit illum/ et dixit ad eum. zachee feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere: et feſtinans deſcēdit/ et excepit illum gaudens. Et cū viderēt oēs: murmurabāt dicentes/ ꝙ ad hominē peccatorē diuertiſſet. Stans autem zacheus/ dixit ad dn̄m. Ecce dimidiū bonorū meorum dn̄e do pauperibus: ⁊ ſi quid aliquem defraudaui/ reddo quadruplū. Ait ieſus ad eum. Quia hodie ſalus domui huic fctā eſt: eo ꝙ ⁊ ipſe filius ſit abrahe. Uenit enī filiꝰ hoīs ꝗrere/ ⁊ ſaluū facere: qḋ perierat. Offer. Dn̄e deus meꝰ in ſimplicitate cordis mei letꝰ obtuli vniuerſa: et populū tuū qui repertꝰ eſt vidi cū ingēti gaudio: deꝰ iſrael cuſtodi hāc volūtatē. In tpe paſcha. Alla. Secre.

Annue qs dn̄e precibꝰ noſtris: vt quicunqꝫ intra tēpli huius/ cuius anniuerſariū dedicationis diē celebramus ambitum cõtinemur: plena tibi atqꝫ ꝑfecta coꝛpoꝛis ⁊ aie deuotiõe placeam⁹: vt dñi hec ꝑſentia vota reddimus: ad eterna ꝑmia te adiuuãte peruenire mereamur. Per dñm.

Pꝛefatio quoti. Cõio. Dom⁹ mea domus oꝛationis vocabitur dicit dñs in ea ois qui petit/accipit: et qui querit inuenit: et pulſanti aperietur. In tẽpoꝛe paſ. alła alła. Poſtcõio.

DEus qui eccleſiã tuã ſponſam vocare dignatus es: vt que habebat gratiam per fidei deuotionẽ: haberet etiam ex nõie dignitatẽ: da vt omnis hec plebs tuo nomini ſeruiẽs / huius vocabuli conſoꝛtio digna inueniatur. Qui viuis et regnas cũ deo patre

Si hoc feſtũ a. lxx. vſqꝫ ad paſcha cõtigerit: dicitur in fine miſſe Benedicamus dño. Si autem alio tempoꝛe anni: finiatur cum Ite miſſa eſt. Per totas octauas dicitur eadẽ miſſa de dedicatiõe / quãcunqꝫ hoc feſtum ſcilicet ab octa. epyphanie vſqꝫ ad. lxx. et ab octa. paſche vſqꝫ ad aſcenſionem domini: vel a feſto ſancte trinitatis / vſqꝫ ad aduentum domini contigerit: niſi feſtũ. ix. lect. intercurrat: ſed ſine ſequentia / ⁊ Credo. tamẽ in dominica dicitur iſta ſequẽtia.

LEtabundus exultet fidelis choꝛus / celi curie. Cũ iocundus oꝛnatur regine thoꝛus regi gloꝛie. In tali cõnubio / nubit lappa lilio: ſoli ſtella. Cum miro conſoꝛtio / anime fit vnio: dei cella. Celebꝛatur hodie / chꝛiſti et eccleſie: caſte nuptie. Sicut iungit ſpiritum / homo deo ſubditum: iugo gratie. In hoc matrimonio / caro dei filio nupſit nobili. Ipſe vero filius / ſummus et eximius: ceſſit humili. Ima ſũmus petijt / et ſponſam expetijt: quam de nigra geſtijt: candidare. Fecit quod diſpoſuit / quia fedã potuit: quando ſibi placuit emũdare. Ancilla pꝛopera. Ut fias libera. Cum viro regnans ſeptrigera. Sponſum conſidera. Quem velat littera. Ipſum reuelat fides vera.

¶ Secundum Lucam vj.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Ois q̄ venit ad me / et audit ſermones meos / ⁊ facit eos: oſtendã vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini edificanti domum: qui fodit in altum: et poſuit fundamentum ſupꝛa petrã. Inundatione autem facta: illiſũ eſt flumẽ domui illi / et nõ potuit eam mouere. Fundata eñi erat ſupꝛa firmã petram. Credo. In octa. dedicationis ecclſie: oĩa fiãt ſicut in pꝛima die / cũ hac ſequẽtia

QUam dilecta tabernacula domini virtutum et atria. Quam electi architecti / tuta edificia. Que non mouẽt immo fouẽt: vẽtus / flumẽ / pluuia. Quã decoꝛa fundamẽta / perconcinnã ſacramenta / vmbꝛe pꝛecurrentia. Latus ade doꝛmiẽtis / euam fudit immanentis / copule pꝛimoꝛdia. Arcam ligno fabꝛicatam / noe ſeruat gubernatã: per mũdi diluuium. Pꝛolem ſera tandem feta / anus ſara ridet leta: noſtrũ lactans gaudium. In biuio tegens nuda / geminos parit ex iuda: thamar diu vidua. Sic moy ſes a puella/dum ſe lauit in fiſcella: reperitur cirpea. Hic mas agnus immolatur/quo iſrael ſaciatur: eius tinctus ſanguine Hinc venit auſtri regina/ſalomonis qua diuina: condit ſapiētia. Hec eſt nigra ſed formoſa/myrrha et thure fumoſa: virga pigmentaria. Sic futura que figura/obumbrauit/reſerauit/nobis dies gratie. Iam in lecto cum dilecto quieſcamus ⁊ pſallamus: aſſunt enim nuptie. Quarū tonat inicium/in tubis epulantium: et finis per pſalteriū. Spōſum millena milia/vna laudāt melodia: ſine fine dicentia/alleluya all'a.

¶ Secundum Johannem x.

In illo tēpore. Facta ſūt encenia i hieroſolymis: et hyems erat. Et ambulabat ieſus in tēplo: in porticu ſalomonis. Circundederūt ergo eum iudei: et dicebāt ei. Quouſq; animā noſtrā tollis? Si tu es chriſtꝰ: dic nobis palam. Reſpondit eis ieſus. Loquor vobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomie patris mei: hec teſtimonium perhibent de me. Sed vos non creditis: q̄a non eſtis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiunt: ⁊ ego cognoſco eas: et ſequuntur me. Et ego vitam eternam do eis: et non peribunt in eternum/et non rapiet eas quiſq̄ de manu mea. Pater meꝰ quod dedit michi/maius oībus eſt: et nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater: vnum ſumꝰ. Non dr Credo. niſi dn̄ica fuerit. Si hoc feſtum a capite ieiunij. vſq; ad cenam dn̄i cōtigerit: nihil fiat de feſ. niſi tantū in .j. die: p̄ter mēo. infra octa. ⁊ i oc. ¶ In cōſecratiōe eccl'e Offiī.

Terribilis eſt locꝰ iſte/hic domꝰ dei eſt et porta celi: et vocabit᷑ aula dei. In tpe paſ. All'a. ps. Dn̄s regnauit decorē indutꝰ eſt: indutꝰ eſt dn̄s fortitudinē et precinxit ſe. Gloria patri. Orō

Deus qui ſacrādor tibi auctor es munerū: effunde ſuper hanc orationis domū benedictionē tuā: vt ab oībus inuocātibus nomē tuum defenſionis tue auxiliū ſentiat᷑. Per. Epl'a. Ego. iohānes vidi ciuitatē. vts̄ in die dedicationis. Gr. Locus iſte a deo factꝰ eſt ineſtimabile ſacramētū irreprehenſibilis eſt. V. Deꝰ cui aſtat angelorū chorus: exaudi preces ſeruorū tuorū. Alleluya. Vꝰ. Adorabo ad tēplū ſanctū tuū: et cōfitebor noī tuo. Sequētia. Quā dilecta. vts̄ in octa. dedica. Euāge. Egreſſus ieſus perambulabat. vts in die dedica. Offr. Dn̄e deus in ſimplicitate cordis mei letus obtuli vniuerſa: et populum tuum qui repertꝰ eſt vidi cum ingenti gaudio: deus iſrael cuſtodi hanc voluntatem. In tempore paſchali alleluya. Secreta.

Deus q̄ in omni loco dn̄ationis tue totus aſſiſtis et totus operaris: accepta ſacrificiū noī tuo benignꝰ oblatū: ⁊ huiꝰ domus cuiꝰ es fūdator/eſto protector: vt in v̄tute ſpūs ſācti/fiat ſemper ſeruientiū etiā tibi/deuota libertas. Per dn̄m. In vnitate eiuſdē Cōio. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dn̄s: in ea oīs qui petit/accipit: et qui querit inuenit: et pulſanti/aperiet. In tp̄e paſchali. Alleluya alleluya. Poſtcōio.

SAcramētis dn̄e refectis ſalutaribus gratias tibi referimus: reple q̄s hoc templum tue gloꝛia maieſtatis: vt i honoꝛē nominis tui/fiat populo tuo domꝰ oꝛationis. Per dn̄m. ¶ In reconciliatione eccl'ie. Ad miſſā Officiū

DUm ſāctificatꝰ fuero in vobis/cōgregabo vos de vniuerſis terris ⁊ effūdā ſup vos aquā mūdā: ⁊ mūdabimini ab oībus inqnamentis vr̄is et dabo vobis ſp̄m nouū. In tp̄e paſ. all'a. Ps. Bn̄dicam dn̄m in oī tēpoꝛe ſēper laus eiꝰ in oꝛe meo. Oꝛo.

DEus qui dixiſti domꝰ mea domꝰ oꝛatiōis vocabit: domū iſtā gentiū ſpurcitijs cōtaminatā/mūdare ⁊ ſāctificare digneris: vt omniū p̄ces et vota in loco hoc ad te clamātiū/clemēter exaudias: et benigne p̄ficias. Qui viuis ⁊ regnas cū deo patre. Ep'la. Ego iohannes. ſicut in die dedicationis. Gr. Tollite hoſtias et introite in atria eiꝰ: adorate dn̄m in aula ſancta eius. V. Reuelauit dn̄s cōdenſa: et in tēplo eius omnes dicēt gloꝛiam. Alleluya. V. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.

¶ Secundum Lucam vj

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Non eſt arboꝛ bona/que facit fructꝰ malos: neq3 arboꝛ mala/faciens fructum bonum. Unaqueq3 enim arboꝛ de fructu ſuo cognoſcitur. Neq3 enī de ſpinis colligūt ficus. neq3 de rubo vindemiāt vuā. Bonꝰ homo de bono theſauro coꝛdis ſui p̄fert bonū: et malꝰ homo de malo theſauro p̄fert malū. Ex abundātia enī coꝛdis: os loqtur. Quid enī vocatis me dn̄e domine: ⁊ nō facitis que dico. Oīs q̄ venit ad me/⁊ audit ſermōes meos/⁊ facit eos: oſtēdā vobis cui ſimilis ſit. Siſis eſt hoi edificāti domū/q̄ fodit in altū: ⁊ poſuit fundamētū ſupꝛa petram. Inundatiōe aūt facta: illiſū eſt flumen domui illi/⁊ nō potuit eā mouere. Fundata enī erat ſupꝛa firmam petrā. Offr. Oraui deum meum ego daniel dicēs. exaudi dn̄e p̄ces ſerui tui: illumina faciē tuā ſuper ſanctuariū tuū: et p̄picꝰ intēde populū iſtū/ſuper quē inuocatū eſt nomē tuū deus. Et finiat in tractu p̄ceđ. cū all'a all'a. Secreta

HEc hoſtia q̄s dn̄e/et locum iſtū ab īmundicijs ſiquoſū vel patrate offenſiōis expurget: ⁊ ſupplicatiōes nr̄as hic ⁊ vbiq3 tibi reddat acceptas. Per dn̄m. Cōio. Acceptabis ſacrificiū iuſticie oblationes et holocauſta ſuper altare tuum dn̄e. In tp̄e paſchali all'a alleluya. Poſtcōio.

PErcipientes domine munera ſalutis eterne/te ſupplices exoꝛamꝰ: vt templū hoc vel cimiteriū a barbaroꝛum vel iniquoꝛū inquinamētis emundatū: tua benedictione maneat ſāctificatū: ⁊ pectoꝛa noſtra ab omni ſoꝛde vicioꝛum aliena/tibi ſemꝑ aſſiſtant deuota. Per do.

¶ Ad miſſam dicendam dum ſacerdos induit ſe ſacris veſtibus/

dicat hymnū ſequentē. Hymnus

Ueni creatoꝛ ſpiritus/ mentes tuoꝝ viſita: imple ſuperna gratia/ que tu creaſti pectora. Qui paraclitus diceris/ donum dei altiſſimi: fons viuus ignis caritas/ et ſpiritalis vnctio. Tu ſeptifoꝛmis munere/ dextre dei tu digitus: tu rite ꝓmiſſo patris/ ſermone ditās guttura. Accende lumē ſenſibꝰ/ infunde amorem coꝛdibus: infirma noſtri coꝛpoꝛis/ virtute firmans perpetim. Hoſtē repellas lōgius/ pacem qꝫ dones pꝛotinus: ductoꝛe ſic te pꝛeuio/ vitemus omne noxiū. Per te ſciamꝰ da patrē/ noſcamꝰ atqꝫ filium: te vtriuſqꝫ ſpiritū/ credamus omni tēpoꝛe. Sit laus patri cum filio/ ſancto ſimul paraclito nobiſqꝫ mittat filius/ cariſma ſancti ſpiritus. Amen. ℣. Emitte ſpiritū tuum et creabuntur. ℞. Et renouabis faciem terre. Oꝛatio

Deus cui omne coꝛ patet/ et omnis voluntas loquitur et quem nullū latet ſecretū: purifica per infuſionē ſancti ſpūs cogitationes coꝛdis nr̄i/ vt te perfecte diligere: et digne laudare mereamur. Per chꝛiſtū. Deide ſequatur Añ. Introibo ad altare dei. P̄s. Judica me deꝰ ⁊ diſcerne. totꝰ p̄s dicitur cū Gloꝛia p̄ri. Deide dr̄ Añ. Introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuētutē meā. Kyriel. Xpel. Kyrieleyſon pater nr̄. Aue maria. His finitis/ et officio miſſe inchoato: cum poſt officium Gloꝛia patri. incipitur: accedat ſacerdos cum ſuis miniſtris ad gradū altaris/ et dicat ipſe confeſſionem: diacono aſſiſtēte a dextris: et ſubdiacono a ſiniſtris/ hoc modo incipiendo. Et ne nos. Sed libera nos a malo. Cōfitemini domīo quoniā bonus. Qm̄ in ſclm̄ mia eius. Cōfiteoꝛ deo/ btē marie/ oībus ſctīs/ et vobis: q̄a peccaui nimis cogitatione/ locutione/ ⁊ opere: mea culpa: pꝛecoꝛ ſanctā mariā/ oēs ſanctos dei/ et vos oꝛate ꝓ me. Miniſtri reſpōdeant. Miſereatur veſtri oīpoteus deus: et dimittat vobis oīa pctā veſtra: liberet vos ab oī malo: cōſeruet ⁊ cōfirmet in bono: et ad vitā perducat eternā. Sacerdos. Amen. et poſtea dicat Cōfiteoꝛ. Quo dicto/ dicat ſacerđ Miſereatur vr̄i. deinde dicat ſacerdos. Abſolutionē et remiſſionē omniū pctōꝝ veſtroꝝ: ſpaciū vere penitētie/ et emendationē vite: gratiā et cōſolationē ſancti ſpūs/ tribuat vobis oīpotens et miſericoꝛs dn̄s. Miniſtri reſpondeant. Amen. ¶ Et ſciendū eſt: q̄ quicūqꝫ ſacerdos officiū exequatur: ſemꝑ epūs ſi p̄ſens fuerit ad gradū altaris dicat Cōfiteoꝛ. Miſereatur. et Abſolutionē. Deide dicat ſacerđ. ℣. Adiutoꝛiū noſtrū ī noīe dn̄i. Qui fecit celū et terrā. Sit nomē dn̄i bn̄dictū. Ex hoc nūc. Oꝛemus. Deinde finitis p̄cibus ſacerđ. deoſculetur diaconū: ⁊ poſtea ſubdiaconum: ita dicēs. Habete oſculū pacis et dilectionis: vt apti ſitis ſacroſancto altari/ ad perficiendū officia diuina. Et hoc ſemper obſeruetur per totū annū: niſi tātū in miſſis pꝛo defunctis: et in tribus pꝛoximis ferijs ante paſcha. His itaqꝫ peractis/ ceroferarij cādelabꝛa cū cereis ad gradū altaris dimittāt deinde accedat ſacerdos ad altare: et dicat in medio altaris tacita voce / inclinatoqꝫ coꝛpoꝛe et iunctis manibus **Oꝛemus.** Oꝛatio.

Aufer a nobis q̄s dn̄e cunctas iniquitates noſtras: vt ad ſancta ſanctoꝛū puris mereamur mentibus introire. Per chꝛiſtū dn̄m nr̄m. Tūc ſe erigat ſacerdos/ et oſculet᷑ altare / et hoc in medio: et ſignet ſe in facie ſua ita dicens. **In noīe patris et filij ⁊ ſpūs ſancti. Amē.** Deinde ponat diaconus thus in thuribulum / ⁊ dicat pꝛius ſacerdoti. **Benedicite** et ſacerd̄. dicat. **Dn̄s. Ab ipſo benedicat᷑ hoc incenſū: in cuius honoꝛe cremabit᷑. In noīe patris. ⁊c.** Tunc diaconus ei thuribulū tradens/ deoſculet᷑ manū eius: et ipſe ſacerdos thurificet mediū altaris/ et vtrumqꝫ coꝛnu altaris: pꝛimo in dextera / ſecūdo in ſiniſtra parte / et interim in medio: deinde ab ipſo diacono ipſe ſacerdos thurificetur: et poſtea textū miniſterio ſubdiacōi ſacerdos deoſculetur. His itaqꝫ geſtis ī dextro coꝛnu altaris cū diacono et ſubdiacono: officiū miſſe vſqꝫ ad oꝛationem pꝛoſequat᷑: vel vſqꝫ ad **Gloria in excelſis** quando dicitur. Et poſt officiū et pſalmū / repetatur officiū: et poſtea dicit᷑ **Gloꝛia patri.** et **Sicut erat.** tertio repetatur officium. Et hoc per totum annū obſeruetur tam in dn̄icis ꝙ in feſtis ſanctoꝛum: et in octa. et infra quādo choꝛus regitur: et in omnibus miſſis de ſc̄ta maria per totum annū obſeruet᷑: niſi in dn̄ica paſſionis dn̄i: et ab hinc vſqꝫ ad cenā dn̄i ad miſſā ſcilꝫ de tp̄ali tm̄: tūc enī ſtatim poſt pſalmū qui dr̄ poſt officiū/ reincipiat᷑ officiū ſine **Gl̄ia patri.** poſt repetitionē officij pꝛincipalis rectoꝛ choꝛi officiū miſſe a cātoꝛe querere debet: deinde illud ſocio ſuo itimare: et poſtea ſimul incipere. Et ſil'r incipere **Kyrie. Sequētia. Offr̄. Sanctus. Agn⁹ ⁊ Cōio:** querant᷑/ intiment᷑/ et incipiant᷑. His finitis/ et officio miſſe inchoato/ cū poſt officiū **Gl̄ia patri** incipit᷑: tūc accedāt miniſtri ad altare oꝛdinatim: pꝛimo ceroferarij / duo pariter incedentes: deinde thuribularij poſt ſubdiacon⁹: exinde diacon⁹ poſt eū ſacerd̄. diacono et ſubdiacono caſulis indutis ſcilꝫ quotidie per aduētū / ⁊ a. lxx. vſqꝫ ad cenā dn̄i/ quādo de tp̄ali dr̄ miſſa: niſi in vigilijs ⁊ quattuoꝛ tp̄ibus: manus tn̄ ad modū ſacerdotis nō habētibus: ceteris vero miniſtris ſcilꝫ ceroferario. thuribulario/ et accolito in albis cū amictibus exiſtētibus. In alijs vero tp̄ib⁹ anni qn̄ de tp̄ali dr̄ miſſa: et in feſtis ſcōꝝ toti⁹ anni/ vtant᷑ diacon⁹ et ſubd̄ dalmaticis et tunicis: niſi in vigilijs et quatuoꝛ tp̄ibus: et niſi ī vigilia paſche/ et pēthecō. et natiui. dn̄i ſi in dn̄ica cōtigerit: ⁊ excepto ieiunio quatuoꝛ tp̄m / qd̄ celebꝛatur in ebd̄. pēthe. tūc dalmaticis et tunicis indui debēt. In die paraſceue ⁊ in rogationib⁹ ad miſſā ieiunij et ꝓceſ. et in miſſis dn̄icalibus et ſcōꝝ q̄ in capitulo dicunt᷑: tunc enī albis cū amictib⁹ vtant᷑ ita tamē ꝙ in tp̄e paſcali de quocunqꝫ dꝛ missa: nisi in inuentione sancte crucis/ vtant᷑ ministri altaris vestimentis albis ad missam. Similiter fiat in festo annũcia. beate marie/et in cõcep. eiusdẽ: et in vtroqꝫ festo sãcti michaelis: et in festo sancti iohãnis apl'i in ebdomada nati. dñi: ⁊ per octa. ⁊ in octa. assumptionis/et nati. beate marie/et in cõmẽoꝛationibꝰ eiusdem per totũ annũ: et per octa. et in octa. dedicationis ecclesie: Rubeis vero vtant᷑ vestimẽtis oĩbus dñicis per annũ extra tẽpus pasche quãdo de dñica agit᷑: ⁊ in. iiij. feria i capite ieiunij. et in cena domini et in vtroqꝫ festo sãcte crucis in quolibet festo martyꝛũ/aploꝝ et euãgelistarũ extra tẽpus pasce In oĩbus autẽ festis vnius cõfes. vel plurimoꝛũ confessoꝛũ: vtant᷑ vestimentis crocei coloꝛis Quo facto sacerdos et sui ministri in sedibus paratis se recipiant: et expectẽt vsqꝫ ad **Gloꝛia in excelsis** qđ incipiatur semper in medio altaris quandocunqꝫ dicitur. Oĩbus dñicis per annum quãdo **Gloꝛia in excelsis** dicit᷑: dicitur vnũ istoꝛũ pꝛo dispositione cantoꝛis.


Gloꝛia in excelsis deo


Gloꝛia in excelsis deo.


Gloꝛia in excelsis deo

¶ In omnibus maioꝛibus duplicibus dicatur vnum istoꝛum pꝛo dispositione cantoꝛis.


Gloꝛia in excelsis. deo.


Gloꝛia in excelsis deo.

¶ In oĩbus aliis dupl'. dicit᷑ vnũ istoꝛum pꝛo dispositione cãtoꝛis.


Gloꝛia in excelsis deo.


Gloꝛia in xcelsis deo.

¶ In vtroqꝫ festo scti michaelis ⁊ in festo scti dũstani dꝛ hic cantus


Gloꝛia in excelsis deo.

¶ In oĩbus festis ⁊ in octa. qñ inuitatoꝛiũ a tribus cantat᷑/dꝛ vnũ istoꝛum pꝛo dispositione cãtoꝛis.


Glo ꝛia in excelsis deo.


Gloꝛia in excelsis deo.

¶ In omnibus aliis festis simplicibus tamen cũ. ix. lectionum in quibus choꝛus regit: dicat᷑ vnum istoꝛum cantuum.





¶ In oib⁹ fe. iij. lc. et in oc. qñ chorus non regit: dicit vnũ iſtorum.





¶ In cõmemoratione beate marie dicit hic cantus per totũ annũ quãdo dicitur **Gloria in excelſis.**



Niſi quãdo vltimo fit ſeruitium de ſãcta maria ante aduentũ dñi et ante .lxx. et in octa. aſſũptionis et nati. beate marie: tũc enĩ dicit ſequẽs cantus tam a choro ꝙ̃ a ſacerdote ⁊ eius miniſtris ad altare cũ ſua farſura videlicet ĩ choro: et etiã dicitur cum ſua proſa in quotidianis miſſis in capella beate marie omni ſabbato.



Gloria in excelſis deo Et in terra pax hoĩbus bone volũtatis. Laudam⁹ te. Benedicim⁹ te Adoram⁹ te. Glorificam⁹ te. Gratias agim⁹ tibi propter magnã gloriã tuã. Dñe deus rex celeſtis de⁹ pater oĩpotens. Dñe fili vnigenite ieſu xp̃e. Spũs et alme orphanorũ paraclyte. **Dñe deus agnus dei fili⁹ patris.** Primogenitus marie ṽginis matris. **Qui tollis pctã mũdi: miſerere nobis Qui tollis pctã mũdi: ſuſcipe deprecationẽ noſtrã.** Ad marie gloriã. **Qui ſedes ad dexterã patris miſerere nobis. Qm̃ tu ſolus ſanctus.** Mariã ſanctificãs. **Tu ſolus dñs.** Mariã gubernãs. **Tu ſolus altiſſim⁹.** Mariã coronans. **Ieſu chriſte/cum ſancto ſpũ: in gloria dei patris Amẽ.** In oib⁹ alijs miſſis qñ dicẽdum eſt: dr ſine proſa. Poſt inceptionẽ **Glia in excelſis.** diuertat ſe ſacerdos ad dextrum cornu altaris: ⁊ miniſtri cũ eo ꝯſequentes: diacon⁹ a dextris/⁊ ſubdiacon⁹ a ſiniſtris: ſubmiſſa voce dicãt idẽ. In dupl. feſ. principalis rector chori. **Glia ĩ excelſis.** qñ debet dici/ĩcet a cãtore: ⁊ ſacerdoti iniũgat. ¶ Notandũ eſt: ꝙ oẽs clerici ſtare tenent ad miſſã: niſi dũ lectio ep̃le legit/ et gr. ꝟ **Alla** vel tr. cãtat. In dupl. tñ feſ. ſtare tenent oẽs dũ a choro **Alla** canit. Pueri vero ſemp ſunt ſtantes ad miſſã choro canente. Rectores vero chori cũ [illegible] habent: ſequãtur p oia regulã clericorũ de ſcda forma ad veſ. matu. et ad miſ. niſi ꝙ ſemper dũ chorus canit **Alla** ſtare tenent et in inceptionib⁹ cãtuum ad miſſã ad altare ſe cõuertãt. In dupl. feſ. oẽs rectores chori imitent oia vcã. ¶ Et notandũ eſt: ꝙ oẽs clerici tenentur ad altare

tare teneāt dū ad missā Gl'ia in excelsis. inchoat: quousq; chorus cantet. Et in eodē hymno ad hec v̄ba Adoram⁹ te. & ad hec v̄ba Suscipe deprecationē nostrā. et in fine eiusdē cū dr̄ Jesu christe cum sctō spū in gl'ia dei. vsq; ad ep̄lam vel ṗ. Dictoq; gr̄. All'a / vel seq̄ntia / vel tr̄. a sacerd. priuati cū suis ministris: accipiat subd. panē & vinū & aquā cū calice / et ea pparet ad eucharistie ministrationē / benedictione prius aque a sacerd. petita hoc modo **Benedicite.** sic r̄ndeat sacerd. **D̄ns.** Ab eo sit b̄ndicta de cuius latere exiuit sāguis & aqua **In noīe pr̄is.** &c. Sacerdos vo interim sedeat in sede sua. In fine vero gr̄. vel tr̄. vel **All'a** vel seq̄ntie: chor⁹ ad altare se inclinet antequā ad lectorē euāgelij se vertat: et ad **Gl'ia tibi dn̄e.** semp ad altare se vertat lector euāgelij: et etiā oēs clerici signo crucis se signent quod ter ad missā publice obseruat scilz ad **Gl'ia in excelsis.** qn̄ dr̄ **In gloria dei patris Amē.** & ad **Gl'ia tibi dn̄e.** & post **Sāctus** cū dr̄ **Benedict⁹ qui venit.** & ad inceptionē **Credo in vnum.** quousq; chorus cantet: et iterū ad altare ter inclinet: scilz dum dr̄ hec clausula. **Et incarnatus est de spū sctō ex maria virgine.** ij. **& homo factus est.** iij. **Crucifixus etiā pro nobis sub pōtio pilato.** & in fine cū dr̄ **Et vitā venturi secli Amē.** Ab hinc quousq; etiā inchoet offir. & post offir. quousq; cōpleat totū officiū misse hunc gestū chorus imitet oī festo per annū. **Per** totū aūt aduentū non dr̄ **Gl'ia in ex.** de quocūq; missa: nec a .lxx. vsq; ad vigiliam pasche. His itaq; peractis factoq; signaculo crucis in facie sua: vertat se sacerdos. ad populum: eleuatisq; aliquantulū brachijs iūctisq; manibus dicat hoc modo.



Et chorus respondeat. **Et cum spū tuo.**

Domin⁹ vobiscū. sub eodem tono: et iterum reuertat se sacerdos ad altare / et dicat hoc modo.



Oremus.

Quotienscūq; dr̄ **D̄ns vobiscū.** ad missā: semper sub eodē tono dicetur siliter & **Oremus:** nisi in prefationib⁹ / & nisi in missa sponsaliū cū fiat benedictio super sponsum et sponsā ante **Pax domini.** tūc enim dicitur sic: et in consimilibus ita determinando.



D̄ns vobiscū. Orem⁹.

Deinde dr̄ oratō sic determinādo.



Per oīa scl'a seculoR. Amē.

Et si aliqua mēo. habēda est: iterū dicat sacerd. Oremus. vt s̄. Et qn̄ sunt plures col. dicēde: tūc oēs orōnes q̄ sequūt sub vno Per dn̄m et vno Orem⁹ dn̄r: ita tn̄ q̄ septenariū numerū excedere nō debēt scdm vsū ecclie Saru. Et semper dum stat sacerd. ad officiū misse / post eū stet diacon⁹ directe in proximo gradu: et sub d. simi modo directe in scdo gradu post diaconū ita q̄ quotiēs sacerd. ad populū se conuertit: diaconus siliter se con-

uertat. Subdiacon⁹ vero interim genuflectẽdo de capſula ſacerdotis aptanda ſubminiſtret. Et ſi ep̃us celebrauerit: oẽs diaconi in gradu diaconoꝝ conſiſtãt: principali diacono medium locū inter eos obtinẽte. Silr̃ modo ĩ gradu ſubdiaconoꝝ ſe hãbeãt ceteris oĩbus diaconis ⁊ ſubdiacõis/ geſtū principalis diaconi ⁊ principalis ſubdia. imitãtibus: excepto ꝙ principalis ſubd̃. ſacerdoti ad populū conuertẽti ſolus ſubminiſtret.

¶ Sciendū eſt autẽ: ꝙ quicq̃d a ſacerdote d̃r ante ep̃lam ĩ dextro cornu altaris expleat̃/ preter inceptionẽ **Gl̃ia in ex.** ſĩliter fiat poſt pceptionẽ ſacramẽti. Cetera oĩa in medio altaris expleãt̃: niſi forte diacon⁹ defuerit. Tūc eni in ſiniſtro cornu altaris legat̃ euãge. Poſt introitū vero miſſe: vnus ceroferarioꝝ panẽ/ vinū/ et aquã q̃ ad eukariſtie miniſtrationem diſponunt̃/ deferat. Reliquus vero peluim cum aqua ⁊ manutergio portet chorū licet ingredi vſqꝫ ad cõpletoriū prime collecte. Cetera vſqꝫ ad **Credo** dicunt̃/ vrs̃ in prima dominica aduentus domini

C**redo in vnum deum.** Patrẽ oĩpotentẽ factorẽ celi et terre: viſibiliū oĩm et inuiſibiliū. Et in vnū dñm ieſū chriſtū filiū dei vnigenitū. Et ex patre natū ante oĩa ſecula. Deū de deo lumẽ de lumine: deum verū de deo vero. Genitū nõ factū: cõſubſtantialẽ prĩ: per quẽ oĩa facta ſūt. Qui ꝓpter nos hoĩes et ꝓpter noſtrã ſalutẽ deſcendit de celis. Et incarnat⁹ eſt de ſpũ ſctõ ex maria virgĩe: et homo fact⁹ eſt. Crucifixus etiã pro nobis ſub põtio pylato: paſſus et ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſcđm ſcripturas. Et aſcendit in celū ſedet ad dexterã prĩs. Et iterum vẽturus eſt cū gl̃ia iudicare viuos ⁊ mortuos: cui⁹ regni non erit finis. Et in ſpiritū ſctm̃ dñm et viuificantẽ: qui ex patre filioqꝫ procedit. Qui cū prẽ et filio ſimul adorat̃ ⁊ cõglorificat̃: q̃ locut⁹ eſt per ꝓphetas. Et vnã ſctãm catholicã ⁊ apoſtolicã eccleſiã. Cõfiteor vnū baptiſma in remiſſionẽ peccatorū. Et expecto reſurrectionẽ mortuoꝝ. Et vitã venturi ſcl̃i. Amen.

Poſt inceptionẽ **Credo in vnum deū.** reuerſis miniſtris de pulpito ad altare: diacon⁹ textū euãgelioꝝ ſacerd̃. porrigat deoſculãdū vel alias textū accipiẽs de manu ſubdiaconi ipſū ſacerdoti porrigat in dexteris ei⁹ oſculãdū. Deinde acolito miniſtrante ſubdiacono/ ſubdiacon⁹ ipſi diaco. Poſtea ſequat̃ **Dñs vo. ⁊ Oremus.** Deinde d̃r offer. Poſt offer. vero porrigat diacon⁹ ſacer. calicẽ cū patena et ſacrificio/ ⁊ oſculet̃ manū ei⁹ vtraqꝫ vice. Ipſe vero [illegible] ab eo calicẽ diligẽt ponat ĩ loco ſuo debito ſup mediū altaris ⁊ inclinato parũ eleuet calicẽ vtraqꝫ manu offerens ſacrificiū dño/ dicendo hãc Oronẽ.

S**uſcipe ſancta trinitas hanc oblationẽ quã ego indignus peccator offero in honore tuo: beate marie et oĩm ſctõꝝ tuoꝝ pro peccatis et offenſionib⁹ meis: et pro ſalute viuoꝝ/ ⁊ reqe oĩm fideliū defũcto-**

cū. **In noīe pr̄is et filij ⁊ ſpūs ſc̄i acceptū ſit oīpotēti deo hoc ſacrificium nouū.** Dicta or. reponat calicē et cooperiat cū corporalib⁹: ponatq; panē ſuꝑ corporalia decenter ante calicē vinū ⁊ aquā cōtinētē: et oſculet̄ patenā: ⁊ reponat eā a dextris ſacrificij ſuꝑ altare ſub corporalib⁹ parū cooperiēdo. Hoc peracto accipiat thuribulū a dia. et thurificet ſacrificiū: videlʒ vltra ter ſignū crucis faciēs: et in circuitu/ et ex vtraq; parte calicis et ſacrificij: deinde locū ter inter ſe ⁊ altare. Et dum thurificat/ dicat **Dirigat̄ dn̄e ad te oratio mea: ſicut incenſum in ↄſpectu tuo.** Poſtea thurificet̄ ipſe ſacerđ. ab ipſo diacono ⁊ ſubđ. deferat ei textum deoſculādū: deinde accolit⁹ thurificet chorū/ icipiēs a rectorib⁹ chori: deinde ſuperiorē gradū ex parte decani/ incipiēs ab ipſo decano vel a primiori ſtallo eo abſente: poſtea ſuperiorē gradū/ ex parte cātoris. Eodē ordine ſcđas/ exinde primas formas: ita q̄ ipſe puer ſingulos clericos incēſando illis inclinet ſubſequēte eū ſubdiacono cū textu ab oībus deoſculādo. Si ep̄s celebrauerit/ et duplex feſtū fuerit: duo pueri venient cū thuribulis/ et duo ſubdia. cū duobus textib⁹ vel reliquijs. Si aūt ep̄us nō celebrauerit/ ⁊ dupl. feſtū fuerit: textum deferat accolit⁹ ex parte cātoris. Primo autē thurificādus eſt cātor q̄ ſtat i medio chori/ cū ceteris rectorib⁹ chori: ſcʒ in feſtis maiorib⁹ dupl. tm̄: deinde principales rectores chori ex vtraq; parte ſui: exinde duo rectores ſcđarij: poſtea chorus more ſolito eodē quoq; ordine ſequantur textus. Qn̄ vero nō đr **Credo**: tūc īmediate poſt **Orem⁹** ⁊ offr̄. accedat diaconus. ⁊ offerat ſacerdoti calicē cum patena: et cetera ſolito more expleant̄: et thurificet ſacrificiū more ſolito: ſed chorus non thurificet̄. Nunq̄ eni incēſat chorus poſt euangeliū ad miſſā: niſi quādo đr **Credo**/ ſed tūc ſemper. His itaq; peractis: eat ſacerdos ad dextrum cornu altaris/ et abluat man⁹ dicēs. **Mūda me dn̄e ab oī inqnamēto mētis et corporis: vt poſſim mūdus iplere opus ſāctū dn̄i.** Diacono interī ipſū altare ī ſiniſtro cornu thurificāte/ et reliquas more ſolito in circuitu. Ablutis manibus/ ſacerdos reuertat ſe ad altare ad diuinū officiū exequēdū: et diacon⁹ ſubđ. gradib⁹ ſuis ordiate ſupradicto modo ſe teneāt. Deinde reuertat ſe: et ſtās añ altare iclinatoq; capite ⁊ corpe iunctis manibus dicat hāc orōnē

IN ſpū humilitatis ⁊ in aīo cōtrito ſuſcipiamur dn̄e a te et ſic fiat ſacrificiū nr̄m in ↄſpectu tuo: vt a te ſuſcipiat̄ hodie/ et placeat tibi dn̄e deus me⁹. Et erigēs ſe/ deoſculet̄ altare a dextris ſacrificij: et dās bn̄dictionē vltra ſacrificiū: poſtea ſignet ſe dicens. **In noīe pr̄is. ⁊c.** Deinde vertat ſe ſacerđ. ad pplm: et tacita voce dicat. **Orate fratres et ſorores ꝓ me: vt meū pariterq; veſtrū acceptū ſit dn̄o deo nr̄o ſacrificiū.** Reſpōſio cle. priuati. **Spūs ſancti gratia/ illuminet cor tuū et labia tua: et accipiat dn̄s digne hoc ſacrificiū laudis de manib⁹ tuis/ ꝓ peccatis et offēſionib⁹ nr̄is.** In milſis vero p̄ defunctis poſt ablutionē manuū ſacerdotis/ ſtati incipiat ſacerḋ. iūctis manib⁹ i medio altaris cōuerſus ad altare dicēs.



Hoſtias ⁊ p̄ces tibi dn̄e offerim⁹ Et chorus cantando reſpondeat. **Tu ſuſcipe pro aīab⁹ illis quarū hodie memoriam agim⁹: fac eas dn̄e de morte tranſire ad vitā.** Et interim dicat ſacer. **In ſpū humilitatis.** Deinde ſtatim dicat cōuerſus ad populū tacita voce. **Orate fratres et ſorores p̄ fidelib⁹ defūctis.** Reſponſio clerici cantando. **Requiē eternā dona eis dn̄e: et lux ꝑpetua luceat eis: quam olim abrahe promiſiſti/ et ſemini eius.**

❡ Notãdū eſt: q̄ in oibus miſſis pro corpore p̄ſenti/ et in anniuerſarijs cuiuſcūq̄ fuerint/ et in trigintalibus dr̄ **Hoſtias ⁊ preces.** cū v̄. **Requiē eternā.** ⁊ **Quā olim** In oibus vero alijs miſſis p̄ defūctis nō dr̄: nec in die aīarū. Et reuerſus ad altare ſacerdo. ſecretas orōnes dicat iuxta numerū ⁊ ordinē antedictarū ante epiſtolā ita incipiēs **Orem⁹**. Quibus finitis/ dicat ſacerdos apta voce. **Per oia ſcl'a ſclorꝝ.** manib⁹ nō leuatis donec dr̄ **Surſū corda.** et tūc accipiat ſubdiaconus offr̄. et patenā de manu diaconi: ipſā patenā tenendo/ quouſq̄ **Pater nr̄** dr̄: quā accolito offr̄. coopertā ꝯmittat in gradu ſcilꝫ poſt diaco. interi ꝯſtituto. Nō etiā obſeruet in oi miſ. ad autēticū altare celebranda p̄ totū annū: niſi tm̄ in miſſis pro defūctis: tm̄ in die aīarꝝ obſeruabitur.

❧ Sequūtur prefationes. Et pri mo prefatio natiui. dn̄i: que prefatio dr̄ in die nati. dn̄i ad oēs miſ. et quotidie per ebdo. ⁊ in die circū ciſiōis: et in oibus miſſis de ſcā maria/ ab hac die vſq̄ ad purifi. ⁊ etiā in die puri. Dicat etiā in feſto corporis xp̄i: ⁊ in octa. eiuſdē/ ⁊ infra: quãdo de eo fit ſeruitiū. Dicitur etiā in cōmemoratione eiuſdē **Cōmunicãtes** vero dicit tm̄ vſq̄ ad circūciſionē/ ⁊ i die circūciſiōis



Eterne de⁹. Quia per icar



nati verbi myſteriū: noua mẽ



nſe oculis/ lux tue claritatis infu



ſit. Ut dū viſibiliter deū cogno



ſcimus: p̄ hũc in inuiſibiliū amo



rē rapiamur. Et ideo cū angelis.

❡ Nota: q̄ infra canonē ad prim miſſā in nocte nati. dn̄i: dr̄ **Cōmunicã tes: ⁊ noctē ſacratiſſimam.** ⁊c. Ad omnes alias miſſas: dicitur **Diē ſacratiſſimū**/ q̄cūq̄ dicit. **Communicãtes ⁊ diē ſacra**

Protexiſti me deus a cōuētu malignātiū all'a: a multitudīe operātiū iniquitatē all'a all'a. Ps. Exaudi deus orationem meā cū deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui nos beati georgij martyris tui / meritis ⁊ interceſſione letificas: cōcede p̄piciꝰ vt cuius beneficia poſcimꝰ: dono tue gratie cōſequamur. Per dn̄m ¶ Lectio beati Jacobi. apoſtoli. j.

Cariſſimi Omne gaudium exiſtimate / cū in tēptatiōes varias incideritis: ſciētes q̄ probatio fidei vr̄e / patientiā operat᷑. Patiētia aūt opꝰ perfectū habeat: vt ſitis perfecti ⁊ integri / in nullo deficiētes. Si q̄s aūt veſtrū īdiget ſapiētia: poſtulet a deo q̄ dat oībus affluenter / ⁊ nō improperat: ⁊ dabit᷑ ei. Poſtulet aūt ī fide: nihil heſitās Qui enī heſitat: ſimilis eſt fluctui maris: qui a vēto mouet᷑ et circūfert᷑. Nō ergo exiſtimet hō ille: q̄ accipiat aliq̄d a dn̄o. Vir duplex aīo incōſtans eſt in oībꝰ vijs ſuis. Gloriet᷑ aūt frater hūilis in exaltatiōe ſua diues autē in humilitate ſua: q̄m ſicut flos feni trāſibit. Exortus eſt enī ſol cū ardore: et arefecit fenū / et flos eius decidit: et decor vultus eius deperijt. Ita ⁊ diues: ī itineribus ſuis marceſcit. Beatꝰ vir qui ſuffert tẽptationẽ: qm̄ cũ ꝓbatus fuerit/accipiet coronã vite: quã repromiſit de⁹ diligẽtib⁹ ſe. Alla. ℣ Letabit᷑ iuſtus in dño/et ſperabit in eo: et laudabũtur oẽs recti corde. Sequit᷑. Organicis cana. In cõi. fo.iiij. Euãge. Ego ſũ vitis vera. In cõi fo.j. Credo. Offr. Cõfitebũt᷑ celi mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuã i eccl'ia ſctõrũ: alla alla. Secreta.

Offerimus tibi dñe ſolemne ſacrificiũ pro venerãda ſcti georgij martyris tui paſſione/deprecãtes clemẽtiã tuã: vt p hec ſacroſancta myſteria: antiq̃ hoſtis tẽptamẽta/te triũphãte vincam⁹: et eterne remunerationis p̃miũ/te largiẽte ſequamur. Per do. Cõio. Letabit᷑ iuſt⁹ in dño/et ſperabit i eo: et laudabũt᷑ oẽs recti corde. Poſtcõ.

Menſe celeſtis ſaciati dulcedine/humiliter te rogam⁹ oĩps pater: vt intercedẽte btõ georgio martyre tuo: reſurrectiõis ei⁹ ſim⁹ participes/cui⁹ ſum⁹ morte redempti. Qui tecũ. ¶ Scti Marci euãgeliſte. Ad miſſam. Officiũ.

Proteriſti me de⁹ a cõuẽtu malignãtiũ alleluya: a m̄ltitudĩe operãtiũ iniquitatẽ: alla alla. Ps. Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Oratio.

Deus qui beatũ marcũ euãgeliſtã tuũ/euangelice p̃dicatiõis gratia ſublimaſti: tribue q̃s: eius nos ſemp̃ et eruditiõe p̃ficere: et oratione defendi. Per dominũ. ¶ Ad Epheſios. iiij.

Fratres Unicuiq; noſtrum data eſt grã/ſcdm menſurã donatiõis xp̄i. Propter qđ dic Aſcẽdẽs in altũ/captiuã duxit captiuitatẽ: dedit dona hoĩb⁹. q̄ autẽ aſcendit qđ eſt: niſi q̃a et deſcẽdit primũ ad inferiores ptes terre. Qui deſcẽdit: ipſe eſt et qui aſcẽdit ſuper oẽs celos/vt adimpleret oĩa. Et ipſe dedit quoſdã quidẽ apl'os quoſdã autẽ ꝓphetas: alios vero euãgeliſtas: alios vero paſtores ⁊ doctores/ad conſũmationẽ ſctõrum in opus miniſterij: in edificationẽ corporis chriſti: donec occurram⁹ oẽs in vnitatẽ fidei et agnitiõis filij dei: in virũ pfectũ/in menſurã etatis: plenitudinis chriſti. Alleluya. ℣ Prim⁹ ad Syõ dicet ecce aſſum: et hieruſalẽ euãgeliſtam dabo. Sequ. Laus deuota. In cõi. fo. iiij. Euãge. Ego ſũ vitis vera. In cõi fo.j. Offr. Cõfitebũt᷑ celi mirabilia tua dñe: et veritatẽ tuã in eccl'ia ſanctorum: alleluya alla. Secreta.

Beati marci euangeliſte tua ſolẽnitate tibi mũera deferẽtes/q̃s dñe: vt ſicut illũ p̃dicatio euãgelica fecit glorioſũ: ita nos eius interceſſio/et verbo et opere tibi reddat acceptos. Per dñm. Prefacio. Et te dñe. Nõ dr̃ i hac p̃fatiõe Per beatos euãgeliſtas: ſed Per beatos apl'os. Cõio. Ego ſũ vitis vera: vos palmites: qui manet i me et ego in eo: hic fert fructũ multũ: alla alla. Poſtcõ.

Refecti cibo ſpiritalis alimonie/q̃s dñe de⁹ noſter: vt qđ myſterio frequẽtamus intercedẽte btõ marco euãgeliſta/plena virtute conſequamur. Per dñm. ¶ Si hoc feſ. in aliquo feſto poſt oc. paſce cõtigerit/tũc fiat proceſſio poſt magnã miſſã de ſancto martyris. Si in ebdo. paſche aliq̄d feſtū vel ieiuniū euenerit: nihil de feſto fiat: nihil de ieiunio/ nec poſt paſcha: niſi forte in octa. contigerit: tunc enim poteſt differri in craſtinum. Hoc idem obſeruetur in ebdomada penthecoſ. ¶ Sancti Vitalis martyris. Officium.

Protexiſti me de⁹ a cōuentu malignātiū alleluya: a multitudīe operantiū iniquitatē alla alla. Ps. Exaudi deus oratiōnē meā cū deprecoꝛ: a timore inimici eripe animā meā. Oro.

Preſta q̄s oīps deus: vt intercedente beato vitale martyre tuo: et a cunctis aduerſitatib⁹ muniamur in coꝛpoꝛe: et a prauis cogitationib⁹ mūdemur in mente. Per. Epla. Nemo militās deo In cōi fo. iiij. Alla. v. Sācti tui dñe floreb̄ūt ſicut lilium: et ſicut odoꝛ balſami erunt ante te. Sequen. Organicis canamus. In cōi fol. iiij. Euāge. Ego ſū vitis ver a. In cōi fol. Offer. Repleti ſumus mane miſericoꝛdia tua: et exultauimus: et delectati ſumus alleluya. Secreta.

Grata tibi dōmie q̄s noſtra ſint munera: quibus ſancti vitalis martyꝛis tui paſſio recolitꝰ honoꝛanda. Per dñm. Cōio. Ego ſum vitis vera et vos palmites: qui manet in me et ego in eo/ hic fert fructū multū: alleluya alla. Poſtcōio.

Quęſumus oīps deus: vt munus diuinū quod ſumpſimus itercedēte beato vitale martyꝛe tuo: ſalutari nobis ꝓficiat effectu. Per dominū. ¶ In die apoſtoloꝛū Philippi ⁊ Iacobi Officiū.

Exclamauerunt ad te dñe in tpe afflictionis ſue: ⁊ tu de celo exaudiſti eos: alla alla. Ps. Exultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos annua apoſtolorum tuoꝛum philippi ⁊ iacobi ſolēnitate letificas: preſta queſum⁹: vt quoꝛum gaudemus meritis: inſtruamur exemplis. Per. Lectio libri ſapientie. v.

Stabūt iuſti in magna cōſtātia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerūt: et q̄ abſtulerūt laboꝛes illoꝝ. Videntes autē turbabunt timoꝛe hoꝛribili: et mirabūtur in ſubitatiōe inſperate ſalutis dicētes intra ſe: penitētiā agentes et pre anguſtia ſpirit⁹ gementes. Hi ſunt quos aliquādo habuim⁹ in deriſum: et in ſimilitudinē improperij. Nos inſenſati vitā illoꝝ eſtimabam⁹ inſaniā: et finē illoꝛū ſine honoꝛe. Ecce quomodo cōputati ſunt inter filios dei: Et inter ſctōs ſoꝛs illoꝝ eſt. Alla v. Stabūt iuſti in magna cōſtātia: aduerſus eos qui ſe āguſtiauerūt Alleluya. v. Nonne coꝛ noſtrū ardens erat in nobis: de ieſu dū loqueret nobis in via. Sequē. Clare ſctōꝛum In cōi fo. ij. ¶ Scdꝫ Johānē. xiiij

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Non turbet coꝛ veſtrū. Creditis in deum: et in me credite. In domo patris mei/ mānſiones multe ſunt. Si quo min⁹ dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero et ꝑparauero vobis locū: iterū veniā et accipiā vos ad meipſū: vt ibi ſum ego/et vos ſitis. Et quo ego vado vos ſcitis: ⁊ viā ſcitis. Dixit ei thomas. Dñe: neſcimus quo vadis. Et quomodo poſſumus viā ſcire? Dixit ei ieſus. Ego ſum via/et veritas/et vita. Nemo venit ad patrem: niſi per me. Si cognouiſſetis me: et patrē meū vtiqꝫ cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eū et vidiſtis eum. Dixit ei philipp⁹. Dñe: oſtende nobis patrē: et ſufficit nobis. Dixit ei ieſus. Tanto tēpoꝛe vobiſcū ſum: ⁊ non cognouiſtis me? Philippe/ q̄ videt me: videt et patrem. Quomodo tu dicis oſtēde nobis patrē? Nō credis q̄a ego in pr̄e: et pater in me eſt? Verba q̄ ego loquoꝛ vobis: a meipſo non loquoꝛ. Pater autē in me manens: ipſe facit opera. Nō creditis quia ego in pr̄e: et pater in me eſt? Alioquin pꝛopter ipſa opa credite. Amē amē dico vobis: qui credit in me: opera q̄ ego facio/ ⁊ ipſe faciet et maioꝛa hoꝛū faciet: quia ego ad patrē vado. Et quodcunqꝫ petieritis patrē in noīe meo: hoc faciam. Credo. Offr. Cōfitebūt̄ celi mirabilia tua dñe: et veritatē tuā in eccleſia ſanctoꝛū: all'a all'a. Secreta.

DEus eccleſie tue redemptoꝛ atqꝫ ꝑfectoꝛ: da vt apoſtoloꝝ tuoꝛū philippi ⁊ iacobi ꝑcibus paſchalis ſacramēti dona capiamus: quoꝛū nobis magiſterio ea voluiſti ꝑdicari. Per do. Pꝛefatio Et te dñe. Cōio. Tāto tēpoꝛe vobiſcū ſum ⁊ nō cognouiſtis me: philippe qui videt me/ videt et patrē all'a: non credis quia ego in patre/et pater ī me eſt: alleluya alleluya. Poſtcōio.

PAſchale myſteriū recēſen-
tes beatoꝝ apſtoꝝ tuoꝝ phi
lippi et iacobi dñe q̄s ꝑcibus ſ
ueamur: quoꝝ magiſterio hoc co
gnouimus exequendū. Per dñm

¶ In inuētiōe ſctē Crucis. Offi

Os autē glia
opoꝛtet in cru
dñi nr̄i ieſu ch
ſti ī quo eſt ſal
vita et reſurre-
ctio noſtra: per
quem ſaluati
liberati ſumus: all'a all'a. Ps. De-
us miſereat̄ noſtri et bñdicat nobis:
illuminet vultū ſuū ſuper nos et mi
reatur noſtri. Kyꝛie. Lux et oꝛig.
Et dicitur cum ſuis v̄. Oratio.

DEus qui in pꝛeclara ſalu
fere crucis inuētiōe/paſſi
nis tue miracula ſuſcitaſti/ con
de: vt vitalis ligni ꝑcio/ eterne vi
te ſuffragia cōſequamur. [illegible]
uis et reg. cū deo. [illegible] fit me
moꝛia de reſurrec. [illegible] ſctis mar
alexādꝛo/euētio/et [illegible]o. Or

PReſta q̄s oīps de⁹: vt q̄ ſan
ctoꝝ martyꝝ tuoꝝ alexā
dꝛi/euētij/et theodoli natalicia co
limus: a cūctis malis imminētibus
eoꝛū interceſſiōib⁹ liberemur. Per
Epla. Cōfido de vobis in dño. In
cōi fo. iiij. All'a. v̄. Dulce lignum
dulces clauos/dulcia ferens pōdera
que ſola fuiſti digna ſuſtinere regē c
loꝛū et dñm. All'a. v̄. Dicite in gen
bus: quia dominus regnauit a ligno

SAlue crux ſancta Sequē.
arboꝛ digna. Cui⁹ robur
precioſū: mūdi ferret talētū. Vt
hoſtis per lignum victoꝛ: ligno re
uinceret. Quodqꝫ exoꝛtu moꝛtis

primis erat terrigenis: paradiſo ꝓpulſis. Cauſa etiã vite foret cũctis: chriſti morte vere viuificatis. Horrificũ tu es ſemꝑ ſignũ inimicis crux ſacra ſeuis. Quam mors pauet / infernuſq; timet q̃ xp̃o ſuos reconſignat. Cui ſit laus in euum. ¶ Secūdũ Johannem. iij.

IN illo tẽpore Erat homo ex phariſeis nichodemꝰ noĩe: princeps iudeorũ. Hic venit ad ieſum nocte: ⁊ dixit ei. Rabbi: ſcimꝰ q̄a a deo veniſti magiſter. Nemo enĩ poteſt hec ſigna facere q̃ tu facis: niſi fuerit deus cum eo. Reſpõdit ieſus / et dixit ei. Amen amẽ dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuo / nõ poteſt videre regnum dei Dixit ad eũ nichodemꝰ. Quomodo poteſt homo renaſci / cum ſit ſenex? Nunq̄d poteſt in ventrẽ matris ſue iterato introire / ⁊ renaſci? Reſpõdit ieſus. Amẽ amẽ dico tibi / niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua et ſpiritu ſãcto / nõ poteſt introire in regnum dei. Quod natum eſt ex carne: caro eſt. Et quod natum eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt. Non mireris q̄d dixi tibi: oportet vos naſci denuo. Spiritꝰ vbi vult ſpirat et vocem eius audis: ſed neſcis vnde veniat / aut quo vadat. Sic eſt oĩs qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpõdit nichodemꝰ: ⁊ dixit ei. Quomodo poſſunt hec fieri? Reſpõdit ieſꝰ et dixit ei. Tu es magiſter in iſrael: et hec ignoras? Amen amẽ dico tibi: quia quod ſcimus / loquimur et quod vidimꝰ / teſtamur: et teſtimoniũ noſtrũ nõ accipitis. Si terrena dixi vobis et nõ creditis: quomodo ſi dixero vobis celeſtia / credetis? Et nemo aſcẽdit in celũ / niſi qui deſcendit de celo: filius hoĩs q̄ eſt in celo. Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentẽ in deſerto: ita exaltari oportet filiũ hoĩs: vt oĩs qui credit in ipſo / non pereat: ſed habeat vitã eternã. Credo. Offr. Protege dñe plebẽ tuã per ſignũ ſancte crucis: ab omnibꝰ inſidiis inimicorũ omnium: vt tibi gratam exhibeamꝰ ſeruitutem: et acceptabile fiat tibi ſacrificium noſtrum alleluya. Secreta.

SAcrificiũ dñe q̄s tibi imolamus placatus intẽde: vt ab omni nos eruat bellorũ nequicia: et per vexillũ ſcẽ crucis filij tui / ad conterendas poteſtates aereas / et aduerſariorũ inſidias: nos in tue ꝓtectiõis ſecuritate cõſtituat. Per eundẽ. ¶ Alia ſecreta de marty.

SUper has hoſtias q̄s domine bñdictio glorioſa deſcẽdat que ⁊ ſãctificationẽ nobis clementer operetur / et de martyꝝ tuoꝝ alexandri / euẽtij / et theodoli ſolẽnitate nos letificet. Prefa. Qui ſalutẽ. Cõio. Per lignũ ſalui facti ſumꝰ: et per ſctãm crucẽ liberati ſumꝰ: fructꝰ arboris ſeduxit nos: filꝰ dei redemit nos all'a. In vtroq; feſ. finiat̃ cũ al.

REpleti alimonia Poſtcõio celeſti: et ſpiritali poculo recreati q̄s oĩps deus: vt ab oĩ hoſte maligno defẽdas: quos per lignũ ſancte crucis filij tui arma iuſticie pro ſalute mũdi triũphare iuſſiſti Qui tecũ. Alia Poſtcõio de mar.

SUmptis dñe muneribꝰ ſacris: tribue q̄s: vt ad eadem appetẽda / ſctõꝝ martyrũ tuoꝝ alexandri / euentij / et theodoli precibus et exemplis / promptius inciplacationis augmentum. Per dominum. ¶ Sancti Dunſtani epiſcopi et confeſſoris. Officium.

Sacerdotes tui domie induant iuſticiam: et ſancti tui exultẽt. propter dauid ſeruũ tuũ: non auertas faciẽ chriſti tui alleluya. ps. Memẽto domine dauid: et omnis mãſuetudis eius Cãt' de Kyrie rex ſplẽdẽs/ ſine v.

Deus qui beatũ dũſtanũ põtificẽ tuum ad regna tranſtuliſti celeſtia: da nobis per gl'ioſa ei' merita: ad gaudia trãſire perennia. Per dñm. ¶ Memo. de ſctã potẽtiana v̾gine. Oro.

Concede nobis q̃s oṗs deus ſancte potentiane virginis tue: et exultare meritis: et bñficiorum eius attolli ſuffragijs. Ep'la Ecce ſacerdos magnus qui in diebus. In cõi fo. xj. Gr. Iurauit dñs et non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternũ: ſcḋm ordinẽ melchiſedech. Alleluya v. Poſui adiutorium ſuper potentem: et exaltaui electum de plebe mea. Seq̃n. Alma cohors. In cõi fol. xij. Euang. Homo quidam peregre In cõi fo. xij. In tp̄e paſ. Ego ſũ vitis vera. In cõi fo. j Offer. Inueni dauid ſeruũ meũ/ et in oleo ſancto vnxi eũ. manus eni mea auxiliabit' ei: et brachiũ meũ cõfortabit eũ. In tp̄e paſ. All'a. Secreta.

Suſcipe q̃s dñe munera ſupplicantis familie tue: q̃ tibi in beati dũſtani cõfeſſoris tui atq; pontificis ſolennitate deferimus: precantes vt eius patrocinio venerando adiuti: defendi mereamur ab oim inimicorũ inſidijs Per do.

¶ Alia ſecreta de ſctã potẽtiana
Olocauſta hec dñe tua bene
dictione ſanctifica: vt ſanc
potẽtiane virginis tue tibi meri
tis accepta ſint: in cuius ſunt ve
ratiõe oblata Per. Cõio. Dñe qui
q; talẽta tradidiſti mihi: ecce alia qui
q; ſuperlucrat' ſũ: euge ſerue fideli
quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra mul
ta te cõſtituã: intra in gaudiũ dñi tu
In tempore paſca. All'a. Poſui
Beati dunſtani ꝯfeſſoris tu
atq; põtificis q̃s dñe preca
ne nos adiuua: in cui' veneratio
ne/ tua cõtigim' ſacramẽta. Per.
¶ Alia poſtcõio de ſcã potẽtiana.
Sumptis dñe ſalutis eter
myſterijs: queſum'. vt in
tercedente beata potentiana virgi
ne tua: ita nos tuis vti facias ſa
cramentis: vt eternis mereamu
intereſſe conuiuijs. Per domin
¶ Scti aldelmi epi et cõfeſ. Offi
Statuit ei dominus te
ſtamentũ pacis/ et pri
cipẽ fecit eũ: vt ſit
ſacerdotij dignitas
eternũ. In tp̄e paſca
li All'a all'a. ps. Miſericordias do
mini: in eternum cantabo. Oro.
Deus qui hodierna die ſan
ctum pontificem tuũ aldel
mũ ad eterna ſubleuaſti gaudia
ei' q̃s meritis illic tua nos perdu
cat miſericordia. Per dñm. Me
de ſancto Urbano martyre. Oro.
Da queſum' oṗs deus: vt q
beati vrbani martyris tu
atq; pontificis natalicia colimus
eius interuentu nobis tribue ve
niam peccatorũ/ et cũ ipſo celeſ
gaudia premiorũ. Per. Ep'la. In

ſtem deduxit. In cõi fol. xi. Gr. Domine preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eiꝰ/ coronam de lapide precioſo. V. Vitã petiit et tribuiſti ei: lõgitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alla. V. Iuſtus germinabit ſicut lilium: et florebit in eternum ante dñm. Sequẽtia Adeſt nobis. In cõi fo. xij. Euãg. Vigilate quia. In cõi fol. xij. In tpe paſcha. Euãg Ego ſum vitis vera. In cõi. fol. j. Offr. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius In tpe paſchali Alla. Secreta.

His tibi precibꝰ dñe nr̃a qs grata reddatur oblatio: pro cuius feſtiuitate eſt imolata. Per.

¶ Alia ſecreta de ſancto vrbano.

Munera domine qs tibi dicata ſanctifica: et intercedente beato vrbano martyre tuo atque pontifice: per hec eadẽ nos placatꝰ intende. Per. Cõio. Beatus ſeruꝰ quem cum venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis: ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. In tpe paſcha Alla alla. Poſtcõio.

Solemnitatẽ queſumus domine ſancti põtificis aldelmi ...ãtibus a bello propicius: ...eius meritis/ cõcede gau... celeſtia. Per dominum.

Alia poſtcõio de ſancto Vrbano.

Sumentes dñe ſacramenta celeſtia/ pietatẽ tuã humili ...tione depoſcimus: vt illam que in beato vrbano martyre tuo atque pontifice flagrauit ſuperni dilectionem: nobis benignus aſpira. Per dominum. ¶ Sancti auguſtini anglorũ apoſtoli. Officiũ

Sacerdotes dei benedicite dñm: ſancti et humiles corde laudate deum. In tpe paſcali alla alla. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Oro.

Deus qui beatũ auguſtinũ pontificẽ primũ doctorẽ populo cõceſſiſti anglorũ: tribue nobis qs: vt cuius merita predicamꝰ in terris: eius ſuffragia apud te ſentiamꝰ in celis. Per dñm. Epla Dedit dñs. In cõi fo. xiij. Gr. Ecce ſacerdos magnus: qui in diebus ſuis placuit deo. V. Non eſt inuẽtus ſimilis illi: qui conſeruaret legẽ excelſi. Alleluya. V. Amauit eũ dñs et ornauit eum: ſtola glorie induit eum. Sequẽtia. Alma cohors. In cõi folio. xij Secundum Lucam. x.

In illo tẽpore. Deſignauit dñs et alios ſeptuaginta duos: et miſit illos binos ante faciẽ ſuam/ in omẽ ciuitatem et locũ: in quo erat ipſe venturꝰ. Et dicebat illis. Meſſis quidẽ multa: operarij autẽ pauci. Rogate ergo dñm meſſis: vt mittat operarios in meſſem ſuã. Ite. Ecce ego mitto vos ſicut agnos inter lupos. Nolite ergo portare ſacculũ/ neque perã/ neque calciamenta: et neminẽ per viã ſalutaueritis. In quacũq; domũ intraueritis: primũ dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filius pacis requieſcet ſuper illum pax veſtra. Sin autem: ad vos reuertet. In eadem autem domo manete/ edentes et bibẽtes que apud illos ſunt Dignus eſt enim operariꝰ mercede ſua. In tpe paſca. Euāge. Ego ſū vitis ve. In cōi fo. i. Credo. Offe. Inueni dauid ſeruū meū: et ī oleo ſācto vnxi eum. manus eni mea auxiliabitur ei: et bꝛachium meum confoꝛtabit eum. In tpe paſca. Alla. Sec.

G Rata tibi ſint dñe q̄s oblata munera: quibus et beati auguſtini confeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis merita veneramur: et noſtre pariter recolimus inſignia libertatis et vite. Per dñm. Cōio. Fidelis ſeruus et pꝛudēs: quē cōſtituit dñs ſuper familiā ſuā: vt det illis in tempoꝛe tritici menſuram. In tpe paſca. Alleluya alleluya. Poſtcō.

S Ancta tua queſum⁹ domine que pꝛo beati auguſtini confeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis hodierna ſolemnitate libauim⁹ nos refoueant: quibus ꝙ iugiter ſatiemur: et ſemper deſiderem⁹ expleri. Per dominū. ¶ Sācti Germani epiſcopi et cōfeſſoꝛis. Officium

S Tatuit ei dominus teſtamentū pacis/ ꝙ pꝛincipē fecit eum: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. In tempoꝛe paſcali Alla alla. ps. Miſericoꝛdias dñi: in eternum cantabo. Oratio.

O Mnipotēs ſēpiterne deus: qui nos beati germani cōfeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis hodierna feſtiuitate letificas: tuā ſupplices exoꝛamus clementiā: vt cuius ſolennia deuotis officijs veneramur: eius pijs ſuffragijs/ eterne vite remedia cōſequamur. Per dominū. Ep̄la Ecce ſacerdos magn⁹ qui in die. In cōi fol. xi. Gr. Iurauit dñs et nō penitebit eū: tu es ſacerdos in eternū: ſcdm oꝛdinē melchiſedech. V. Dixit dñs domino meo: ſede a dextꝛis meis. Alla. V. Diſpoſui teſtamentum electis meis: iuraui dauid ſeruo meo. Euāg. Homo quidā pereg In cōi fo. xii. In tpe paſcali. Ego ſum vitis vera. In cōi fo. i. Off. Ueritas mea et miſericoꝛdia mea cū ipſo: et in nomine meo exaltabit coꝛnu eius. In tpe paſca. Alla. Secre

P Ropiciare dñe q̄s ſupplicationibus noſtris: et intercedēte pꝛo nobis beato germano cōfeſſoꝛe tuo atqꝫ pōtifice: his ſacramentis celeſtib⁹ ſeruientes: ab omni culpa liberos eſſe cōcede: vt purificante nos gratia tua: iiſdē quibus famulamur myſterijs/ emundemur. Per. Cōio. Beatus ſeruus quē cū venerit domin⁹/ inuenerit vigilātem: amen dico vobis/ ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. In tempoꝛe paſcali Alla alla. Poſtcō.

P Reſta q̄s dñe deus noſter: vt diuinis myſterijs ſa ti/ itercedēte btō germano cō re tuo atqꝫ pontifice: ad ſup nitudinē ſacramēti/ cuius mus ſancta tēdamus. Per dñm.

¶ Sctē Petronille virgis. Offi.

D Ilexiſti iuſticiā et odiſti iniquitatē: pꝛ vnxit te de⁹ deus tu oleo leticie: pꝛe conſoꝛtibus tuis. In tempoꝛe paſcali Alleluya allā alla. ps. Eructauit coꝛ meum verbum bonū dico ego opera mea regi. Oratio.

D Eus qui btē petronille virginis tue animā in celeſtibus collocaſti: fac nos ei⁹ interuētu a peccatoꝛū nr̄oꝛū nexib⁹ ſolui et ab oĩ ſemꝑ aduerſitate defẽdi. Per. Ep̃la. Qui gl'iat. In cõi foł. xvj. Gr. Dilexiſti iuſticiã et odiſti iniquitatẽ. ṽ. Propterea vnxit te deus deus tu⁹ oleo leticie. Alła. ṽ. Specie tua et pulchritudie tua: intẽde proſpere procede et regna. Euãg. Simile eſt regnũ celoꝝ decẽ. In cõi foł. xvij. Offr. Offerent regi virgines poſt eam: proxime eius offerent tibi. In tpe paſca. Alleluya. Secreta

SAcrificiũ quod tue offerim⁹ maieſtati/ clemẽtiſſime deus placatus ſuſcipe: et per merita btẽ petronille glͥoſe virginis tue: pñtis vite ſubſidiũ: et future felicitatẽ cõcede. Per. Cõio. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternũ. In tpe paſchali Alła alleluya. Poſtcõio.

PErceptis dñe ſalutaribus alimẽtis: q̃s: vt intercedente btã petronilla virgine tua: per hec percepta ad gaudia mereamur eterna. Per dominũ. ¶ Sancti nichomedis martyris. Officium.

LEtabit iuſtus in dño: et ſperabit in eo: et laudabũt oẽs recti corde In tpe paſcha. Alła. alła. ps. Exaudi deus orationẽ meã cum deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Oratio.

DEus q̃ nos beati nichomedis martyris tui meritis et interceſſiõe letificas: cõcede ꝓpicius: vt q̃ ei⁹ bñficia poſcim⁹ dono tue gratie ꝯſequamur. Per. Ep̃la Beat⁹ vir qui in ſapiẽtia. In cõi fo. iiij. Gr. Beat⁹ vir qui timet dominũ: in mandatis eius cupit nimis. ṽ. Potẽs in terra erit ſemẽ eius: generatio rectoꝝ bñdicetur Alła. ṽ. Poſuiſti dñe ſuper caput ei⁹: coronã de lapide p̃cioſo. Euãge. Si quis vult poſt me. In cõi. fo. v. In tpe paſ. Ego ſum vitis ve. In cõi fo. j. Offr. In virtute tua dñe letabit iuſtus: et ſuper ſalutare tuũ exultabit vehemẽter: deſideriũ aie ei⁹ tribuiſti ei. In tpe paſ. Alła alła. Secreta

MUnera dñe oblata ſctifica et intercedẽte beato nichomede martyre tuo: nos per hec a pctõꝝ nroꝝ maculis emũda. Per Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius: coronam de lapide p̃cioſo. Poſtcõio.

SUpplices te rogamus oĩps de⁹: vt quos tuis reficis ſacramẽtis: intercedẽte beato nichomede martyre tuo: tibi etiã placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per dñm. ¶ Sanctorũ marcellini et petri mart. Officiũ.

CLamauerunt iuſti/ et dñs exaudiuit eos: et ex oĩbus tribulationibus eoꝝ liberauit eos. In tẽpore paſca Alła. ps. Bñdicã dñm in omni tẽpore ſemper laus eius in ore meo. Oratio.

DEus q̃ nos annua beatorũ martyꝝ tuoꝝ marcellini et petri ſolẽnitate letificas: p̃ſta q̃s: vt quorũ gaudem⁹ meritis/ ꝓuocemur exemplis. Per. ¶ Lectio libri apocalipſis btĩ Johis apl'i. vij

IN diebus illis. Reſpondẽs vnus de ſeniorib⁹: dixit michi. Hi qui amicti ſũt ſtolis albis: q̃ ſunt/ et vnde venerũt. Et dixi illi. Dñe mi tu ſcis. Et dixit michi. Hi ſunt qui venerũt de tribulatione magna: et lauerũt ſtolas ſuas/ et dealbauerūt eas in ſanguie agni. Ideo ſunt ante tronū dei/ et ſeruiunt ei die ac nocte in tēplo eius: et qui ſedet in throno/ habitabit ſuper illos. Non eſuriēt neq; ſitient ampliꝰ: neq; cadet ſuper illos ſol/ neq; vllus eſtus. Quoniā agnus qui in medio throni eſt/ reget illos et deducet eos/ ad vite fōtes aquarū. Et abſterget deus oēm lachrymā ab oculis eoꝝ. Gr. Juſtorū aīe in manu dei ſūt: et nō tāget illos tormētū malicie. ℣ Viſi ſūt oc̄lis inſipiētiū mori: illi aūt ſunt in pace. Alla. ℣ Mirabilis dñs noſter in ſctis ſuis. Euāg. Cū audieritis. In cōi fo. ix. In tpe paſ. Ego ſū vitis/ vos palmites. In cōi fo. j. Offr. Letamini in dño et exultate iuſti: et gloriamini oēs recti corde. In tpe paſca. Alla.

Votiua dñe dona Secre. deferētes/ in tuoꝝ martyꝝ marcellini ⁊ petri paſſiōe/ tuā magnificentiā veneramur: et per eā: nobis imploramꝰ tue pietatis auxiliū. Per. Cōio. Juſtorū anime in manu dei ſunt: et non tāget illos tormentū malicie. viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autē ſunt in pace. In tpe paſchali Alla alla. Poſtcōio.

Protegat dñe queſumꝰ populū tuum: et participatio celeſtis indulta conuiuij: et deprecatio collata ſanctorum. Per dominum. ¶ Sācti Bonifacij ſociorumq; eius martyrum. Officium

Sancti tui domine benedicent te: gloriā regni tui dicēt: alla. Ps. Exaltabo te deus meꝰ rex: et bñdicā nōi tuo in ſeculū/ et in ſeculum ſeculi. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: qui beato bonifacio ſocijſq; eiꝰ palmā martyrij cōtuliſti: pſta nobis qs eoꝝ meritis idulgētiā: ꝗ eis largiri dignatꝰ es coronā. Per dñm. Epla. Spectaculū facti. In cōi fo. viij. Gr. Clamauerūt iuſti et dñs exaudiuit eos: et ex oībus tribulatiōibus eorū liberauit eos. ℣. Juxta eſt dñs his qui tribulato ſunt corde: et humiles ſpū ſaluabit. Alla. ℣. Scti tui dñe florebūt ſicut liliū: et ſicut odor balſami erūt ante te. Euāg. Cū pſequētur vos. In cōi fo. viij. In tpe paſcali Euā. Ego ſū vitis/ vos palmites. In cōi fol. j. Offr. Cōfitebunt celi mirabilia tua dñe: et veritatē tuā in eccleſia ſanctorū: alla alla. Secreta.

Oblationē famulorū tuorū ſuſcipe oīps deus: quam tibi ſuppliciter deferimꝰ in honore bti bonifacij martyris tui ſociorūq; eius: vt qui tibi ſemetipſos obtulerūt hoſtiā laudis in odorē ſuauitatis: eorū precibꝰ vniti mereamur vnigenito filio tuo/ dño nro ieſu chriſto. Qui tecū viuit et re. Cōio. Gaudete iuſti i dño alla: rectos decet collaudatio alleluya. Poſtcōio.

Tua nos miſericordia deus per hec ſacramēta ꝗ ſumpſimus itercedēte btō bonifacio martyre tuo ſocijſq; eius: ⁊ ab oī ſubreptione vetuſtatis expurget: et capaces ſctē nouitatis efficiat. Per. Sctōꝝ medardi et gildardi epōꝝ.

Sacerdotes eius induant ſalutare: ⁊ ſcti eiꝰ exultatione exultabūt. In tpe paſ. alla alla alla. Ps. Memēto dñe dauid et omnis māſuetudis eius. Oratio.

Tranſlatio ſancti edmundi.ix. Junij.

Deus qui ſanctā nobis huius diei ſolennitate/ in honore ſanctorū cōfeſſorū tuorū atqꝫ pontificū medardi et gildardi cōſecraſti: adeſto familie tue precib⁹ et dona: vt quorū feſta celebram⁹ eorum merito et auxilio ſubleuemur. Per dn̄m. Ep̄la. Plures facti ſunt. In cōi fo. xiiij. Gr. Sacerdotes eius induāt ſalutare: et ſancti eius exultatione exultabūt. ℣. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam chriſto meo. Alla. ℣. Fulgebunt iuſti: et tanq̄ ſcintille in arundineto diſcurrent in eternum. Euang. Sint lumbi. In cōi fo. xiiij. In tēpore paſca. Euāg. Ego ſum vitis vos palmites. In cōi fol. j. Offr. Exultabunt ſancti in gloria letabuntur in cubilibus ſuis: exultatiōes dei in faucibus eorum. In tempore paſchali Alleluya alleluya. Secreta

Reſpice dn̄e q̄s populū tuū ad tua ſacramēta currentē et preſentē feſtiuitatē ſanctorū cōfeſſorū tuorū atqꝫ pōtificū medardi et gildardi: vt quod in honore nōis tui detulerunt: cunctis proficiat ad veniā. Per dn̄m nr̄m ieſū chriſtū filiū tuum. Cōio. Ego vos elegi de mundo: vt eatis ⁊ fructū afferatis/ et fructus veſter maneat. In tēpore paſcali. Alla alla. Poſtcō.

Gratias tibi agimus domine deus noſter: qui nos celeſti medela reparare dignatus es/ da queſumus peccatis noſtris veniam: ſicut beatis cōfeſſorib⁹ tuis atqꝫ pōtificib⁹ medardo et gildardo dediſti ſedē pontificatus. Per.

¶ In tranſlatione ſancti Edmūdi archiep̄i. Ad miſſam Officium

Gaudeam⁹ omnes in domino diem feſtū celebrantes ſub honore edmundi preſulis: de cuius trāſlatiōe gaudent angeli: et collaudant filium dei. P̄s. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Deus qui nos beati edmūdi confeſſoris tui atqꝫ pontificis tranſlationē celebrare cōcedis: te ſupplices exoramus: vt eius meritis et precibus/ a vicijs ad virtutes: et a carcere trāſferamur ad regnum. Per do. Memoria de martyrib⁹/ primo/ et feliciano. Oratio

Hac nos queſum⁹ dn̄e ſanctorū martyrū tuoꝝ primi et feliciani ſemꝑ feſta ſectari: quorum ſuffragijs: protectiōis tue dona ſentiam⁹. Per dn̄m. Ep̄la. Ecce ſacerdos magn⁹ qui in vita ſua In cōi folio. xi. Gr. Domine preueniſti eum in bn̄dictionib⁹ dulcedinis poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. ℣. Vitam petiit et tribuiſti ei: longitudinē dierum in ſeculum ſeculi. Alla. ℣. Hic edmūdus pauper et modic⁹ celū diues igredit̄: hȳmnis celeſtib⁹ honorat̄. Sequētia de cōi. Alma cohors. In cōi folio. xii. Euange. Homo quidam peregre. In cōi fol. xii. In tempore paſchali Euange. Ego ſum vitis vera. In cōi. fol. j. Offr. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabit̄ cornu eius. In tempore paſchali Alla. Secreta.

Deus qui panē et vinum in corpus tuū et ſanguinē/ celeſti benedictione conuertis: concede nobis per merita beati edmūdi confeſſoꝛis tui atq; pōtificis: vt ad tuā miam reuertētes: tuo bn̄placito cōfirmemur. Per dn̄m nr̄m ieſū xp̄m. Alia ſecre. de mar. Oro.

FIat tibi dn̄e q̄s hoſtia ſacranda placabilis p̄cioſoꝝ celebꝛitate martyꝛū tuoꝝ pꝛimi et feliciani: que per eoꝛū merita glorioſa/ et peccata noſtra purificet: tuoꝛū tibi vota cōciliet famuloꝛū Per. Cōio. Beat⁹ ſeru⁹ quē cū venerit dn̄s inuenerit vigilantē: amē dico vobis ſuper oīa bona ſua conſtituet eū. In tpe paſ. All'a. all'a. Poſtcō.

DEus qui beatū edmundū confeſſoꝛē tuū atq; pontificē/ a ſupplicijs ad gaudia trāſtuliſti: tribue q̄s: vt q̄ trāſlationē eius veneramur in terris: per eius patrociniū/ ad celeſtia trāſferamur. Per. Alia poſtcōio de martyꝛib⁹.

QUeſum⁹ oīs deus vt ſctōrum martyꝝ tuoꝝ pꝛimi ꝛ feliciani celeſtib⁹ myſterijs celebꝛata ſolēnitas indulgētiā nobis tue ꝓpiciationis acquirat. Per dn̄m.

¶ Scti Barnabe apoſtoli Offm̄.

MJchi aūt nimis honoꝛati ſūt amici tui de⁹: nimis cōfoꝛtatus eſt pꝛīcipat⁹ eoꝝ. P̄s Dn̄e pꝛobaſti me et cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam/ et reſurrectionem meam. Oꝛatio.

ECcleſiā tuā q̄s dn̄e bti barnabe apoſtoli tui cōmendet oꝛatio: et pꝛo ea īteruētoꝛ exiſtat: quā doctrina et paſſione illuſtrat Per d. Ep'la. Jā nō eſtis In cōi fo j. Gr. Nimis honoꝛati ſūt amici tui deus: nimis cōfoꝛtat⁹ eſt pꝛīcipat⁹ eo rū. V. Dinumerabo eos: et ſuper ar nam multiplicabunt. All'a. V. In oēm terrā exiuit ſonus eoꝛum: et in nes oꝛbis terre verba eoꝛū. Sequ All'a nunc decātent In cōi fo. q.

¶ Secundum Johannem. xv.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſ pulis ſuis. Hoc eſt p̄ceptū meū: vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Maioꝛē hac dilectionē ne mo habet: vt animā ſuam ponat quis pꝛo amicis ſuis. Vos ami mei eſtis: ſi feceritis que ego p̄cipio vobis. Jā nō dicā vos ſeruos quia ſeruus neſcit quid faciat dominꝰ eius. Vos aūt dixi amicos quia oīa quecunq; audiui a patre meo: nota feci vobis. Nō vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos/ et poſui vos vt eatis ꝛ fructū afferatis et fruct⁹ veſter maneat. Vt q̄cūq; petieritis p̄rem ī noīe meo/ det vobis. Credo. Offr. Mihi aūt nimis honoꝛificati ſūt amici tui de⁹: nimis cōfoꝛtat⁹ eſt pꝛīcipat⁹ eoꝛū. Secreta

PLacatiōis tibi dn̄e ſacrificium in hac btiſſimi barnabe ap'li tui ſolēnitate deferim⁹: cu ius nos p̄cibus hec redēptiōis nr̄e ſuffragia/ et intelligere q̄s et aſſequi. Per d. Pꝛefa. Et te dn̄e Cōio. Vos qui ſecuti eſtis me: ſedebitis ſuper ſedes iudicātes duodeci tribus iſrael/ dicit dominus. Poſtcōio.

SAcramēta celeſtia que p beati barnabe apoſtoli tu paſſione dn̄e tue obtulimus ma ſtati: ipſius nobis q̄s fiāt interceſſione ſalutaria: in cuius natalicio ſūt percepta. Per. ¶ Sctoꝝ baſilidis/ cirini/ naboꝛis/ ꝛ nazarij mar

Baſilidis cũ ſo. Baſilij epi. xiiij. Juñ.

INtret in cõſpectu tuo dñe gemitꝰ cõpeditoꝝ redde vicinis nr̃is ſeptuplũ in ſinu coꝝ: vindica ſanguine ſctõꝛũ tuoꝝ q̄ effuſus eſt. ps̄. Deus venerũt gẽtes ĩ hereditatẽ tuã: polluerũt templũ ſanctũ tuũ: poſuerũt hieruſalem in pomoꝛum cuſtodiã. Oꝛatio.

SAnctoꝝ martyꝝ tuoꝝ baſilidis/cirini/naboꝛis/ ⁊ nazarij/ q̄s dñe natalicia nobis votiua reſplẽdeãt: et quod illis cõtulit excellẽtia ſẽpiterna/ fructibꝰ nr̃e deuotiõis accreſcat. Per d. Ep̃la. Juſtoꝛũ aie. In cõi fo. viij. Gr. Vindica dñe ſãguinẽ ſanctoꝛũ tuoꝛũ/ qui effuſus eſt. ℣. Poſuerũt moꝛtalia ſeruoꝛũ tuoꝛũ/eſcas volatilibus celi: carnes ſanctoꝛũ tuoꝛũ beſtiis terre. Alleluya. ℣. Juſti epulenť et exultẽt in cõſpectu dei. et delectentur in leticia. Euãg. Ecce ego mitto. In cõi fol. ij. Offr. Exultabũt ſancti in gloꝛia: letabũtur in cubilibꝰ ſuis: exultatiões dei in faucibus coꝛum. Secreta.

DA nobis q̄s dñe pure deuotiõis affectũ: ⁊ ſctõꝝ martyꝛũ tuoꝛũ baſilidis/ cirini/naboꝛis et nazarij interceſſionibꝰ: etiã noſtra munera ꝓpicius ĩtuere. Per. Cõio. Poſuerũt moꝛtalia ſeruoꝛum tuoꝛũ dñe eſcas volatilibꝰ celi: carnes ſanctoꝛũ tuoꝛũ beſtiis terre: ſecundũ magnitudinem bꝛachij tui: poſſide filios moꝛte punitoꝛũ. Poſtcõio

DIuinis ſacramẽtis refecti q̄s dñe deꝰ noſter: vt ſctõꝛũ martyꝛũ tuoꝝ baſilidis/cirini/naboꝛis/et nazarij interceſſionibus: gaudijs mereamur itereſſe celeſtibus. Per ¶ Scti baſilij epi ⁊ ꝯfeſ.

STatuit ei dominus teſtamẽtũ pacis: et pꝛincipem fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternũ. ps̄. Miſericoꝛdias dñi: in eternũ cãtabo. Oro.

DEus q̄ btm̃ baſiliũ ꝯfeſſoꝛẽ tuũ doctoꝛẽ ꝑcipuũ catholiceq̄ fidei ꝑdicatoꝛẽ eligere dignatus es: ꝑſta q̄s: vt ipſo ꝓ nobis intercedẽte petõꝝ nr̃oꝝ mereamur exui malis: et tibi dño ſinceris mẽtibꝰ deſeruire. Per d. Ep̃la Ecce ſacerdos. In cõi fo. xj. Gr. Dñe pꝛeueniſti eũ in bñdictiõibꝰ dulcedis: poſuiſti in capite eiꝰ coꝛonã de lapide pꝛecioſo ℣. Vitã petijt et tribuiſti ei: lõgitudinẽ dierũ ĩ ſeculũ ſeculi. Alla. ℣. Juſtus germinabit ſicut liliũ: et floꝛebit ineternũ ante dñm. Euang. Homo quidã ꝑegre. In cõi fo. xij. Offr. Veritas mea et mĩa mea cũ ipſo: et in noĩe meo exaltabiť coꝛnu eius. Sec̃.

SAncti baſilij confeſſoꝛis tui atq̄ pontificis ſupplicatiõe munꝰ oblatũ: dñe q̄s fiat nobis in ꝑpetuũ ſalutare Per. Cõio Beatꝰ ſeruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilantẽ: amẽ dico vobis: ſuper oĩa bona ſua conſtituet eum. Poſtcõio.

SUmptũ dñe celeſtꝭ remedij ſacramentũ: ad ꝑpetuã nobis ꝑuenire gratiã/ bti baſilij confeſſoꝛis tui atq̄ põtificis obtineat interceſſio gl'ioſa. Per. ¶ Sctõꝛũ viti et modeſti atq̄ creſcẽtie mar.

IUſti epulentur et exultent in cõſpectu dei: et delectenť in leticia. ps̄ Exurgat deus et diſſipẽtur inimici eius: et fugiant qui oderũt eũ a facie eius. Oro.

D.iij.

Concede q̄s op̄s deꝰ: vt ſanctoꝛũ martyꝛũ tuoꝝ viti et modeſti atqꝫ creſcentie/quoꝛũ celebꝛamꝰ victoꝛias: participemur et pꝛemijs. Per do. Epl̃a. Juſti autē In cōi fo. viij. Gr. Clamauerũt iuſti et dñs exaudiuit eos: et ex oībꝰ tribulatiōibꝰ eoꝛũ liberauit eos. ℣. Juxta eſt dñs his qui tribulato ſũt coꝛde et humiles ſpiritu ſaluabit. Alła. ℣. Mirabilis dominus noſter in ſanctis ſuis. ¶ Secũdum Lucam. xj.

In illo tp̄e. Dicebat ieſꝰ turbis iudeoꝛũ: et pꝛincipibus phariſeoꝛũ. Ve vobis qui edificatis monumenta pꝛophetarũ: patres autem veſtri occiderũt illos. Pꝛofecto teſtificamini ꝙ conſentitis operibus patrũ veſtroꝛũ. Qm̄ quidē ipſi eos occiderũt: vos autē edificatis eoꝛum ſepulchꝛa. Pꝛopterea et ſapientia dei dixit. Mittam ad eos pꝛophetas et apoſtolos: et ex illis occident/ et perſequētur: vt inquiratᷣ ſanguis oīm pꝛophetaꝝ qui effuſꝰ eſt a cōſtitutiōe mundi/a generatione iſta: a ſanguine abel iuſti/vſqꝫ ad ſanguinē zacharie: qui perijt inter altare et edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ve vobis legiſperitis: qui abſtuliſtis clauē ſcientie: et ipſi nō ītroiſtis: et eos qui introibant pꝛohibuiſtis. Cũ hec ad illos diceret: ceperũt phariſei et legiſperiti grauiter īſiſtere: et os eiꝰ oppꝛimere/ de multis inſidiantes ei. Et q̄rētes capere aliq̇d ex oꝛe eiꝰ vt accuſarēt eũ. Offꝛ. Gloꝛiabunt in te oēs qui diligũt nomē tuũ: q̄m tu dñe bñdices iuſto: dñe vt ſcuto bone volũtatis tue coꝛonaſti nos. Secre.

Propiciꝰ eſto dñe ſupplicationibus noſtris: et populi tui oblationibus pꝛecibuſqꝫ ſuſceptis: interceſſione ſanctoꝝ martyrũ tuoꝛũ viti et modeſti atqꝫ creſcētie/noſtra ad te coꝛda conuerte: vt a terrenis cupiditatibꝰ liberi: ad celeſtia deſideria tranſeamꝰ. Per. Cōio. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt/de laqueo venātiũ: laqueꝰ contritꝰ eſt/et nos liberati ſumꝰ. Poſtcō.

Salutaris alimonie participatiōe refectos: btōꝛũ martyꝛũ tuoꝛũ viti et modeſti atqꝫ creſcentie: nos dñe q̄s vbiqꝫ defenſione cuſtodi: quoꝛum hodie voluiſti nos tēpoꝛali ſolennitate gaudere. Per. ¶ Trãſlatio ſancti Ricardi.

Statuit ei dominus teſtamentũ pacis: et pꝛīcipem fecit eũ/vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternũ. Ps. Miſericoꝛdias dñi: in eternũ cantabo. Oꝛo.

Deus qui nos tranſlationē beatiſſimi cōfeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis ricardi ſolenniter celebꝛare cōcedis: tribue nobis queſumus: eius meritis et pꝛecibus a mundi huius tranſire miſeriā: et ad gaudia ꝑuenire celeſtia. Per dominum. ¶ Memoꝛia de martyꝛibus Cirico et Julita. Oꝛatio.

Exaudi nos domine deꝰ noſter cum ſanctoꝛũ martyꝛũ tuoꝛum cirici et iulite matris eius tibi patrocinio ſupplicātes vt quorum celebꝛamꝰ triũphũ: poſſimꝰ retinere conſtantiam. Per. Epl̃a. Ecce ſacerdos. In cōi fo. xj. Grad. Dñe pꝛeueniſti eũ in bñdictiōibꝰ dulcedinis: poſuiſti ī capite eiꝰ coꝛonā de lapide precioso. ℣. Uitā petiit et tribuisti ei: lōgitudinē dierū in seculū seculi. Alla. ℣. Iustꝰ germinabit sicut liliū: et florebit ī eternū ante dñm. Seqn. Adest nobis dies. In cōi fo. xij. Euāg. Hō qdam pegre. In cōi fo. xij. Offr. Ueritas mea ⁊ mīa mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera suppliciter exorantes: vt intercessiōe beati ricardi cōfessoris tui atq; pōtificis cuiꝰ trāslationis solemnia colimus: a viciis ad virtutes: et a carcere transferamur ad regnum. Per dominū.

Alia secreta de martyribus.

Offerimꝰ tibi dñe fidelium tuorum dona solēnia sāctorum martyrū tuorū cirici et iulite itercessionibꝰ cōfidētes: vt qđ nos exequimur minꝰ idonea seruitute: illorū potius meritis efficiatur acceptū. Per dominū. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis super oīa bona sua cōstituet eū. Postcō.

Per hec sacramēta dñe q̄ sumpsimus: ⁊ per intercessionē [illegible] pontificis tui ricardi: cuiꝰ trāslationis diē deuote celebramꝰ: te supplices deprecamur: vt ipsiꝰ meritis ⁊ intercessiōe: a tenebris huiꝰ vite/ ad lucē ꝑpetuā nos trāsferre digneris. Per ᵭ. Alia de marty.

Plebs tua domīe per hec sācta que sumpsimus/ capiat sacre benedictionis augmentum et intercessione sanctorum martyrum tuorū cirici et iulite: copiosis beneficiorum tuorū semper subleuetur auxiliis. Per dñm nostrū.

¶ Sanctorum marci ⁊ marcelliani martyrum. Officium.

Salus aūt iustorum a dño: ⁊ protector eorū est in tēpore tribulatiōis. Ps. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Presta quesumꝰ omnipotēs deus: vt qui sanctorū martyrum tuoꝝ marci et marcelliani natalicia colimus: a cūctis malis imminētibꝰ/ eorū intercessionibꝰ liberemur. Per. Epl'a Lingua sapientū. In cōi fo. vij. Gr. Iustorū aīe in manu dei sūt: et non tāget illos tormentū malicie. ℣. Uisi sūt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace Alleluya. ℣. Reddet deꝰ mercedē laborū sāctoꝝ suorū: et deducet illos in via mirabili. Euange. Uidete ne quis. In cōi fo. x. Offr. Anima nostra sicut passer erepta est/ de laqueo venantium: laqueus contritus est: et nos liberati sumus. Secreta.

Preueniat nos q̄s dñe grā tua semper ⁊ subsequat̄: et has oblatiōes quas ꝓ peccatis nr̄is noī tuo cōsecrādas offerimꝰ/ benignꝰ assume: vt ꝑ itercessionē sctōrū martyꝝ tuoꝝ marci ⁊ marcelliani: cūctis ꝓficiat ad salutē. Per. Cōio. Amē dico vobis qđ vni ex minimis meis fecistis/ mihi fecistis: venite benedicti patris mei: possidete preparatū vobis regnū ab initio seculi.

Ut percepta nos dñe Postcō. sancta viuificēt: sanctorū martyrum tuorum marci et marcelliani merita gloriosa nos adiuuent. Per dominū. ¶ Sanctorū geruasii et prothasii Ad mis. Offi.

Geruaſij et Protaſij. xix. Junij.

LOquet̄ dñs pacē ĩ plebem ſuā/ et ſup ſāctos ſuos: et in eos qui conuertūtur ad ipſū. Ps. Bñdixiſti dñe terrā tuā auertiſti captiuitatē iacob. Oratio.

DEus qui nos annua ſctōꝝ martyꝝ tuoꝝ geruaſij/ et prothaſij ſolēnitate letificas: concede propici⁹: vt quoꝝ gaudem⁹ meritis: accendamur exemplis. Per. ¶ Ad Romanos. viij.

FRatres. Scim⁹ qm̄ diligētibus deum oīa cooperantur in bonū: his qui ſecūdū ꝓpoſitum vocati ſunt ſācti. Nam quos preſciuit: et predeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Quos autē predeſtinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iuſtificauit. Quos autē iuſtificauit: illos et magnificauit. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si deus pro nobis: qs contra nos? Qui etiā proprio filio ſuo non pepercit ſed pro nobis oībus tradidit illū.

Gr. Glorioſ⁹ deus in ſāctis: mirabilis in maieſtate faciēs prodigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute dextera man⁹ tua confregit inimicū. Alla. ℣. Sācti et iuſti in dño gaudete: vos elegit de⁹ in hereditatē ſibi. ¶ Secundum Marcum. xiij.

IN illo tpe. Egrediente ieſu de tēplo: ait illi vn⁹ ex diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice quales lapides et quales ſtructure. Et reſpōdēs ieſus/ ait illi. Vides has omnes magnas edificatiōes? Nō relinquetur lapis ſuper lapidem: qui non deſtruat. Et cū ſederet in monte oliuarū cōtra tēpliū: interrogabāt eum ſeparatim petrus/ et iacobus/ et iohannes/ et andreas. Dic nobis quando iſta fiēt: et qđ ſignū erit quādo hec oīa incipient cōſummari? Et reſpōdēs ieſus/ cepit dicere illis. Videte ne quis vos ſeducat. Multi eñi veniēt in noīe meo dicētes quia ego ſum: et multos ſeducent. Cum autē audieritis bella/ et opiniōes belloꝝ: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: ſed nondū finis. Exurget eñi gens cōtra gētem/ et regnū ſuper regnū: et erūt terremotus per loca/ et fames. Initium doloꝝ hec. Videte autē voſmetipſos. Tradēt enim vos in cōcilijs/ et in ſynagogis vapulabitis: ⁊ ante preſides et reges ſtabitis ꝓpter me/ in teſtimoniū illis. Et in oēs gentes primū oportet predicare euangeliū. Et cū duxerint vos tradētes: nolite precogitare quid loquamini: ſed quod datum fuerit vobis: ĩ illa hora id loquamini. Non eñ vos eſtis loquentes: ſed ſpiritus ſanct⁹. Tradet autē frater fratrē in mortem: et pater filiū: et conſurgēt filij in parentes: et morte afficiēt eos. Et eritis odio oībus propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in finem: hic ſaluus erit. Offr. Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

HOſtias tibi dñe laudis offerim⁹: quas beatis martyribus tuis geruaſio/ ⁊ ꝓthaſio cōtuliſti: vt ⁊ ꝑ tuo noīe mori nō pauerēt: et ſēpiterna gloria fulgeāt intercēpti. Per. Cōio. Poſuerūt mortalia ſeruoꝝ tuoꝝ dñe eſcas volatili bus celi: carnes ſctōꝝ tuoꝝ beſtiis terre: ſcd̄m magnitudinē brachii tui/ poſſide filios morti punitoꝝ. Poſtcō.

Benedictio tua domīe q̄s per hec ſancta myſteria tuoꝝ īpleat corda fideliū: vt et ſanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ geruaſij ⁊ prhaſij honorificēt paſſiones: et remedia ſalutis eterne q̄ expetūt/ eiſdē patrocināūb⁹ aſſequantur. Per dominū. ¶ In trāſlatione ſancti Edvvardi regis et mar. Ad miſ. offi.

Gloria et honore coronaſti eū: ⁊ conſtituiſti eū ſup opera manuū tuaꝝ. Ps. Dn̄e dn̄s noſter: q̄ admirabile ē nomen tuū in vniuerſa terra. Oratio.

Deus eterni triūphator imperij: familiā tuā ppici⁹ reſpice/ trāſlationē regis celebrantē edvvardi: ⁊ p̄ſta: vt ſicut illū mūere glorificare dignaris celeſti: ita nos eius obtētu eterne felicitati ſacias dignanter aſcribi. Per dn̄m. Epla. Beatus vir q̄ inuēt⁹. In cōi fo. iiij. Gr. Poſuiſti dn̄e ſuper caput ei⁹: coronā de lapide precioſo. V. Deſideriū aīe ei⁹ tribuiſti ei: ⁊ volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudaſti eū. Alla. V. Beat⁹ vir qui ſuffert tēptationē: qm̄ cū probat⁹ fuerit accipiet coronā vite. Si fiant ix. lec. dr Sequētia Organicis cana. In cōi fo. iiij. Euāg. Si quis venit ad me, In cōi fo. v. Offr. Poſuiſti domine in capite ei⁹/ coronā de lapide precioſo. vitam petiit a te et tribuiſti ei alla. Secreta.

Intuere q̄s dn̄e deus ad noſtre humilitatis hoſtiā tibi in honore ſācti martyris tui ac regis edvvardi oblatā: quā tibi ſacram oblationē mirabili diſpēſatione efficere voluiſti: et cōcede nobis illi⁹ ſcīb⁹ ita innocēter viuere: vt ad eterna mereamur gaudia puenire. Per. Cōio. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſū: et tollat crucē ſuā et ſequat me. Poſtcōio.

Sancta tua nos dn̄e ſumpta purificēt: et beato martyre tuo ac rege edvvardo intercedēte/ ad perpetue beatitudinis gloriā perducant. Per dn̄m. ¶ Sācti Albani prothomar. anglorū. Offi.

In virtute tua dn̄e letabitur iuſt⁹: et ſup ſalutare tuū exultabit vehemēter: deſideriū anime eius tribuiſti ei. Ps. Quoniā preueniſti eū in bn̄dictionib⁹ dulcedinis: poſuiſti in capite ei⁹ coronam de lapide precioſo. Oratio

Deus qui hunc diē beati albani martyrio conſecraſti tribue queſum⁹: vt cuius annuo gratulamur officio: eius cōtinuo foueamur auxilio. Per dominū. ¶ Lectio libri ſapientie. iiij.

Iuſtus ſi morte p̄occupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enī venerabilis eſt non diuturna: neq; numero annoꝝ cōputata. Cani aūt ſunt ſenſus hoīs: et etas ſenectutis vita īmaculata. Placens deo factus dilectus: et viuens inter peccatores tranſlatus eſt. Raptus eſt ne malicia mutaret intellectū illi⁹: aut ne fictio deciperet animā illius. Cōſummatus in breui/ expleuit tēpora multa. Placita enī erat deo aīa illius Propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis: quoniam gratia dei ⁊ miſericordia eſt in ſanctos eius: et reſpectus in electos illius. Grad. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit ſemen eius: generatio eius benedicetur. Alleluya. ℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius: coronam de lapide precioſo. Sequentia.

Eia gaudens caterua ouanter eya. Pange ſonora domino cātica illius: et enarra magnalia. Ex toto corde/ex tota virtute/ex tota anima: chriſto iubila. Qui eſt ſanctorū vita/virt⁹/gloria/premium/corona. Cuius pietas larga: comit aurea albanum laurea. Cuius precellens gratia expurgauit eius crimina. Eius ⁊ cornu per ſecla: exaltat in magna gloria. Cū eni p̄cepiſſet diua munera. Sancte religiōis dona myſtica. Aſpernēs idolatrā regem ſpernit idola. Et cū iā duceretur mortis ad ſupplicia Prece fugās flumina. Per fluuij glareas: ſicca trāſiuit ſemita. Pari quoq; gr̄a. Grata fontis munera: terra produxit arida. Poſt hec inclyta albane pater opera. Linquens hec terreſtria. Scādis cū glīa: celorū vindima. Te nūc petim⁹ patrone prece ſedula. Qui es nr̄a vera gloria. Solue precum votis ſeruorum ſcelera. Exora pro gente anglica: ⁊ pro ei⁹ pace eterna. Ter dicit ℣. p̄dict⁹. Et nobis tibi ſupplicib⁹: vite vera impetra gaudia Ubi ſonat iugiter all'a. Euang. Si quis vult poſt me. In cōi folio v. Offr. In virtute tua domine letabitur iuſtus et ſuper ſalutare tuū exultabit vehementer: deſiderium anime eius tribuiſti ei. Secreta.

Sicut in beati albani martyris tui veneratione te mirabilem predicam⁹: ſic dn̄e clementiam tuam/per hec pie placatiōis officia: pro nobis q̄s ipſe pius interuētor exiſtat. Per dn̄m. Cōio. Magna eſt gloria ei⁹ in ſalutari tuo gloriam et magnum decorem impones ſuper eum domine. Poſtcōio.

Ut tua nos dn̄e ſacramēta purgent a crimine: ſanctā maieſtatē tuam queſum⁹ beatus martyr alban⁹ ſemꝑ īploret. Per

¶ In vigilia ſc̄i Johis baptiſte.

Ne timeas zacharia: exaudita eſt oratio tua: et elizabeth vxor tua pariet tibi filiū: et vocabis nomē eius iohānem: et erit magnus coram dn̄o: et ſpū ſācto replebit adhuc ex vtero matris ſue: et multi ī natiuitate eius gaudebūt. Ps. Dn̄e in virtute tua letabit rex: et ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Oratio.

Preſta q̄s ōps de⁹: vt familia tua per viam ſalutis incedat: et beati iohannis chriſti precurſoris hortamēta ſectando: ad eū quē predixit/ ſecura perueniat dn̄m noſtrū ieſum chriſtū filium tuum. Qui tecū viuit. ¶ Memoria de ſancta etheldreda. Oratio.

Deus q̄ nos hodie btē etheldrede virginis tue annua ſolemnitate letificas: concede propicius: vt eius adiuuemur meritis cuius caſtitatis irradiamur exemplis. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio hieremie prophete.

Uigilia iohãnis baptiſte xxiiij. Juñ.

IN diebus illis. Factum eſt verbũ domini ad me dicẽs. Priuſq̃ te formarẽ in vtero / noui te: et anteq̃ exires de vulua ſanctificaui te: et prophetã in gentibus dedi te. Et dixi. A a a dñe deꝰ. Ecce neſcio loqui: q̄a puer ego ſum. Et dixit dominꝰ ad me. Noli dicere q̄a puer ſum: q̄m ad oĩa q̃ mittam te / ibis: et vniuerſa que mandauero tibi / loqueris. Ne timeas a facie eorũ: quia ego tecũ ſum vt eruã te / dicit dñs. Et miſit dominus manũ ſuã: et tetigit os meũ Et dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce cõſtitui te hodie ſup̱ gentes / et ſuper regna: vt euellas / et deſtruas / et diſperdas / et diſſipes / et edifices / et plantes. Dicit dñs oĩps. Gr. Fuit homo miſſus a deo: cui nomẽ erat iohãnes hic venit. v. Ut teſtimoniũ perhiberet de luĩe: et parare dño plebẽ perfectã Si dñica fuerit dr. Alla. v. Tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis ante dñm parare vias eius. ¶ Initiũ ſãcti euãgelij. Scdm Lucã. i.

FUit in diebꝰ herodis regis iudee ſacerdos quidã noĩe zacharias / de vice abia: et vxor illiꝰ de filiabꝰ aaron: et nomẽ eius elizabeth. Erant aũt iuſti ambo ante deum. incedẽtes in oĩbus mandatis et iuſtificatiõibꝰ dñi ſine querela. Et nõ erat illis filiꝰ: eo quod eſſet elizabeth ſterilis: et ãbo proceſſiſſent in diebꝰ ſuis. Factum eſt autẽ cum ſacerdotio fungeret zacharias in ordine vicis ſue ante deum / ſcdm cõſuetudinẽ ſacerdotij: ſorte exijt vt incẽſum poneret / ingreſſus in templum domini. Et oĩs multitudo populi: erat orans foris hora incenſi. Apparuit autẽ illi angelus domini / ſtans a dextris altaris incenſi. Et zacharias turbatus eſt vidẽs: et timor irruit ſuper eũ. Ait autẽ ad illum angelus. Ne timeas zacharia: quoniã exaudita eſt dep̄catio tua: et vxor tua elizabeth pariet tibi filium: et vocabis nomẽ eius iohãnem. Et erit gaudiũ tibi et exultatio: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enĩ magnus corã dño: vinũ et ſicerã non bibet. Et ſpiritu ſctõ replebit adhuc ex vtero matris ſue et multos filiorũ iſrael / conuertet ad dñm deum ipſorũ. Et ipſe p̄cedet ãte illũ in ſpiritu et virtute helye: vt cõuertat corda patrũ in filios: et incredulos ad prudentiam iuſtorũ. Parare dño: plebẽ perfectam. Offr. Gloria et honore coronaſti eum et cõſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum domine. Secreta

DA queſumꝰ oĩpotens deus vt ſicut beatꝰ iohãnes baptiſta aſtruxit: agnus ille tuus qui preſentibꝰ myſterijs declaratꝰ eſt: pctã nr̃a ſemp̱ emũdet. Qui tecũ.

¶ Alia ſecreta de ſctã etheldreda.

Adeſt nobis dies alma: ⁊ magno gaudio plena. In qua ſctā deo grata cōgaudet eccl'ia. Hodie celeſtis letat turma/ q̄ gloꝛiā cātat ī excelſis voce dulciſſōa cū ſimphonia. Hodie poloꝝ ſctā agmia collaudāt regē deū nr̄m: natū ex v̄gine ſctā maria. Aue inclyte p̄ſul: vel cōfeſſoꝛ N flos pulcherrime. Tu veſtigia chꝛiſti ſecutꝰ es fide deuota. Eterni regis adeptꝰ es regna. Iā gratularis in domo ſupera poſſidens ſedes almas. Quē poſtulamꝰ et poſcimꝰ vna. Adiuuent tua ſancta ſuffragia fragilē vitā noſtrā. O beate. O ſancte N. Laus tibi in gl'ia. O beate. O ſancte N. Pꝛo nobis ſupplica. Ut vna mereamur ſancta celoꝛum templa. Poſſidere leti cernētes alma gaudia que ſunt plena. Sit deo laus honoꝛqꝫ ⁊ iubilatio caſta. Qui regnat per omnia ſeculoꝛum ſecula Amen dicāt omnia. Sequētia.

Alma cohoꝛs vna laudum ſonoꝛa nūc p̄me pꝛeconia. Quibus en inſignis rutilat N. vt luna ſolqꝫ ſydera. Meritoꝛum eſt mirifica radiās idem ſacra pꝛerogatiua. Huic nam ſophie myſtica oꝛnauerunt mire dogmata qua fulſit nitida: luculenter perampla oꝛbis climata. Uerbi nec nō fructifera ſeuit diuini ſemina mentium per arua pellendo quoqꝫ cuncta noctis nubila. Hinc famina fundens diua: vtpote celeſtia ferens in ſe numina. Sublimauit catholica vehementer culmina ſancta per eloquia. Is nēpe celſe compos gloꝛie nunc exultat inter letabunda celicolarum ouans contubernia. Sublimis extat ſede ſupera fruens vita ſemper inexhauſta ſat per ſaluberrima chꝛiſti paſcua. O dignū cuncta laude pꝛecelſa. Pꝛeſulem tanta nactum gaudia. Uirtutum pꝛopter merita: quibus viguit ardens velut lampada. Nos voce clara hunc et iocunda. Dantes oꝛemus pꝛeces et vota. Qui nobis ferat cōmoda impetret et eterna poſcens pꝛemia. Quod petit pꝛeſens caterua: pꝛeſulum gēma Deuota rependens munia mente ſincera. Hauendo ſibi pꝛecum inſtantia: ſcilicet vt poloꝛū intret limina. Quo iam intra palacia ſtantes ſupꝛema. Leti gratulemur adepti poloꝛum regna Qui tua pꝛeſul ſiſtētes hac aula iubilemus ingenti cum leticia. Recinētes dulcia: nunc ceſſaqꝫ alleluya.

¶ Secundum Matheum. xxv

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc Homo quidā peregre p̄ficiſcēs vocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinqꝫ talenta: alij autem duo: alij vero vnum. Unicuiqꝫ ſecundū ꝓpꝛiam virtutem. Et pꝛofectus eſt ſtatim. Abijt autem qui quinqꝫ talēta acceperat: et operatus eſt in eis: ⁊ lucratus eſt alia quinqꝫ. Similiter qui duo acceperat: lucrat⁹ eſt alia duo. Qui autem vnum acceperat: abiens fodit in terrā / ⁊ abſcōdit pecuniā dn̄i ſui. Poſt multū vero tēpoꝛis: venit dn̄s ſeruoꝛū illoꝛum et poſuit rationem cum eis Et accedens qui quinqꝫ talenta acceperat obtulit alia quinqꝫ talenta dicēs. Dn̄e quinqꝫ talenta tradidiſti michi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Ait illi dn̄s eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupꝛa multa te conſtituam. Intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem ⁊ qui duo talenta acceperat et ait. Dn̄e: duo talenta tradidiſti michi: ecce alia duo ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupꝛa multa te conſtituam. Intra in gaudium: domini tui.

¶ Secundum Marcum. xiij

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte / vigilate / et oꝛate. Neſcitis eni quando tēpus ſit. Sicut homo qui peregre pꝛofectus reliquit domum ſuam: et dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqꝫ operis: et ianitoꝛi pꝛecepit vt vigilet. Vigilate ergo. Neſcitis eni quando dn̄s domus veniet: ſero / an media nocte: an gallicantu / an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos doꝛmientes. Qđ aūt vobis dico / omnibus dico vigilate

¶ Secundum Matheum. xxiiij.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate quia neſcitis qua hoꝛa dn̄s veſter ventur⁹ ſit. Illud autē ſcitote: q̄m ſi ſciret paterfamilias qua hoꝛa fur venturus eſſet: vigilaret vtiqꝫ / et non ſineret perfodi domū ſuam. Ideo ⁊ vos eſtote parati: q̄a neſcitis qua hoꝛa filius hominis venturus eſt Quis putas eſt fidelis ſeru⁹ et pꝛudens quē cōſtituit dn̄s ſupꝛa familiā ſuā: vt det illis cibū in tēpoꝛe. Beat⁹ ille ſeru⁹ quē cū venerit dn̄s eius / inuenerit ſic facientē. Amen dico vobis / q̄m ſuper oīa bona ſua cōſtituet eū. Euāge. Homo quidā no. vtš. fo. vj. In tp̄e paſcali. Euāge. Ego ſū vitis vera. vtš folio. j. Offer. Veritas mea et mia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. In tēpoꝛe paſchali. Alla. Offer. Inueni dauid ſeruum meum: et in oleo ſancto vnxi eum. manus enī mea auxiliabitur ei: et bꝛachium meū cōfoꝛtabit eū. In tp̄e paſchali Alla.

PRopiciare q̄s dn̄e Secreta ſupplicationibus noſtris: ⁊ intercedente pꝛo nobis beato N. cōfeſſoꝛe tuo atqꝫ pontifice: his ſacramentis celeſtibus ſeruientes: ab omni culpa liberos eſſe concede: vt purificante nos gr̄a tua: iiſdem q̄bus famulamur myſterijs emūdemur. Per d̄. Alia ſecreta.

REſpice queſum⁹ dn̄e munera populi tui in beati N. cōfeſſoꝛis tui atqꝫ pontificis honoꝛe oblata: ⁊ tue teſtificatio veritatis / nobis pꝛoficiat ad ſalutē Per. Cōio

Dn̄e quinqꝫ talēta tradidiſti michi / ecce alia quinqꝫ ſuperlucrat⁹ ſū: euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te cõſtituã: intra in gaudiũ dñi tui. In tpe paſ. Allã. Cõio. Beatꝰ ſeruꝰ/ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis / ſuper oĩa bona ſua cõſtituet eũ. In tpe paſcha. Allã allã. Cõio. Fidelis ſeruꝰ ⁊ prudẽs quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis ĩ tẽpore tritici mẽſurã. In tpe paſ. Allã allã. Poſtcõ.

Preſta q̃s dñe deꝰ noſter: vt diuinis myſterijs expiati: intercedẽte beato N. cõfeſſore tuo atq; pontifice: ad ſupni plenitudinẽ ſacramẽti cuiꝰ libauimus ſancta tendamꝰ. Per. Alia poſtcõio.

Quos tuis dñe reficis ſacramentis ſancti N. confeſſoris tui atq; pontificis attolle benignus ſuffragijs: vt noſtre redemptionis effectũ: et myſterijs capiamus ⁊ mentibꝰ. Per. ¶ In natali vniꝰ cõfeſſoris ⁊ doctoris. Officiũ.

Sacerdotes dei bñdicite dñm: ſcti et humiles corde laudate deum. In tpe paſcha. Allã allã. Pſ. Bñdicite omnia opera dñi dño: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Gloria. Oratio.

Exaudi dñe preces noſtras: quas in ſancti N. cõfeſſoris tui atq; doctoris ſolennitate deferimꝰ: vt qui tibi digne meruit famulari/ eius precibus ab omnibꝰ nos abſolue peccatis. Per dñm.

Lcõ libri ſapie. Eccliaſtici. xlvij.

Dedit dñs cõfeſſionẽ ſancto ſuo: et excelſo in verbo glorie. De omni corde ſuo laudauit dñm: et dilexit deum qui fecit illũ. Et dedit illi contra inimicos potẽtiam: et ſtare fecit cãtores cõtra altare: ⁊ in ſono eoꝝ/ dulces fecit modulos Et dedit in celebrationibus decus: ⁊ ornauit tpa vſq; ad conſummationem vite. vt laudarẽt nomẽ ſanctũ dñi: ⁊ amplificarent mane ſanctitatẽ dei. Chriſtus purgauit peccata ipſius: ⁊ exaltauit ĩeternũ cornu eius. Sapientia laudabit animã ſuã: et in dño honorabit: et in medio populi ſui gloriabitur Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuũ. ⁊ in conſpectu virtutis ipſius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine ſancta admirabitur. In multitudine electorum habebit laudem: et inter benedictos: benedicetur.

Lectio libri ſapientie. vij.

Optaui / et datꝰ eſt michi ſenſus: et inuocaui / et venit in me ſpiritus ſapientie. Et prepoſui illam regnis et ſedibꝰ: et diuitias nichil eſſe dixi/ in cõparatione illiꝰ Nec cõparaui illi lapidem precioſum: qm̃ omne aurũ in cõparatione illius/ arena eſt exigua: ⁊ tanq̃ lutũ eſtimabitur argẽtum/ in conſpectu illius. Super ſalutẽ et ſpeciem dilexi illam: ⁊ propoſui ꝓ luce habere illã: qm̃ inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autẽ mihi omnia bona pariter cũ illa: et innumerabilis honeſtas per manꝰ illius: ⁊ letatus ſum in omnibus: qm̃ antecedebat me iſta ſapiẽtia/ ⁊ ignorabã / quoniã horum omniũ mater eſt. Quã ſine fictione didici: et ſine inuidia cõmunico. Et honeſtatẽ illiꝰ/ nõ abſcõdo. Gr. Iurauit dñs et nõ penitebit eũ: tu es ſacerdos ineternũ ſecundũ ordinẽ melchiſe dech. ℣. Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Alla. ℣. Amauit eum dñs et oꝛnauit eum ſtola gloꝛie induit eũ. Sequẽtia de cõi vniꝰ confeſſoris ⁊ põtificis. q̄re ſupꝛa fo. xij. Infra .lxx. Tractꝰ Btũs vir. vt ſ̃. fo. j

¶ Secundum Matheum v.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit: in quo ſalietur? Ad nihilũ valet vltra: niſi vt mittatur foꝛas/ ⁊ conculcet̄ ab hominibus. Vos eſtis lux mundi Non poteſt ciuitas abſcõdi ſupꝛa montẽ poſita: neqꝫ accendunt lucernam: et ponunt eã ſub modio/ ſed ſuper cãdelabꝛũ: vt luceat oibꝰ qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coꝛã hominibꝰ: vt videant opera veſtra bona: et gloꝛificẽt patrem veſtrum qui in celis eſt. Nolite putare/ q̄m veni ſoluere legem aut pꝛophetas. Non veni ſoluere/ ſed adimplere. Amen dico vobis: donec tranſeat celum ⁊ terra: iota vnum/ aut apex vnus/ nõ pꝛeteribit a lege/ donec omnia fiant. Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis/ et docuerit ſic homines: minimꝰ vocabit̄ in regno celorũ. Qui aũt fecerit et docuerit: hic magnꝰ vocabit̄: in regno celoꝛum Offer. Veritas mea ⁊ mia mea cũ ipſo: et in noĩe meo exaltabit̄ coꝛnu eius In tp̄e paſchali. Alla. Secreta.

MUnera quęſumus dñe tibi dicata ſanctifica: et intercedente beato N. confeſſoꝛe tuo atqꝫ doctoꝛe/ per eadẽ nos placatus intende. Per. Cõio. Fidelis ſeruus et pꝛudens quẽ conſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempoꝛe tritici menſuram. In tp̄e paſchali. Alleluya alleluya. Poſtcõio.

PReſta q̄s oꝑs deꝰ: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes/ intercedẽte btõ N. confeſſoꝛe tuo atqꝫ doctoꝛe/ beneficia potioꝛa ſumamus. Per dominũ.

¶ In natali vniꝰ ꝯfeſ. et abbatis.

OS iuſti meditabit̄ ſapiẽtiã/ ⁊ lĩgua eiꝰ loquet̄ iudiciũ: lex dei eiꝰ in coꝛde ipſiꝰ. Ps. Noli emulari in malignãtibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatẽ. Oro.

DEus qui beatũ N. cõfeſſoꝛem tuum atqꝫ abbatẽ ſanctitatis gr̃a decoꝛaſti: ipſius meritis fac nos bonis operibus abũdare: vt a te ſummo bono/ oẽ qđ expedit mereamur impetrare. Per do.

Lcõ libꝛi ſapiẽtie Eccleſiaſtici. xxxix

IUſtus coꝛ ſuũ tradet ad vigilãdum diluculo/ ad dñm qui fecit illũ: et in conſpectu altiſſimi depꝛecabitur Aperiet os ſuum in oꝛatione: et pꝛo delictis ſuis depꝛecabitur. Si enim magnꝰ dñs voluerit/ ſpiritu intelligẽtie replebit illũ. Et ipſe tanq̃ imbꝛes mittet eloquia ſapientie ſue: et in oꝛatione cõfitebitur dño. Et ipſe diriget conſilium eius ⁊ diſciplinam: et in abſconditis ſuis cõſiliabitur Et ipſe palã faciet diſciplinam doctrine ſue: et in lege teſtamenti dñi gloꝛiabitur. Collaudabunt multi ſapientiam eius: ⁊ vſqꝫ in ſeculũ non delebitur. Nõ recedet memoꝛia eius: et nomẽ eius requiretur: a generatione in generationem. Gr. Os iuſti meditabit̄ ſapientiã: et lingua eiꝰ loquet̃ iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipſiꝰ: ⁊ nõ ſupplãtabunt̃ greſſꝰ eiꝰ. Alla. ℣. Poſui adiutoriũ ſuper potentẽ: et exaltaui electum de plebe mea. Sequẽtia. Adeſt nobis. vtš fo.xj. vel Tractꝰ. Deſideriũ aie eius vtš fo.iiij. ¶ Scd̃ꝫ Lucã. xj.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accendit lucernã/ ⁊ in abſcondito ponit: neqꝫ ſub modio: ſed ſup candelabrũ: vt qui ingrediuntur/ lumẽ videãt. Lucerna corporis tui/ eſt oculꝰ tuꝰ. Si oculꝰ tuus fuerit ſimplex: totũ corpꝰ tuũ lucidum erit. Si autẽ nequã fuerit: etiam corpꝰ tuum/ tenebroſũ erit. Vide ergo ne lumẽ qđ in te eſt/ tenebre ſint. Si ergo corpꝰ tuum totũ lucidũ fuerit/ nõ habens aliquã ꝑtẽ tenebraꝝ: erit lucidũ totũ. Et ſicut lucerna fulgoris/ illũiabit te. Offer. Deſideriũ aie eiꝰ tribuiſti ei dñe: et volũtate labiorũ eius non fraudaſti eũ: poſuiſti in capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. Secreta.

SAcrificiũ domine quod pro ſancti N. cõfeſſoris tui atqꝫ abbatis ſolemnitate deferimus: tibi queſumꝰ fiat acceptũ: ⁊ eiꝰ interuenientibus meritis: nobis augeat te donãte ſuffragiũ. Per do. Cõio. Fidelis ſeruꝰ et prudẽs quẽ cõſtituit dñs ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. In tpe paſcali. Alla alla. Poſtcõ.

LIbantes dñe ſacroſancta myſteria/ precẽde nobis q̃s miſericordiam tuam/ vt que votis expetimus/ intercedente beato N. confeſſore tuo atqꝫ abbate: conuerſatione tibi placita conſequamur. Per dominum noſtrum.

¶ De quocũqꝫ confeſſore Officiũ.

OS iuſti meditabitur ſapientiam/ et lingua eius loquetur iudiciũ: lex dei eius incorde ipſiꝰ. Ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

ADeſto domine precibꝰ noſtris/ quas in ſancti N. cõfeſſoris tui ſolemnitate deferimꝰ: vt qui noſtre iuſticie fiduciam non habemus: eius qui tibi placuit meritis et p̄cibus adiuuemur. Per d.

Lectio libri ſapientie. x.

IVſtum deduxit dominꝰ per vias rectas: ⁊ oſtendit illi regnum dei. Et dedit illi ſcientiam ſanctorum: honeſtauit illum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circumuenientium illi affuit: et honeſtum fecit illum. Cuſtodiuit eum ab inimicis/ et a ſeductoribus tutauit illum: et certamen forte dedit illi vt vinceret: ⁊ ſciret quoniam omnium potentior/ eſt ſapientia. Hec venditum/ iuſtum non dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eum. Deſcenditqꝫ cum illo in foueam: et in vinculis non dereliquit illum: donec afferret illi ſceptrum regni: et potentiam aduerſus eos/ qui eum deprimebant. Et mẽdaces oſtendit qui maculauerũt illũ: et dedit illi claritatẽ eternam: dominꝰ deus noſter. Gr. Os iuſti meditabit̃ ſapientiã: et lingua eius loquetur iudiciũ. ℣. Lex dei eius in corde ipſius: ⁊ non ſupplãtabuntur greſſus eiꝰ. Alleluya. ℣. Poſui adiutoriũ ſuper potentem: et exaltaui electū de plebe mea. Seq̄n. Adeſt nobꝭ. vt̄s fo. xij. vel Tract⁹ Deſiderium anime. vt ſupra. fo. v.

¶ Secundum Matheum. xiij

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Uidete/vigilate/ et orate. Neſcitis eni quando tempus ſit. Sicut homo qui peregre profectus/reliquit domum ſuam: et dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſq; operis: et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo Neſcitis eni quādo domin⁹ domus veniat: ſero/an media nocte: an gallicantu/ an mane. Ne cū venerit repēte: inueniat vos dormiētes. Qđ aūt vobis dico/oib⁹ dico vigilate. Offr. Deſideriū aīe eius tribuiſti ei dn̄e: et volūtate labiorū ei⁹ nō fraudaſti eū: poſuiſti in capite ei⁹ coronā de lapide precioſo. In tp̄e paſca. Alľa Secre.

SUſcipe domine ſacrificium placationis et laudis quod nos interueniente beato. N. confeſſore tuo perducat ad veniam: et in perpetuam gratiarū conſtituat actionem. Per. Cōio. Fidelis ſeru⁹ et prudēs quē cōſtituit dn̄s ſuper familiā ſuā: vt det illis in tēpore tritici mēſurā. In tp̄e paſchali Alľa alľa.

PReſta q̄s op̄s de⁹: Poſtcō. vt cuius feſtiuitate votiua ſunt ſacramēta: eius ſalutaria nobis interceſſione reddantur. Per.

¶ In natali plurimorū cōfeſſorū.

SAcerdotes ei⁹ induant ſalutare: et ſancti eius exultatione exultabunt. In tēpore paſchali. Alľa. alľa alleluya. P̄s Memento domine dauid: et omnis manſuetudinis eius. Oratio.

BEatorū cōfeſſorū tuorū N. et N. nos q̄ſum⁹ dn̄e tuere preſidijs: vt quoꝝ feſtiuitatem annua deuotione recolimus: eorū interceſſione ab omnib⁹ aduerſitatibus eruamur. Per. Alia oratio.

DEus qui nos ſanctorū confeſſorū tuorū N. et N. confeſſionibus glorioſis circundas et protegis: da nobis et eorum imitatione proficere: ⁊ interceſſione gaudere. Per. Ad Hebreos vij.

FRatres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundum legē: idcirco ꝙ morte prohiberentur permanere. Ieſus autē/ eo ꝙ maneat ineternū: ſempiternū habet ſacerdotium. Unde et ſaluare in perpetuū poteſt/accedens per ſemetipſū ad deū ſemper viuēs: ad interpellandū pro nobis. Talis enim decebat vt nobis eſſet pōtifex: ſanctus/ innocens/impollutus: ſegregat⁹ a peccatorib⁹: et excelſior celis fact⁹ Qui non habet quotidie neceſſitatem/ quēadmodū ſacerdotes pri⁹ pro ſuis delictis hoſtias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit ſemel ſe offerendo: dn̄s noſter ieſus chriſt⁹. Gr. Sacerdotes ei⁹ iduāt ſalutare: et ſcti ei⁹ exultatiōe exultabūt. V. Illuc producā cornu dauid: paraui lucernā chriſto meo Alľa. V. Fulgebūt iuſti: et tanq̄ ſcintille in arūdineto diſcurrēt ineternū. Nulla dr̄ ſequētia licet nouem lectiones fiant.

¶ Secundum Lucam. xij.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri precincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dn̄m ſuū/ quando reuertatur a nuptijs. Ut cum venerit ⁊ pulſauerit: cōfeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi: quos cum venerit dn̄s/ inuenerit vigilātes. Amen dico vobis: ꝙ pꝛecinget ſe/ et faciet illos diſcumbere: ⁊ trāſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecunda vigilia: et ſi in tertia vigilia venerit/ et ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autem ſcitote: quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hoꝛa fur veniret: vigilaret vtiqꝫ: et non ſineret perfodi domū ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hoꝛa non putatis: filius hoīs veniet. ¶ Secundū Matheum. x.

In illo tp̄e. Miſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos: pꝛecipiens eis et dicens. In viam gentiū ne abieritis: et in ciuitates ſamaritanoꝝ ne intraueritis: ſed potius ite ad oues que perierunt domus iſrael. Euntes autē pꝛedicate dicentes: quia appꝛopinquauit regnum celoꝛum. Infirmos curate: moꝛtuos ſuſcitate: lepꝛoſos mundate: demones eijcite. Gratis accepiſtis: gratis date. Offꝫ. Exultabūt ſancti in glīa: letabūtur in cubilibus ſuis: exultatiōes dei in faucib9 coꝛū. In tp̄e paſca. Allła allła. Secre.

Adeſto dn̄e pꝛecib9 ppl̄i tui: adeſto muneribus: vt ꝗ ſacris ſūt oblata myſterijs: tuoꝛū tibi placeāt intercesſiōe ſctoꝝ. Per do. Cōio. Ego vos elegi de mūdo: vt eatis et fructū afferatis: et fruct9 veſter maneat. In tp̄e paſchali Allła allła. Poſtcō.

Fideles tui de9 celeſtis doni remedijs recreēt: et ſanctoꝛū quoqꝫ cōfeſſoꝛū tuoꝛū pꝛecibus: ab omnibus queſumus emundentur delictis. Per dn̄m.

¶ In natali vni9 vḡi. ⁊ martyꝛis

Dilexiſti iuſticiam ⁊ odiſti iniquitatem: pꝛopterea vnxit te deus deus tu9 oleo leticie pꝛe conſoꝛtibus tuis. In tp̄e paſcali Allła allła allła. Ps. Eructauit coꝛ meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloꝛia. Aliud Officium.

Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum/ et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis: que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dn̄i. Aliud

Me expectauerunt peccatoꝛes vt perderēt me: teſtimonia tua dn̄e intellexi: oīs conſummationis vidi finē/ latū mandatū tuū nimis. Ps. Bt̄i imaculati in via: qui ābulant in lege dn̄i. Orō.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beate N. virginis et martyꝛis tue feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dominū.

Lcō libꝛi ſapiētie Eccliaſtici. li.

Domine deus meus exaltaſti ſuper terrā habitationē meam: et pꝛo moꝛte defluenti depꝛecata ſum. Inuocaui dn̄m patrem dn̄i mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee: et in tempoꝛe ſuperboꝛū ſine adiutoꝛio. Laudabo nomen tuum aſſidue: ⁊ collaudabo illud in confeſſione et exaudita eſt oꝛatio mea. Liberaſti me a ꝑditione: et eripuiſti me de tēpoꝛe iniquo. Propterea cōfitebor: et laudē dicā noĩ tuo: dñe deꝰ meꝰ.

Lcō libꝛi ſapientie. Eccleſiaſtici. lj.

Confitebor tibi dñe rex: ⁊ collaudabo te deū ſaluatoꝛem meū. Confitebor nomini tuo: qm̄ adiutoꝛ ⁊ pꝛotectoꝛ factus es mihi et liberaſti coꝛpꝰ meū a perditione A laqueo lingue inique et a labijs operātiū mēdaciū. Et in cōſpectu aſtantiū factus es michi adiutoꝛ: et liberaſti me ſecundum multitudinem mīe nominis tui. A rugiētibus ꝓparatis ad eſcam: de manibus querentiū animā meam: et de poꝛtis tribulationū q̄ circundederunt me et a preſſura flāme que circūdedit me: et in medio ignis/non ſum eſtuata. De altitudine vētris inferi/et a lingua coinquinata: et a verbo mendacij. A rege iniquo: et a lingua iniuſta. Laudabit vſqꝫ ad moꝛtē anima mea dñm: et vita mea appꝛopinquās erat in inferno deoꝛſum. Circūdederūt me vndiqꝫ et non erat qui adiuuaret. Reſpiciens eram ad adiutoꝛium meum: et non erat. Memoꝛata ſum miſericoꝛdie tue dñe: et cooperationis tue/que a ſeculo ſūt. qm̄ eruis ſuſtinentes te: ⁊ liberas eos de manu anguſtie: domine deus meus.

Lcō libꝛi ſapiētie. Eccleſiaſtici. xxiiij.

Sapientia laudabit animā ſuā/⁊ in dño honoꝛabitur: et in medio populi ſui gloꝛiabitur Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum: et in cōſpectu virtutis illiꝰ gloꝛiabit̄. In medio populi exaltabitur: ⁊ in plenitudie ſancta admirabit̄. In multitudine electoꝝ habebit laudē: et inter benedictos benedicet̄/dicēs. Ego ex oꝛe altiſſimi pꝛodij: pꝛimogenita āte omnē creaturā. Ego quaſi libanꝰ non inciſus/vapoꝛaui habitationē meā: ⁊ quaſi balſamū nō mixtū/odoꝛ meus. Ego quaſi terebintꝰ extendi ramos meos: et rami mei/honoꝛis ⁊ gratie. Gr. Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti iniquitatē. ℣. Propterea vnxit te deꝰ deus tuꝰ/oleo leticie. Gr. Specie tua et pulchꝛitudine tua: intende pꝛoſpere pꝛocede et regna. ℣. Propter veritatem et māſuetudinē ⁊ iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea bñdixit te deꝰ ineternū. ℣. Propter veritatē et māſuetudinē et iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia et vide: et inclina aurē tuā: quia cōcupiuit rex ſpeciē tuā ℣. Specie tua et pulchꝛitudie tua: intende pꝛoſpere pꝛocede et regna. Gr. Propter veritatē et manſuetudinē et iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide: et inclina aurē tuā: quia cōcupiuit rex ſpeciē tuā All'a. ℣. Emuloꝛ enī vos dei emulatione: deſpōdi vos vni viro virginē caſtā exhibere chꝛiſto. All'a. ℣. Veni electa mea/et ponā te in thꝛonū meū: quia cōcupiuit rex ſpeciē tuā. All'a. ℣. Specie tua et pulchꝛitudie tua: intēde pꝛoſpere pꝛocede ⁊ regna. All'a ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea bñdixit te deus ineternum. All'a. ℣. Hec eſt virgo ſapiens: quā dominus vigilantem inuenit. Alleluya. ℣. Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum: et non confundebar domine.

Tractus.

Diffuſa eſt gratia i labiis tuis propterea bñdixit te de⁹ ieternū. ℣. Specie tua et pulchritudie tua intēde proſpere procede et regna. ℣. Propter veritatē ꝛ mãſuetudinē et iuſticiā: ꝛ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et iclina aurem tuā: quia cōcupiuit rex ſpeciē tuā.

Exultem⁹ in hac Seq̄ntia. die feſtiua. Recolētes dñi magnalia in ſanctis qui operatur maxima. Qui inter ſua potentie mira/in virginū eſt maxim⁹ gl̄ia. Sua enī grā mūdi viluit virginibus pompa. Atqꝫ cōtra precepta regum/reſtitit virginalis pugna. Furit rabies veſana/deuicta triſtatur malicia. Crudeſcit in carne tenera maiora exquirit tormenta. Sed tunc ſtat firmior caro virginea. Cum multiplicātur noua ſupplicia. Pro eterna quam expectant a deo gloria. Letantur mortalia affligi ſua corpora. Quia ſunt tranſitoria. Et in motu ſubito labentia mūdi gaudia. Ut flores decidua. Ex hac virginea forte claruit. N. Cuius hodie celebramus ſolennia ſplendēs inter alias vt lucifer inter minores ſtellas. Virgo beata fortiter ferens oīa nec mori recuſans pro gloria ꝑ nobis pie deū exora. Ut tecum in aula exultemus etherea pace perpetua. Pro ſanctorū virgo glīoſa collaudemus dominū in gl̄ia.

Secundum Matheum. xiij.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorū theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit: et pre gaudio illius vadit et vendit vniuerſa que habet: et emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum celorū homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna precioſa margarita: abijt et vendidit oīa que habuit et emit eam. Iterum ſimile eſt regnum celorum ſagene miſſe in mare: et ex omni genere piſcium cōgreganti. Quā cum impleta eſſet/educentes et ſecus littus ſedentes: elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerunt. Sic erit in cōſummatione ſeculi. Exibunt angeli: ꝛ ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus/ et ſtridor dentiū. Intellexiſtis hec oīa? Dicunt ei. Etiam. Ait illis Ideo oīs ſcriba doct⁹ in regno celorū/ſimilis eſt homini patrifamilias: q̄ ꝓfert de theſauro ſuo noua ꝛ vetera. Offr. Filie regū in honore tuo. aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato/circūdata varietate. Offr minor. Offerētur regi virgines poſt eā: proxime ei⁹ offerēt tibi. In tpe paſ. Alla. Offr maior. Offerent regi virgines poſt eā/proxime ei⁹ offerent tibi in leticia et exultatiōe: adducent in templū regi dño. Offr. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternū et in ſeculū ſeculi. Secreta.

Hoſtias dñe quas tibi offerim⁹ propici⁹ reſpice: et intercedēte beata N. virgīe tua et martyre/vincula peccatorꝫ noſtrorū abſolue. Per dñm. Cōio. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus ineternum. In tempore paſcali. Alla alla. Cōio. Principes perſecuti ſunt me gratis: et a verbis tuis formidauit coꝛ meũ. letaboꝛ ego ſuper eloquia tua: ſicut qui īuenit ſpolia multa. cõcupiuit aīa mea teſtimonia tua dñe: et dilexit ea vehemēter.

Cõio. Feci iudiciũ et iuſticiã/ dñe nõ calũniētur mihi ſuperbi: ad oīa mãdata tua dirigebar: omnē viã īquitatis odio habui. Cõio. Simile eſt regnũ celoꝛũ hoī negociatoꝛi querēti bonas margaritas: īuēta vna pꝛecioſa margarita dedit oīa ſua/ ⁊ cõparauit eam Cõio. Quiqꝫ pꝛudētes virgines acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadibꝰ: media aũt nocte clamoꝛ factꝰ eſt: ecce ſpõſus venit/ exite obuiã chꝛiſto dño.

PLaceant tibi q̄s Poſtcõio. miſericoꝛs deus nr̄e ſeruitutis obſequia: vt myſteria ſacroſancta q̄ ſumpſimꝰ: intercedēte btã N virgine tua et martyꝛe: ⁊ tuã gratiam nobis cõcilient: ⁊ eterne felicitatis gaudiũ ſubminiſtrent. Per.

¶ In natali vnꝰ vgi. nõ mr. offi.

DIlexiſti iuſticiã: et odiſti iniquitatem: pꝛopterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo leticie/ pꝛe conſoꝛtibus tuis. In tpe paſcali Allã allã allã. ps. Eructauit coꝛ meũ verbũ bonũ: dico ego opera mea regi. Gloꝛia patri. Oꝛatio.

OMnipotens ſempiterne deus: auctoꝛ virtutis et amatoꝛ virginitatis: da nobis queſumus ſancte N. virginis tue placitis tibi meritis cõmēdari: cuiꝰ vita merito caſtitatis tibi complacuit. Per dñm. Ad Coꝛinthios ij. x.

FRatres. Qui gloꝛiatur in dño gloꝛietur. Non eni qui ſeipſum cõmendat/ ille pꝛobatus eſt: ſed quem deus cõmendat. Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientie mee: ſed et ſuppoꝛtate me. Emuloꝛ enim vos: dei emulatione. Deſpondi enim vos vni viro virginē caſtã exhibere chꝛiſto.

Lectio libꝛi ſapientie. viij.

SApientia vincit maliciam. Attingit ergo a fine vſqꝫ ad finem foꝛtiter: et diſponit omnia ſuauiter. Hanc amaui/ et exquiſiui a iuuētute mea: et queſiui eam ſponſam michi aſſumere: et amatoꝛ factus ſum foꝛme illius. Generoſitatē illius gloꝛificat/ cõtuberniũ habens dei: ſed et oīm dominus dilexit illã. Doctrix eſt eni diſcipline dei: et electrix operũ illius.

Lectio Eſaie pꝛophete. lxi. ⁊. lxij.

GAudens gaudebo in domino et exultabit anima mea in deo meo. Qui īduit me veſtimento ſalutis: et indumento leticie circũdedit me. Quaſi ſponſum decoratum coꝛona: et quaſi ſpõſam oꝛnatam monilibꝰ ſuis. Sicut enim terra pꝛofert germen ſuũ/ et ſicut oꝛtus ſemē ſuũ germinat: ſic dñs deus germinabit iuſticiã: ⁊ laudē coꝛã vniuerſis gētibus. Habitabit eni iuuenis cũ vgine: ⁊ habitabūt in te filij tui. Et gaudebit ſpõſꝰ ſuper ſpõſã: ⁊ gaudebit ſup te deꝰ tuꝰ. Dicit dñs oīps. Gr. Dilexiſti iuſticiã et odiſti īiquitatē. ℣. Propterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ: oleo leticie. Alla. ℣. Diffuſa ē gratia in labijs tuis pꝛopterea bñdixit te deꝰ ieternũ. Alla. ℣. Emuloꝛ eni vos dei emulatiõe: deſpõdi vos vni viro virginem caſtam exhibere chꝛiſto. Sequentia.

VIrgis venerāde de numero ſapiētū feſta celebꝛemꝰ ſocij. Illic matris ſūmi regis ſacroſancte marie. Quā ſibi in ſoroꝛē dei adoptauit filius. Hec coꝛpus ſuū domuit freno ieiunij Et luxuriā ſecuit enſe agonie Hec cōtra cunctos hoſtis dimicauit impetus. Et hoſtē cruentū freta chꝛiſti dextera ſtrauerat. Hec ſponſum ab aula celi ſeſe inuiſentem alacris Coꝛde iocundo ſecuta eius eſt ingreſſa thalamum Cuiꝰ iam dulcibus plena delicijs. Chꝛiſto miſerias noſtras ſuggerito. Nobis conſolationem pꝛecando.

Secundum Matheum. xxv.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc Simile eſt regnū celoꝛū decē virginibus: q̄ accipiētes lāpades ſuas exierūt obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe Quiqꝫ aūt ex eis erāt fatue: ⁊ quiqꝫ pꝛudētes. Sed quiqꝫ fatue acceptis lāpadibus/ nō ſūpſerūt oleū ſecū. Pꝛudētes vero acceperūt oleū in vaſis ſuis cū lāpadibꝰ. Morā aūt faciente ſpōſo: doꝛmitauerūt oēs ⁊ doꝛmierunt. Media autē nocte clamoꝛ factus eſt: ecce ſpōſus venit/ exite obuiā ei. Tūc ſurrexerūt oēs virgīes ille: ⁊ oꝛnauerūt lāpades ſuas Fatue aūt/ ſapiētibus dixerūt. Date nobis de oleo veſtro: quia lāpades noſtre extinguūtur Reſponderūt pꝛudentes/ dicētes Ne foꝛte nō ſufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes/ et emite vobis. Dum aūt irent emere: venit ſpōſus. Et que parate erāt/ intrauerunt cū eo ad nuptias: ⁊ clauſa eſt ianua Nouiſſime vero/ veniūt et relique virgines: dicētes. Dñe dñe: aperi nobis. At ille reſpōdēs: ait. Amē dico vobis/ neſcio vos. Vigilate itaqꝫ: q̄a neſcitis diē neqꝫ hoꝛā. Offer.

Offerentur regi virgines poſt eā: pꝛoxime eius offerentur tibi. Secreta.

OFferimus tibi dñe pꝛeces et munera in honoꝛe ſancte N virginis tue gaudentes/ p̄ſta q̄s: vt ⁊ conueniēter hec agere/ et remedium ſempiternum valeamus acquirere. Per dñm. Cōio. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: pꝛopterea bñdixit te deus in eternum. Poſtcōio.

PRoſint nobis dñe q̄s ſumpta myſteria: pariterqꝫ nos intercedēte beata virgīe tua N. et a peccatis eruāt ⁊ pꝛeſidijs tue ꝓpiciationis attollāt. Per dominum.

In natali plurimarū virginū.

Vultū tuū depꝛecabūtur oēs diuites plebis: adducent᷑ regi virgines poſt eam/ prime eiꝰ adducent᷑ tibi in leticia et exultatiōe. ps. Eructauit coꝛ meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Orō.

DEus q̄ vt hūanū genꝰ ad cōfeſſionē tui nōis ꝓuocares: etiā in ſexu fragili victoꝛiā martyrij contuliſti: p̄ſta q̄s: vt eccl̄ia tua hoc exēplo cōmunita: nec pati pꝛo te metuat/ ⁊ celeſtis p̄mij gl̄iam cōcupiſcat. Per. Ad Coꝛinthios. j. vij

FRatres. De virginibꝰ aūt pꝛeceptū dñi nō habeo: cōſilium aūt do/ tanq̄ miſericoꝛdiā cōſecutus a dño/ vt ſim fidelis. Exiſtimo enī hoc bonū eſſe/ ꝓpter iſtātem neceſſitatē: q̄m bonum eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxoꝛi:

noli querere ſolutionem. Solut⁹ es ab vxoꝛe: noli querere vxorem. Si autē acceperis vxoꝛē/ nō peccaſti. Et ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationem tamē carnis habebunt huiuſmodi Ego autem vobis parco Hoc itaqꝫ dico fratres tempus bꝛeue eſt. Reliquū eſt: vt ⁊ qui habent vxoꝛes / tanꝗ̄ non habentes ſint. Et qui flent: tanꝗ̄ nō flentes. Et qui gaudēt/ tanꝗ̄ non gaudentes. Et qui emūt/ tanꝗ̄ nō poſſidētes. Et qui vtuntur hoc mūdo: tanꝗ̄ nō vtant̄. Preterit enim figura huius mūdi. Volo aūt vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſollicit⁹ eſt que dñi ſunt quomodo placeat deo. Qui autem cū vxoꝛe eſt: ſollicitus eſt que ſunt huius mundi/ quomodo placeat vxori/ et diuiſus eſt. Mulier innupta et virgo: cogitat que domini ſunt: vt ſit ſancta coꝛpoꝛe et ſpiritu. In chꝛiſto ieſu domino noſtro.

Lectio libꝛi ſapientie. iiij.

OQuam pulchꝛa eſt caſta generatio: cum claritate. Immoꝛtalis eſt enim memoꝛia illius: qm̄ et apud deum nota eſt/ ⁊ apud homines. Cum pꝛeſens eſt imitāt̄ illā: ⁊ deſiderant eā cū ſe eduxerit: ⁊ inperpetuū coꝛonata triūphat/ īcoinquinatoꝛū certaminū pꝛemiū vincēs. Multigena enim impioꝛū multitudo non erit vtilis: ⁊ ſpuria vitulamina non dabūt radices altas/ nec ſtabile firmamentū collocabūt. Et ſi in ramis in tp̄e germinauerint infirmiter poſita: a vento cōmouebūtur: ⁊ a nimietate vētoꝛum eradicabunt̄. Cōfringētur enim rami incōſūmati: et fruct⁹ il

loꝛū inutiles et acerbi ad mādu
dū/ et ad nihilū apti. Ex iniqs ſo
oēs filij qui naſcunt̄ teſtes ſūt ne
quitie/ aduerſ⁹ parētes in interrog
tione ſua. Iuſt⁹ aūt ſi moꝛte pꝛe
cupat⁹ fuerit: ī refrigerio erit. Gr.
Exultabūt ſancti in glīa: letabunt
in cubilibus ſuis. V. Cātate dño ca
ticū nouū: laus eius in eccl'ia ſanctoꝝ
Gr. Glorioſus de⁹ in ſctis: mirabil
in maieſtate faciēs pꝛodigia. V. De
tera tua dñe gloꝛificata eſt in virtut
dextera man⁹ tua cōfregit inimicu
Alla. V. Adducētur regi virgin
poſt eā: pꝛoxime eius offerentur tibi
leticia et exultatione. Euang. Sim
le eſt regnū celoꝛū decē virginib⁹.
vt ſ in officio pꝛecedēti. Offer. Of
rentur regi virgines poſt eam: pꝛo
me eius offerentur tibi. Secreta.

HAc nos queſum⁹ dñe beata
rū virginū et martyrū tua
rū N. et N. cōtinuis pſidijs adiu
uari/ pꝛo quarū venerāda comm
tione hec dona maieſtati tue dica
da offerim⁹ Per. Cōio. Quinqꝫ pru
dētes virgines/ acceperūt oleum in va
ſis ſuis cū lāpadib⁹: media aūt noct
clamoꝛ factus eſt: ecce ſponſus veni
exite obuiā chꝛiſto domino. Poſtcō

PReſta q̄s oīpotens de⁹/ vt q
in ſanctarū virginū et mar
tyꝛū tuarum N. et N. ſolennitat
percepimus diuina myſteria: ea
interceſſione / remedia capere me
reamur eterna. Per. ¶ De virg
nibus non martyꝛibus. Oꝛatio.

OMñs ſēpiterne deus/ q̄ nos
idoneos non eſſe ꝑpēdis ad
maieſtatē tuam ſicut dignum eſt
exoꝛandam: fac ſanctas virgines
tuas N. et N. pꝛo nobis interuenire

peccatis: quarũ meritis/ nobis indulgentiã largiaris. Per. Secre.

Intercedentibus ſanctis virginibus tuis N. et N. dñe q̃s plebis tue munꝰ ſanctifica: vt ab oĩbus noxijs expedita: ⁊ hic ⁊ ĩ eternũ cuncta ſibi profutura percipiat. Per dominum. Poſtcõio.

Queſumus dñe deus noſter vt ſacri myſterij munus indultum: intercedentibꝰ ſanctis virginibus tuis N. et N. et preſentis nobis vite ſubſidium: ⁊ eternitatis largiatur affectum. Per dñm.

¶ De nõ virginibus. Introitus.

Gaudeamus oẽs in dño diẽ feſtum celebrantes: ſub honore beate N. de cuius ſolennitate gaudẽt angeli/ et collaudãt filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera meã regi. Gloria patri et filio. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beate N. feſtiuitate gaudemꝰ: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per do.

Lcõ libri ſapiẽtie ꝓuerbioꝝ vltio.

Mulierẽ fortẽ quis inueniet? procul ⁊ de vltimis finibus preciũ eius. Confidit in ea cor viri ſui: et ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonũ ⁊ nõ malũ: oĩbus diebꝰ vite ſue. Queſiuit lanã ⁊ linum: ⁊ operata eſt conſilio manuũ ſuarũ. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris: de longe portãs panẽ ſuũ. De nocte ſurrexit: deditq; predam domeſticis ſuis: et cibaria ancillis ſuis. Cõſiderauit agrum/ ⁊ emit eũ: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos: ⁊ roborauit brachiũ ſuum. Guſtauit et vidit/ quia bona eſt negotiatio eius: nõ extinguet̃ in nocte lucerna eius. Manũ ſuã miſit ad fortia: ⁊ digiti eius apprehenderunt fuſum. Manũ ſuã aperuit inopi: et palmas ſuas extendit ad pauperẽ. Non timebit domui ſue a frigoribꝰ niuis: oẽs enĩ domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatã veſtẽ fecit ſibi: byſſus et purpura indumentum eiꝰ. Nobilis in portis vir eius: quãdo ſederit cum ſenatoribus terre. Syndonẽ fecit ⁊ vendidit: ⁊ cingulum tradidit chananeo. Fortitudo et decor indumentum eius: ⁊ ridebit in die nouiſſimo. Os ſuum aperuit ſapiẽtie: ⁊ lex clementie in lingua eius. Cõſiderauit ſemitas domus ſue: ⁊ panem ocioſa nõ comedit. Surrexerũt filie eiꝰ: et beatiſſimã predicauerũt: et vir eiꝰ laudauit eam. Multe filie cõgregauerunt diuitias: tu ſupgreſſa es vniuerſas. Fallax gratia: et vana eſt pulchritudo. Mulier timens dominum ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarũ: ⁊ laudent eam in portis/ opera eiꝰ. Gr. Propter veritatem et manſuetudinẽ et iuſticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurẽ tuam: quia cõcupiuit rex ſpeciem tuam. Alleluya. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Proſa.

Mulier laudabilis/ fortis/ caſta/ parens: mulieris ſterilis/ obprobrio carẽs. Hec fructum triceſimum/ dedit coniugata: ſed et ſexageſimum / viro viduata. Que in fortitudine / lumbos caſtigauit: nunq̃ carens lumine / manu roborauit. Cuius honorabilis nuptus / mundus luctus fuit / venerabilis etiam ſenectus. Ut ſacro eloquio patet erit minime digna ponderatio continentis anime. Dilexit ſilentiũ / dicens q̃ neſciuit: nec vnq̃ dominiũ: in virum queſiuit. Hec non eſt de viduis: luxu ſecli mortuis / bonũ operata. Obſecrationibus: ⁊ orationibus ſemper occupata. Recepit hoſpicio vagos quã ablutio / pedum commendauit. Et quos tribulatio: preſſit hos ſubſidio / ſancto recreauit. O. ſancta veneranda: cuius feſta recolenda / redierunt annua. Caſta prudẽs ⁊ fidelis: impetrare nobis velis / gaudia perpetua. Amen. Uacãte Alleluya. Tract⁹.

Diffuſa eſt gratia ĩ labiis tuis: propterea bñdixit te de⁹ ĩ eternũ. V. Accingere gladio tuo: circa femur tuũ potẽtiſſime. V. Specie tua ⁊ pulchritudie tua: itẽde proſpere procede et regna. ¶ Sc̄dm Matheũ. xiij

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc Simile eſt regnum celorũ theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo abſcõdit: ⁊ pre gaudio illius vadit et vendit vniuerſa que habet: et emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum celorũ / homini negociatori querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna precioſa margarita: abijt et vẽdidit omnia que habuit / ⁊ emit eam. Iterum ſimile eſt regnum celorum / ſagene miſſe in mare: et ex omni genere piſcium congregan Quã cum impleta eſſet / educẽte et ſecus littus ſedentes / elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerũt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli: ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtorum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus / et ſtridor dentium. Intellexiſtis hec oĩa? Dicũt ei etiam. Ait illis. Ideo omnis ſcriba doctus in regno celorum / ſimilis eſt homini patrifamilias: qui profert de theſauro ſuo / noua et vetera. Offr. Diffuſa eſt gratia ĩ labiis tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternum. Offr. Filie regum in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate. Secreta.

Accepta tibi domine ſit ſacre plebis oblatio pro tuis honore ſanctorũ quorũ ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxilium. Per. Cõio. Simile eſt regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuenta vna precioſa margarita: dedit oĩa ſua / et comparauit eam. Poſtcõ.

Saciaſti domine familiam tuam muneribus ſacris: eius queſumus interuentione nos refoue: cuius ſolemnia celebramus. Per dominum noſtrum.

¶ Sequuntur miſſe votiue ſiue communes. que dici poſſunt per ſeptimanam. Et primo die dominica / de ſanctiſſima Trinitate. Lune de Angelis. Martis / Salus populi. Mercurij / de ſctõ ſpiritu. Iouis de venerabili ſacramẽto. Veneris / de ſctã cruce. Sabba. de nr̃a dña.



BEnedicta ſit ſancta trinitas atq; indiuiſa vnitas: confitebimur ei/ quia fecit nobiſcum miſericoꝛdiam ſuã. In tpe paſ. Alla alla. Ps. Bñdicam⁹ patrẽ et filium cum ſancto ſpiritu. Oꝛatio.

OMnipotẽs ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloꝛiã agnoſcere/et in potentia maieſtatis adoꝛare vnitatem: queſumus: vt eiuſdẽ fidei firmitate/ab oĩbus ſemꝑ muniamur aduerſis. Qui viuis et regnas deus.

Ad Romanos. xi.

O Altitudo diuitiarũ/ſapiẽtie et ſcientie dei: q̃ incõpꝛehẽſibilia ſunt iudicia ei⁹: ꝛ inueſtigabiles vie eius. Quis enim cognouit ſenſũ dñi/aut q̃s cõſiliari⁹ ei⁹ fuit: Aut q̃s pꝛioꝛ dedit illi/ ꝛ retribuet ei: Qm̃ ex ipo/et per ipſũ/et in ipſo ſunt oĩa: ipſi gl̃ia in ſecula ſeculoꝝ. Amen. Ad Coꝛinthios. ij. xiij.

FRatres Gratia dñi nr̃i ieſu xp̄i/ꝛ caritas dei/ꝛ cõicatio ſcti ſpũs/ſit ſemꝑ cũ oĩbus vobis. In xp̄o ieſu: dño nr̃o. Gr. Bñdict⁹ es dñe qui ĩtueris abyſſos et ſedes ſuper cherubi. ℣. Bñdicite deũ celi: quia fecit nobiſcũ miſericoꝛdiã ſuam. Alleluya. ℣. Benedict⁹ es dñe de⁹ patrũ noſtroꝛũ: et laudabilis in ſecula. Alla. ℣. Laudate pueri dñm: laudate nomẽ dñi. ſit nomẽ dñi bñdictũ: ex hoc nunc et vſq; in ſeculũ. Seq̃n.

BEnedicta ſit beata trinitas deitas eterna/pariť coequalis gloꝛia. Deus genitoꝛ/nat⁹ genit⁹: cũ ſacro pneumate/ꝑmanẽs ſuꝑ oẽ qđ extat. Quib⁹ eſt ſemper vna volũtas: ꝛ a ſe diſcrepãs haud vnq̃/triplicata perſona. Nã conſtat deitas vna nõ in tres deos diuiſa: qđ fides fateť a chꝛiſto/oꝛthodoxe edita. Hec namq; pellit delicta/patriã reddit ſerenã quã dulcẽ iubilãt agmina/ſimphoniã celica. Altithꝛoni veſtigia imitanť ſtolis cãdidata. O peruũturq; binas quas captãt poſt ſecli diſcrimina. Et nos quos illuſtrat gratia dei ſupera dem⁹ noſtra debita. Quaten⁹ caterua celica nobis maneat poſt funera ſocia. Ultimoq; peracto diſcrimie poſſim⁹ altis perfrui mox palatijs. Quo perſpicua lux flagrat accẽſa cõſtanti flãma que deus eſt viſio noſtra et ſalus eterna. Angeloꝛũq; illuſtrat foꝛtiter pectoꝛa. Ut in chꝛiſto ſolo ſua defigant lumina. Hec nãq; eſt illa ſitis flagrans quã tunc ſitient aĩe ſanctoꝛum vel coꝛpoꝛa. Dum fuerint data perpetua eis pꝛo nobis a iudice pꝛemia. Amen.

¶ Secundum Johannem. xv.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cum venerit paraclytus/quem ego mittã vobis a patre ſpiritum veritatis qui a p̄re procedit: ille teſtimonium perhibebit de me. Et vos teſtimoniũ phibebitis: quia ab initio mecũ eſtis. Hec locutus ſum vobis: vt non ſcãdalizemini. Abſqꝫ ſynagogis facient vos Sed venit hoꝛa: vt oĩs qui interficit vos: arbitretur obſequiũ ſe pꝛeſtare deo. Et hec facient vobis: quia non nouerunt patrẽ neqꝫ me. Sed hec locutus ſum vobis: vt cũ venerit hoꝛa eoꝛũ/reminiſcamini: quia ego dixi vobis. Offr.

Bñdictꝰ ſit deꝰ pater vnigenitꝰqꝫ dei filius: ſanctꝰ quoqꝫ ſpiritꝰ: quia fecit nobiſcum miam ſuam. In tempoꝛe paſchali Alleluya. Secreta.

SAnctifica q̃s dñe deus trinitas ſancta per tui ſancti nominis inuocationem huius oblationis hoſtiã: et cooperante ſpiritu ſancto per eam noſmetipſos tibi perfice munus eternũ. Qui vi. In [illegible]. Pꝛefatio. Qui cum vnigenito. Cõio. Bñdicimꝰ deũ celi: et coꝛã oĩbꝰ viuẽtibꝰ cõfitebimur ei quia fecit dñs nobiſcum miam ſuam. In tp̄e paſchali Alla alla. Poſtcõio.

PRoficiat nobis ad ſalutem coꝛpoꝛis et anime dñe deus huius ſacramenti ſuſceptio: et ſempiterne ſancte trinitatis: eiuſdẽqꝫ indiuidue vnitatis confeſſio. In qua viuis et regnas deus. Per.

¶ Miſſa de angelis. Officium.

BEnedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbum eiꝰ ad audiendam vocem ſermonum eius. In tempoꝛe paſchali Alleluya. Ps. Benedic aĩa mea dño: et oĩa que intra me ſũt/nomĩ ſcõ eiꝰ. Oꝛatio.

PErpetuũ nobis dñe tue miſerationis pꝛeſta ſubſidiũ: quibusqꝫ ãgelica pꝛitiſti ſuffragia nõ deeſſe. Per do. Lectio libꝛi apocalipſis btĩ Johãnis apoſtoli. xix.

IN diebus illis. Dixit michi angelus. Scribe: beati qui ad cenã nuptiarũ agni vocati ſũt. Et dixit michi. Hec verba dei vera ſunt. Et cecidi ad pedes eiꝰ / vt adoꝛarẽ eũ. Et dixit michi. Uide ne feceris: cõſeruꝰ enĩ tuꝰ ſum/ et fratrũ tuoꝛ: habẽtiũ teſtimoniũ ieſu. Deum adoꝛa. Gr. Bñdicite dñm oĩs ãgeli eius: potẽtes virtute qui facitis verbũ eiꝰ. V. Bñdic aĩa mea dño: et oĩa iteriora mea nomẽ ſanctũ eiꝰ. Alleluya V. In cõſpectu ãgeloꝛũ pſallã tibi dñe deꝰ meꝰ. ¶ Secũ iohãnẽ. v.

IN illo tp̄e. Erat dies feſtꝰ iudeoꝛũ: et aſcẽdit ieſus hieroſolymã. Eſt aũt hieroſolymis pꝛobatica piſcina/ que cognominatur hebꝛaice bethſaida: quinqꝫ poꝛticꝰ habẽs. In his iacebat multitudo magna lãguẽtiũ/ cecoꝛũ/ claudoꝛ/ aridoꝛ: expectãtiũ aque motũ. Angelꝰ aũt dñi ſecũdũ tẽpus deſcẽdebat in piſcinã: et mouebat aqua. Et qui pꝛioꝛ deſcendiſſet in piſcinã poſt motionẽ aque: ſanus fiebat: a quacumqꝫ detinebatur infirmitate. Offr. Stetit ãgelꝰ iuxta arã tẽpli habẽs thuribulũ aureũ ĩ manu ſua : et data ſũt ei incẽſa multa: et aſcendit fumꝰ aromatũ in conſpectu dei alleluya. Secreta

HOſtias tibi dñe laudis offerimꝰ ſuppliciter deꝑcãtes : vt eaſdẽ ãgelico ꝓ nobis ĩterueniẽte ſuffragio/et placatꝰ accipias : et ad ſalutẽ noſtrã ꝓuenire cõcedas. Per d. Cõio. Bñdicite oẽs ãgeli dñi dño: hymnũ dicite et ſuperexaltate eũ in ſcła. In tꝑe paſcali All'a. Poſtcõ

REpleti dñe bñdictiõe celeſti ſuppliciter exoꝛamus: vt qđ fragili celebꝛamꝰ officio: ſctoꝝ angeloꝝ atqꝫ archãgeloꝝ/oĩmqꝫ celeſtiũ ſpirituũ : nobis ꝓdeſſe ſentiamꝰ auxilio. Per d. ¶ Sciẽdũ eſt ꝙ per totũ aduẽtũ: ⁊ a Dñe ne in ira vſqꝫ ad caput ieiunij: ⁊ ab oc. paſ. vſqꝫ ad aſcẽ. dñi. ⁊ a fe. ſctẽ trini. vſqꝫ ad aduẽ. dñi : ſigulis ebđ. ſemel ſolet dici. miſ. Salꝰ po. ꝓ fratribꝰ et ſoꝛoꝛibus: ita videlicet ꝙ ſi vacauerit a fe. ſctoꝝ et extra oc. cũ regie choꝛi. ⁊ ſi miſſa do. in ebđ. cãtãda fuerit cõpleta cõme. quoqꝫ btẽ marie ⁊ feſti loci ⁊ ꝓpꝛie epl'e ⁊ euã. ꝓpꝛia ꝓpter illã miſſã nõ fuerit ꝑter miſſa: tũc illa ſi qua dies vacaue. eſt cãtãda. Si vero ꝓpꝛie epl'e ⁊ ꝓpꝛia euã. q̃ quartis fe. ĩtitulãt/ frequẽter nequeãt ibi dici: ĩ ꝓximis ſequẽtibꝰ fe. ſi vacauerit ꝑlegãt: nec ꝓpter miſ. Salꝰ po. vel Nos aũt alicubi ꝑ totũ ãnũ aliqualit omittãtur. In miſſis etiã Salꝰ po. vel Nos autem ſup Kyꝛie. Sctũs: et Agnꝰ: ſemꝑ dꝫ cãtꝰ ferialr. ¶ Et notãdũ eſt ꝙ per totũ tẽpꝰ ꝑdictũ/ qñ miſſa dñical' ĩ dñica vel in. ij. feria cãtata fuerit. ⁊. iij. fe. vacaue. ſemper dꝫ miſ. Salꝰ po. ĩ ipſa. iij. fe. et ſi nõ vacaue. tũc ĩ aliqua fe. ipſius ebđ. q̃ ad hoc vacaue. cantet. ¶ Et ſciẽdũ ẽ ꝙ miſ. Salꝰ po. eſt ĩ diſpoſitiõe cãtoꝛis: qñ cõueniẽtiꝰ ⁊ quota fe. poteſt dici. Quãdo vo dꝫ miſſa. Salus po. tũc nulla dꝫ mẽoꝛia de do. neqꝫ de aliqua alia miſſa iij. lec. niſi ĩ aduẽ. Dicat etiã miſ. Salus po. ĩ vnaquaqꝫ ebđ. ſemel: niſi in xl. ⁊ niſi fe. ĩpediat vel oc. cũ regie choꝛi: ⁊ niſi ĩtra tps nat. dñi: et niſi ĩ eb. paſ. ⁊ pen. Ad miſſã Offi.

SAlus popl'i ego ſũ dicit dñs: de quacũqꝫ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos: et ero illoꝝ dñs ĩ ꝑpetuũ. In tꝑe paſca. All'a all'a. Ps. Attendite ppl'e meꝰ legẽ meã: inclinate aurẽ veſtrã/in verba oꝛis mei. Nõ dicit Gl'ia in excel. in hac miſſa. Oꝛatio

DEus qui caritatis dona/ ꝑ grãm ſancti ſpũs/ tuoꝝ coꝛdibus fideliũ ĩfundis. da famulis et famulabꝰ tuis/ fratribꝰ et ſoꝛoribus nr̃is/ pꝛo quibꝰ tuã depꝛecamur clemẽtiã/ ſalutẽ mentis et coꝛpoꝛis: vt te tota virtute diligãt/ et que tibi placita ſunt: tota dilectiõe perficiant. Per dñm. In vni. eiuſ.

Lectio Eſaie pꝛophete. xix.

HEt dicit dñs deꝰ. In die illa/ deferet munꝰ dño exercituũ et rex foꝛtis/ dñabit eoꝝ. In die illa erit altare dñi in medio terre : et cognoſcet dñs: ⁊ colẽt eũ in hoſtijs et muneribꝰ : ⁊ vota vouebũt dño et ſoluent. Et reuertẽtur ad dñm/ et placabitur eis: et ſanabit eos. In die illa/ erit iſrael benedictio in medio terre: cui bñdixit dñs exercituū dicēs. Bñdict⁹ popul⁹ me⁹/ et op⁹ manuū meaꝝ hereditas mea israel. Dicit dñs: ops. Gr. Propicius esto dñe peccatis nostris: nequādo dicāt gētes/ vbi est de⁹ eoꝝ. ℣. Adiuua nos de⁹ salutaris noster et propter honorē nois tui dñe libera nos. Alla ℣. Ostēde nobis dñe miam tuā: et salutare tuū da nobis. In tpe pascali scdm Alla erit de missa dominica per ebdo. sicut i festis sine regimie chori. Tñ in processione vbi fit statio/ scdm Alla non dicet. Idē modus obseruetur in missa pro pace/ et cōsimilib⁹. ¶ Scdm Marcū xij

IN illo tpe. Sedens iesus cōtra gazophilacium: aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilaciū. Et multi diuites iactabant multa. Cū venisset autem vna vidua paupercula: misit duo minuta/ quod est quadrans. Et cōuocans discipulos suos: ait illis. Amen dico vobis: quia vidua hec paupcula/ plus oib⁹ misit/ q̄ miserūt in gazophilaciū. Oēs eni ex eo qđ abūdabat illis/ miserūt. Hec vero de penuria sua: oia q̄ habuit misit totū victū suū. Offr. Exaudi deus orationē meā / et ne despexeris deprecationē meā: intēde in me/ et exaudi me. In tpe pas. Alla. Sequētes duo ℣. dñr alternis vicib⁹ ītra aduen. dñi: ꝛ a. lxx. vsqꝫ ad. l. tm̄. ℣⁹. Cōturbat⁹ sū a voce inimici: ꝛ a tribulatiōe peccatoris: et expectabā eū qui me saluū faceret. ℣⁹. Ego aūt ad deū clamaui libera aiam meā: et extēdes manū tuā i tretribuēdo illis. Secre.

MIserere q̄s dñe famulis et famulab⁹ tuis ꝓ quib⁹ hoc sacrificiū laudis tue offerim⁹ maiestati: ꝛ pstā: vt per hec scā supne bñdictiōis grām obtineāt: ꝛ gloriam eterne felicitatis acquirant. Per dñm. Cōio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. In tempore paschali Alla alleluya. Postcōio.

DIuina libātes mysteria q̄s dñe: vt hec salutaria sacramēta/ illis proficiāt ad psperitatē pacē: pro quoꝝ quarūqꝫ dilectiōe/ hec tue obtulimus maiestati. Per.

¶ In cōmemoratione sancti spirit⁹



Spirit⁹ dñi repleuit orbē terrarū alla: et hoc quod continet oia scientiam habet vocis alla alla alla. Ps. Exurgat de⁹ et dissipent inimici eius: et fugiant qui oderūt eum a facie eius. Oratio.

DEus qui corda fidelium sancti ſpiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: et de eius ſemper conſolatiõe gaudere. Per dñm. In vni. eiuſd.

Lectio actuũ apoſtoloꝝ. viij.

IN diebus illis. Cum audiſſent apoſtoli qui erant hieroſolymis / q̄a recepiſſet ſamaria verbũ dei: miſerũt ad eos petrũ et iohānē. Qui cũ veniſſēt: oꝛauerũt pꝛo ipſis / vt acciperēt ſpiritũ ſanctũ. Nōdũ eni in quēq̄ illoꝝ venerat: ſed baptizati tantũ erāt in nomine dñi ieſu. Tũc imponebāt manus ſup illos: et accipiebāt ſpiritũ ſanctũ. Gr. Beata gēs cuiꝰ eſt dñs deꝰ eoꝛũ populꝰ quē elegit dñs in hereditatē ſibi. Vꝰ. Verbo dñi celi firmati ſunt: et ſpiritu oꝛis eius oīs virtꝰ eoꝛũ. Alla. V. Veni ſācte ſpiritꝰ reple tuoꝛũ coꝛda fideliũ: ⁊ tui amoꝛis i eis ignē accende. In tp̄e paſchali pꝛimum Alla. V. Emitte ſpiritũ tuũ et creabunt: ⁊ renouabis faciē terre. Scd̄m Alla. V. Veni ſancte ſpiritus reple tuoꝛum coꝛda fidelium: et tui amoꝛis in eis ignem accende. Sequentia.

VEni ſancte ſpiritus et emitte celitus lucis tue radium. Veni pater pauperũ veni datoꝛ munerũ veni lumen coꝛdiũ. Cõſolatoꝛ optime dulcis hoſpes anime dulce refrigerium. In laboꝛe requies in eſtu tēperies in fletu ſolatiũ. O lux beatiſſima reple coꝛdis intima tuoꝛum fideliũ. Sine tuo numine nihil eſt in lumine nihil eſt inoxiũ. Laua quod eſt ſoꝛdidũ riga quod eſt aridũ ſana qđ eſt ſaucium. Flecte quod eſt rigidũ / foue qđ eſt frigidũ: rege quod eſt deuiũ. Da tuis fidelibus in te confidentibus ſacrũ ſeptenariũ. Da virtutis meritũ da ſalutis exitum da perenne gaudiũ. Amē.

¶ Secundum Iohannem. xiiij.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si quis diligit me / ſermonē meũ ſeruabit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniemus / et manſionem apud eũ faciemus. Qui non diligit me / ſermones meos non ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis / non eſt meus: ſed eiꝰ qui miſit me patris. Hec locutꝰ ſũ vobis apud vos manēs. Paraclytus autē ſpiritꝰ ſanctꝰ quē mittet pater in nomīe meo: ille vos docebit oīa / et ſuggeret vobis oīa quecũq̄ dixero vobis. Pacem reliquo vobis: pacem meā do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Nō turbet̄ coꝛ veſtrũ neq̄ foꝛmidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiq̄: quia vado ad patrē / quia pater maioꝛ me eſt. Et nũc dixi vobis pꝛiuſq̄ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Iā non multa loquar vobiſcũ. Venit eni pꝛīceps mũdi huiꝰ / et in me nō habet q̄cq̄. Sed vt cognoſcat mũdus q̄a diligo patrē: et ſicut mādatũ dedit mihi pater: ſic facio. Offr. Cõfirma hoc deꝰ quod operatꝰ es in nobis: a tēplo tuo quod eſt i hieruſalē tibi offerēt reges munera alla. Secre.

MUnera q̄ſumus dñe oblata ſanctifica: ⁊ coꝛda noſtra ſancti ſpiritꝰ illuſtratione emũda. Per dñm. In vnitate eiuſ. Pꝛefatio. Qui aſcē. Nō dicit̄ in hac pꝛefatiōe hodierna die: niſi in ebđ. pēthe. tm̄. Cõio. Factꝰ eſt repēte de celo ſonus / aduenientis ſpiritus vehementis vbi erant ſedentes alleluya: et repleti ſunt omnes ſpū ſcō loquētes magnalia dei alla alla. Poſtcōio.

Sancti ſpirit⁹ dñe corda nr̃a mundet infuſio: et ſui roris intima aſperſione fecūdet. Per d. In vnitate eiuſdē. ¶ In cōmeōratione corporis chriſti. Officium



Cibauit eos ex adipe frumēti alla: et de petra melle ſaturauit eos alleluya alla alla. Ps. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Oratio.

Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tue memoriā reliquiſti: tribue q̄ſumus: ita nos corporis et ſāguinis tui ſacra myſteria venerari: vt redemptiōis tue fructū / in nobis iugiter ſentiamus. Qui vi. et reg. cū deo. Ad Corinthios. j.c

Fratres. Ego enim accepi a dño / quod ⁊ tradidi vobis: qm̄ dñs ieſus in qua nocte tradebatur / accepit panē: et grās agēs / fregit / et dixit. Accipite et manducate / hoc eſt corpus meū: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter et calicem poſtq̄ cenauit dicēs. Hic calix nouū teſtamētū eſt in meo ſāguine: hoc facite quotienſcūqꝫ bibetis / in meā cōmemorationē. Quotienſcūqꝫ eni māducabitis panē hūc ⁊ calicem bibetis: mortē dñi annūciabitis / donec veniat. Itaqꝫ quicūqꝫ māducauerit hūc panem / vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis et ſanguinis dñi. Probet autem ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat / ⁊ de calice bibat. Qui eni māducat et bibit indigne: iudiciū ſibi māducat ⁊ bibit: nō diiudicās corp⁹ dñi. Gr. Oculi oīm ī te ſperāt dñe: et tu das illis eſcā in tēpore oportuno. ℣. Aperis manū tuā: ⁊ imples oēe aial bñdictiōe. Alla. ℣. Caro mea vere eſt cib⁹: et ſāguis meus vere eſt pot⁹: qui māducat meam carnem / et bibit meū ſanguinem: in me manet et ego in eo. Sequentia qui voluerit querere in feſto corporis chriſti.

¶ Secundum Johannem. vj.

In illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeoꝝ. Caro meā vere eſt cibus: et ſāguis meus vere eſt potus. Qui manducat meā carnē / et bibit meum ſanguinem: in me manet / ⁊ ego in illo. Sicut miſit me viuēs pater: et ego viuo ꝓpter patrē. Et qui māducat me: et ipſe viuet ꝓpter me. Hic eſt panis/ q̃ de celo deſcẽdit. Nõ ſicut manducauerũt patres vr̃i manna in deſerto: et mortui ſũt. Qui mãducat hũc panẽ: viuet in eternum. Offer. Sacerdotes dñi incẽſũ ⁊ panes offerũt deo: et ideo ſc̃ti erũt deo ſuo/ et nõ polluẽt nomẽ eius allã. Secreta.

ECcleſie tue q̃s dñe vnitatis et pacis ꝓpicius dona concede: q̃ ſub oblatis muneribꝰ myſtice deſignãt. Per. Prefa. Quia per incarna. Cõio. Quotienſcũq; mãducabitis panẽ hũc et calicẽ bibetis: mortẽ dñi ãnũciabitis donec veniat. itaq; quicũq; mãducauerit panẽ vel biberit calicẽ dñi idigne: reus erit corporis et ſanguinis dñi alleluya. Poſtcõio.

FAc nos q̃s domine diuinitatis tue ſempiterna fruitione repleri: quã ꝑcioſi corporis ⁊ ſanguinis tui/ temporalis pceptio ꝓfigurat. Qui viuis et reg. cum deo pr̃e. ¶ Sciẽdũ eſt ꝙ miſſa de cruce dr̃ oĩ. vj. feria a Deus oĩm. vſq; ad aduentũ dñi: niſi feſtũ. ix. lc. impediat: vel oc. cũ regimĩe chori: vel dies oc. vel quod ex neceſſitate oporteat agere miſſam dñicalẽ: vel aliq̃d tale feſtũ. iij. lc. q̃d aliq̃d ꝓpriũ habet ſeruitiũ. Si vero in vj. fe. aliq̃d fe. triũ lc. eue. vñ nullũ ꝓpriũ habeat ſeruitium/ tũc eſt in diſpoſitione cantoris dicere miſſã de cruce vel nõ. Cũ vo. vj. fe. oĩno a feſto vacauerit/ ⁊ non oportet ex neceſſitate dicere miſſã dñicalẽ: ſẽ ꝑ iſta ꝑdictũ tp̃s dr̃ miſſa de cruce/ ꝗuis oẽs hore dicantur de feria: ⁊ nulla fiat mẽoria de miſſa dñicali. Tñ ſi oporteat dicere miſſã Salꝰ populi: oĩno ꝓtermittat̃ miſſa de cruce. ¶ Ad miſſã de cruce Officiũ



NOs autẽ gloriari oportet ĩ cruce dñi nr̃i ieſu chriſti: in quo eſt ſalꝰ vita et reſurrectio nr̃a: per quẽ ſaluati et liberati ſumus. In tp̃e paſchali Allya. alleluya. Ps Deꝰ miſereatur noſtri et bñdicat nobis: illuminet vultũ ſuũ ſuper nos: et miſereatur noſtri. Non dicitur Gloria in excelſis. Oratio.

DEus q̃ vnigẽiti filij tui dñi nr̃i ieſu chriſti ꝑcioſo ſãguine viuifice crucis vexillũ ſctificare voluiſti: concede q̃s eos/ qui eiuſdẽ ſc̃tẽ crucis gaudẽt honore: tua quoq; vbiq; ꝓtectiõe gaudere. Per eũdem. Ad Philippenſes. ij.

FRatres. Chriſtus factꝰ eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem/ mortem autẽ crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum: et donauit illi nomẽ/ quod eſt ſup omne nomē: vt ĩ noĩe ieſu oē genu flectat̄: celeſtiū/terreſtriū/⁊ ĩfernorū. Et oĩs lingua cōfiteat̄: q̄a dñs nr̄ ieſus chriſtꝰ: in gl̄ia eſt dei p̄ris

Gr. Chriſtꝰ factꝰ eſt pro nobis obediens vſqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis. ℣. Propter quod et deꝰ exaltauit illū: et dedit illi nomē quod eſt ſuper oīe nomē. Alľa. ℣. Dulce lignū dulces claues/dulcia ferēs pondera: que ſola fuiſti digna/ ſuſtinere regē celorum et dñm. In tempore paſchali ſecūdū Alleluya. ℣. Nos aūt gl̄iari oportet in cruce domini noſtri ieſu chriſti.

¶ Secundum Matheum. xx.

IN illo tp̄e. Aſcendens ieſus hieroſolymā: aſſūpſit duodeci diſcipulos ſuos ſecreto: et ait illis. Ecce aſcendimꝰ hieroſolymā et filius hoĩs tradet̄ p̄ncipibꝰ ſacerdotū ⁊ ſcribis/⁊ cōdēnabūt eū morte. Et tradēt eū gētibꝰ ad illudēdū et flagellādū/⁊ crucifigēdū. Et tertia die reſurget. Offr. Protege dñe plebē tuā per ſignū ſācte crucis ab oībus inſidiis inimicorū oīm: vt tibi gratā exhibeamꝰ ſeruitutē: et acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrū. In tēpore paſchali alleluya. Secreta.

HEc oblatio q̄s dñe ab oībus nos purget offēſis: q̄ in ara crucis imolata: etiā totiꝰ mūdi tulit offēſas. Per. P̄fa. Qui ſalu. Cōio. Per lignū ſerui fc̄ti ſumꝰ: ⁊ per ſanctā crucē liberati ſumꝰ. fructꝰ arboris ſeduxit nos: filius dei redemit nos alľa. ⁊ finiat̄ cū Alľa quādocūqꝫ dr̄ niſi īfra. lxx. vſqꝫ ad paſca. Poſtcō.

ADeſto nobis dñe deus nr̄: et quos ſctē crucis letari facis honore: eius quoqꝫ ꝑpetuis defēde ſubſidijs. Per. ¶ Sctūs bonifacius [redacted] egrotauit vſqꝫ ad mortē. qui inſtanter petijt a deo vitā in hoc ſeculo ſibi prolongari. Ad quē miſit dñs ſctm̄ raphaelē archāgelum/cū officio miſſe de quinqꝫ vulneribꝰ xp̄i/dicēs ad [redacted]. Surge et ſcribe iſtd̄ officiū/et dicas ipſum quinqꝫ vicibꝰ: et cōtinuo recipies ſanitatē. Et quicūqꝫ ſacerdos hoc officiū deuote pro ſe vel pro alio egrotāte celebrauerit q̄nq̄es: hic ſanitatem et grām recipiet: et in futuro vitam eternā poſſidebit: ſi in bono ꝑſeuerret. Et in quacūqꝫ tribulatione hō extiterit in hoc ſclo: ſi ꝓcurauerit a ſacerdote hoc officiū q̄nq̄es pro ſe legi: ſine dubio liberabitur. Et ſi pro aīa defūcti legatur: ſtatī poſtq̄ cōplete dictū fuerit: ſcꝫ quinquies/a penis aīa ſoluet̄. Sanctꝰ igitur bonifacꝰ [redacted] hec audiens ſtatī erexit ſe in loco quo iacuit infirmatꝰ/et ipſū cōiurauit ꝑ oīpotētē deū: vt abſqꝫ ſuo periculo recederet: et quis eſſet/et ad quid veniſſet ſibi continuo idicaret. Qui ſtatī dixit ſe eſſe archāgelū raphaelem a deo ſibi miſſū: et ſuperiꝰ ꝓnūciata ꝓmittebat ſine dubio fore rata Sanctus tūc bonifacꝰ [redacted] /officium cōfirmauit [redacted]. auctoritate: tribuēs oībus vere confeſſis et contritis [redacted] onis oīm peccatorū ſuoꝝ/qui illud deuote legerint quina vice. Et ſimiliter illꝭ predictū officiū legi ꝓcurantibus/ [redacted] ium in domino [redacted]

¶ Incipit Officiū miſſe de quinqꝫ vulneribus dñi noſtri ieſu chriſti



Humiliauit ſemetipſum dominꝰ noſter ieſus chriſtus vſqꝫ ad mortem mortem aũt crucis: propter qđ et deꝰ exaltauit illũ: et donauit illi nomẽ qđ eſt ſuper omne nomen. Pſ. Miſericordias dñi: in eternũ cantabo. Et dr̃ Gloria in excelſis: niſi per aduentum et a. lxx. vſqꝫ ad paſcha. Oro.

Domine ieſu chriſte / fili dei viui: qui de celo ad terram de ſinu patris deſcendiſti: et in ligno crucis quinqꝫ plagas ſuſtinuiſti: ⁊ ſanguinem tuũ precioſum in remiſſionem peccatorũ noſtrorum effudiſti: te humiliter deprecamur vt in die iudicij ad dexteram tuã ſtatuti / a te audire mereamur illã vocem dulciſſimam venite benedicti / in regnum patris mei. Qui cũ eodem patre in vni. ſ. ſ. ⁊c. Per. ¶ Addat etiam vna Collecta vbi placuerit: ſecũdum numerũ ⁊ tẽporis exigẽtiam / pro viuo vel ꝑ defũcto pro quo iſte miſſe celebrantur.

Lectio zacharie prophete. xij.

Hec dicit dñs deꝰ. Effũdã de ſpũ meo ſup domũ dauid: et ſup habitatores hieruſalẽ ſpiritũ gratie et miſerationis: et aſpicient in eũ quẽ cõfixerũt. ⁊ plãgẽt eũ plãctu quaſi ſup vnigenitũ: ⁊ dolebũt ſup eũ vt doleri ſolet in morte primogeniti. In die illa / erit plãctus magnꝰ i hieruſalẽ: ⁊ dicẽt ei. Que ſũt iſte plage / i medio manuũ tuarũ: Et dixit eis. His plagatꝰ ſũ / in domo eorũ qui me diligebãt. Framea ſuſcitare ſup paſtorẽ meũ: et ſup virũ coherentẽ mihi / dicit dñs exercituũ. Percutiã paſtorem: ⁊ diſpergent oues gregis. Dicit dñs exercituũ. Gr. Improperiũ expectauit cor meũ et miſeriã: et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaret et nõ fuit. cõſolantẽ me queſiui: et nõ inueni. ℣. Et dederũt in eſcã meã fel: et i ſiti mea potauerũt me aceto. Alla. ℣. Aue rex noſter ieſu chriſte: tu ſolꝰ noſtros errores ⁊ reatus miſeratꝰ pertuliſti: patri obediẽs ductꝰ es ad crucẽ: vt agnꝰ mãſuetꝰ ad occiſionẽ: tibi glĩa / oſãna. tibi ſumme laudis et honeſtatis chorea. Tractꝰ.

Iudica me deus et diſcerne cauſam meã: de gente non ſctã / ab hoie iniquo et doloſo erue me. ℣. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repuliſti / et quare triſtis incedo dum affligit me inimicus. ℣. Teſtes eñi iniqui inſurrexerũt aduerſum me: et mẽtita eſt iniquitas ſibi. ℣. Supra dorſum meum fabricauerũt peccatores / prolongauerũt iniquitatem ſuam. ℣. Ipſi vero cõſiderauerũt et inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimēta mea: et ſuper veſtem meam miſerunt ſoꝛtem ℣. Foderunt manus meas et pedes meos: ⁊ dinumerauerunt omnia oſſa mea: et doloꝛem ſuper doloꝛē vulneribus meis addiderunt. Sequentia.

CEnam cū diſcipulis chꝛiſte celebꝛaſti: et moꝛtem apoſtolis palā nūciaſti: ⁊ auctoꝛē ſceleris iudā demōſtraſti/ et egreſſus pꝛotinus oꝛtulū intraſti. Tūc pꝛocidēs dn̄s humo ſe ꝓſtrauit/ ⁊ trāſferri calicē a ſe poſtulauit: ſed patris arbitrio illud cōmēdauit/ et ecce mox ſāguis ſudoꝛ emanauit. Iudas poſt hoc oſculū oꝛi dedit chꝛiſti/ ad q̄d inquit dn̄s amice veniſti/ nūq̄d trades oſculo quē iam vēdidiſti: aſſiſtentes pꝛotinus irruūt miniſtri. Nox inſōtis itaqꝫ illa ducebatur nulla pꝛoꝛſus requies ieſu pꝛeſtabat̄ magiſtroꝝ impia plebs iniuriatur: alapis ⁊ colaphis īnocēs mactatur. Dum ieſum eripere pylatus conatur/ iudeoꝛū furia magis inflammatur: ⁊ tumultus populi ingens excitatur: ⁊ plebis vox intonat vt crucifigatur. Tradit̄ militibus viculis artatur: vndiqꝫ verberibus coꝛpus cruētatur caput regis gloꝛie ſpinis coꝛonatur: poſtqꝫ flexis genibus quiſquis irritatur. Ecce caro tenera pij ſaluatoꝛis: ad columnā nequiter coartatur loris ſic flagellis ceditur impij toꝛtoris ꝙ emanant riuuli vndiqꝫ cruoris. Poſt per vꝛbis medium ieſus pꝛocedebat/ et crucis patibulū humeris ferebat: ad foꝛes ad hoſtia popul⁹ fluebat/ eiuſqꝫ confuſio oibus patebat. Ad pudoꝛis tumulum ieſu denudaris: et ventis ac frigoꝛi nudus ſpoliaris/ innocens cum impijs in cruce damnaris: ⁊ quaſi dux ſceleris medio locaris. Tēſis ligno bꝛachijs manus cōclauantur/ cruci caro cruribus clauis tractabantur: nerui bene ſimili modo laniant̄: pedes plante ſimul ferro cōclauant̄. Loquens ieſus poſtea ſitio dicebat et acetū ſimul felle cōmiſcebat: ac infuſum ſpongie oꝛi poꝛrigebat: quod deguſtās paululū ſumere nolebat. O ieſu mirifice quid eſt q̄d agebas: tu le ſiti cōquerens de cruce ſilebas: nūq̄d hanc doloꝛib⁹ magis ſitiebas aut ſalutē potius noſtrā ſitiebas. Vocē pꝛomēs vltimā patrē inuocaſti: ſpiritūqꝫ manibus eius cōmēdaſti: cum clamoꝛe valido tādē expiraſti: ſic ſalutem omnium opus cōſummaſti. Nunc ego ſuperbu tu humiliaris: ego culpas perpetro tu pena grauaris. ego pomum moꝛdeo tu felle potaris: ego pen mollia tu dire tractaris. Demū cuius valeat mens vel lingua fari: virgo intus creditur quātū cruciari: dum cernit iam moꝛtuū lat⁹ vulnerari: atqꝫ nati viſcera lāceā mari. Coꝛpus quidē moꝛtuū iam nil ſentiebat militis ſed lancea pectus infigebat: quā fixam in filij latere videbat/ vnde aqua ſāguis mixta effluebat. Fundunt riuos ſanguinis fontes ſaluatoꝛis pꝛoperans huc anima currat peccatoris: et hauriat quiſpiam ſacrati liquoꝛis: quo frequenter liniat vulnera doloꝛis. Ad hunc ergo pꝛopera fontē ſaluatoꝛis vt fluentis impleas viſcera dulcoꝛis: atqꝫ vite lauacrū pꝛecium cruoꝛis hinc tui curatio pꝛofluat languoꝛis.

¶ Secundum Johannem. xix.

In illo tpe. Preſciens ieſus quia iam oia cōſūmata erāt de ipſo: vt cōſummaret᷑ ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo erat poſitū aceto plenum. Illi aūt ſpongiam plenam aceto ꝫ iſopo circūponētes obtulerūt oꝛi eius. Et cum accepiſſet ieſus acetū dixit. Cōſūmatū eſt Et inclinato capite tradidit ſpiritum Iudei ergo quoniam paraſceue erat: vt non remanerēt in cruce coꝛpa ſabbato: (erat enī magnus dies ille ſabbati:) rogauerūt pylatum vt frangerent᷑ eoꝝ crura/ ꝫ tollerentur Venerunt ergo milites/ ꝫ pꝛimi quidē fregerunt crura: et alterius qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſum autē cū veniſſent vt viderūt eū iam moꝛtuū: nō fregerūt eius crura. Sed vnus militū lancea latus eius aperuit: et cōtinuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui vidit teſtimonium perhibuit: et verum eſt teſtimonium eius. Offꝛ. Inſurrexerūt in me teſtes iniqui: abſqꝫ mīa queſierunt me interficere: et non pepercerunt in faciem meam ſpuere: et lanceis ſuis vulnerauerunt me: et concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Secreta.

Domine ieſu chꝛiſte qui pꝛo mundi redēptione crucis lignū aſcēdiſti/ vt vniuerſus mūdꝰ qui in tenebꝛis erat illuminaretur illā q̄s lucem in animas noſtras ꝫ coꝛpoꝛa infunde: per quā ad eternam lucē ꝑuenire mereamur Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuis. Prefatio Qui ſalutē. Cō.o. Foderunt manꝰ meas et pedes meos: et dinumerauerūt oia oſſa mea. Poſtcō.

Domine ieſu chꝛiſte/ qui hora diei ſexta pꝛo redēptiōe mundi crucis patibulū aſcendiſti: et ſanguinē tuum pꝛecioſum in remiſſionē peccatoꝛū noſtroꝛū fudiſti: te humiliter depꝛecamur: vt per tue paſſionis ꝫ vulnerū tuoꝛū merita: poſt obitum noſtrū paradiſi ianuā gaudēter mereamur introre. Qui cū deo pr̄e ꝫ ſpū ſctō viuis.

¶ In feſto coꝛone dñi. Officium.

Gaudeamus oēs in dño/ diem feſtū celebꝛantes: ſub honoꝛe coꝛone dñi: de cuius ſolemnitate gaudent angeli/ et collaudant filium dei. Ps. Gaudēt angeli et exultāt archāgeli: letātur et cōgratulātur omnes ſancti. Oratio.

Preſta q̄s ōps deꝰ: vt qui in memoꝛiā paſſionis dñi noſtri ieſu chꝛiſti/ coꝛonam eiꝰ ſpineā veneramur in terris: ab ipſo gloria et honoꝛe/ coꝛonari mereamur in celis. Qui tecum viuit ꝫ regnat. Lectio libꝛi ſapientie. Cāticoꝝ. iij.

Lectulum ſalomonis ſexaginta foꝛtes ambiūt ex foꝛtiſſimis iſrael: omnes tenētes gladios: et ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuum: pꝛopter timoꝛes nocturnos. Ferculum fecit ſibi rex ſalomon de lignis libani. Columnas eius fecit argenteas/ reclinatoꝛium aureū: aſcenſum purpureū/ media caritate cōſtrauit/ ꝓpter filias hieruſalē. Egredimini filie ſyon: et videte regem ſalomonē in diademate/ quo coꝛonauit eum mater ſua/ in die deſponſationis illius/ et in die leticie cordis eius. Quã pulchra es amica mea: ꝙ pulchra es. Oculi tui colũbarũ: abſqꝫ eo qđ intriſecꝰ latet. Veni de libano ſponſa mea veni de libano: veni coronaberis. Alla. ℣. Tuã coronã adoramꝰ dñe tuũ glioſũ recolimꝰ triũphũ. Alla. ℣ Diadema ſpineũ veneremur hodie cuiꝰ per aculeũ ſertũ datꝛ glie. Seqn.

SI vis vere gloriari: et a deo coronari honore et gloria. Hanc coronam venerari ſtudeas atqꝫ ſectari / portãtes veſtigia Hãc celorum rex portauit: honorauit et ſacrauit / ſacro ſuo capite In hac galea pugnauit cum antiquum hoſtem ſtrauit triumphans in ſtipite. Hec pugnantis galea triumphantis laurea tyara pontificis. Primum fuit ſpinea poſtmodũ fit aurea tactu ſãcti verticis. Spinarũ aculeos: virtus fecit aureos chriſti paſſiõis. Que peccatis ſpineos mortis eterne reos adimpleuit bonis. De malis colligitur et de ſpinis plectitur ſpinea ꝑuerſis. Sed in aurũ vertitur quãdo culpa tolliꝛ eiſdẽ conuerſis. Iocũda myſteria ſũt hec ſed materia preſentis leticie. Nobis eſt hyſtoria qua patenter frãcia coronatur hodie Huius coronatio corone ſuſceptio cuius feſtum agimus. Debito cum gaudio et anniuerſario honore recolimus. Theſauro tam nobili tam deſiderabili diues es effecta. Terra carens ſimili carens cõparabili deo predilecta. Tria priuilegia regna tibi alia ſubdũt in honore. Fides ⁊ militia vnctio qꝫ regia quarũ flores flore. Tibi o vrbs inclyta omni laude predita mater ſtudiorum. Et ſit corona tradita: ⁊ in te repoſita vrbs pariſioꝝ In dei preconiũ totum confer ſtudium: totũ cor appone. Que chriſti palladiũ et ſacre ſacrariũ: facta es corone. Ieſu pie ieſu bone noſtro nobis in agone largire victoriã. Mores noſtros ſic cõpone vt ꝑpetue corone mereamur gloriã. Amẽ. ¶ Secundũ Iohãnem.

IN illo tꝑe. Apprehendit pylatus ieſum: et flagellauit. Et milites plectentes coronã de ſpinis / impoſuerunt capiti eius: et veſte purpurea circundederunt eũ: et veniebãt ad eum / et dicebant. Aue rex iudeorũ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pylatus foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras / vt cognoſcatis: quia in eo nullam inuenio cauſam. Exiuit ergo ieſus: portãs ſpineã coronã / et purpureũ veſtimentũ. Credo. Offer. Glia ⁊ honore coronaſti eũ: ⁊ cõſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ dñe.

Tuorũ militũ rex Secreta. oṗs virtutẽ corrobora: vt quos in huius mortalitatis ſtadio vnigeniti filij tui corona letificat: cõſũmato curſu certaminis / immortalitatis brauium apprehẽdant. Per eundem. Prefatio de cruce. Cõio. Poſuiſti dñe in capite eius coronam de lapite precioſo. Poſtcõio.

SUpplices te rogamus oĩpotens deus: vt hec ſacramenta que ſumpſimꝰ per ſacroſancte filij tui corone: cuiꝰ ſolẽnia recenſemus / virtutẽ nobis proficiant ad medelã. Per eundem dominum.

SAbbato celebratur de beata virgine: et quare in. vij.

feria de beata virgine initiū quidem habuit: Quoniam in quadā eccleſia ciuitatis. Cōſtātinopolitane/ erat imago beate virginis coram qua dependebat velum/ quod totam velabat imaginem: ſed hoc velum in. vj. feria poſt veſperas recedebat ab imagine/ nullo mouēte: ſolo dei miraculo: quaſi deferretur in celum/ vt ad plenum poſſet imago conſpici. Celebꝛatis veſperis in ſabbato/ deſcendebat ipſum velum ante eādem imaginē: et ibi manebat vſq̧ in feriam ſextā ſequētem. Hoc viſo miraculo: ſancitum eſt/ vt ſemper illa feria celebꝛetur de beata virgine. Alia etiā ratio eſt: quia dño crucifixo et moꝛtuo: diſcipulis fugientibus et de reſurrectione deſperantibꝰ: in illa ſola tota fides remāſit. Sciebat enī quomodo poꝛtauerat eum ſine laboꝛe ⁊ pepererat ſine doloꝛe: ⁊ ideo certa erat ꝙ filius dei eſſet: ⁊ a moꝛtuis tertia die reſurgere deberet. ⁊ hec eſt ratio quare dies ſabba. magis q̄ alia dies/ beate marie appꝛopꝛiatur. Tertia ratio eſt: quia dies ſabbati: eſt ianua et introitus ad dominicā diem: dies autem dominica/ eſt dies requiei: et ſignificat vitam eternam. Unde cum in gratia ſumus domine noſtre: ſumus quaſi in ianua paradiſi. Igitur quia ipſa eſt nobis poꝛta ad regnū celoꝛum: quod per diem dominicā figuratur: ideo de illa ſolemnizamus in. vij. feria que diem dominicam pꝛecedit. Quarta ratio eſt: vt ſolemnitas matris ſolemnitati filij continuetur. Quinta ratio eſt: vt feſtiuius agatur in die quā deꝰ ab omni opere requieuit.

ORdinatio miſſe quotidiane beate virginis que dicitur **Salue.** Pulſato ad miſſam beate marie: conueniant clerici ad eandem per ebdomadā deputati/ qui dictis pꝛius hoꝛis beate virginis in capella eiuſdem videlicet pꝛima tertia. vj. et. ix. miſſam ſolemniter exequāt. Hoc addito ꝙ in inceptione cuiuſlibet hoꝛe dicāt ſalutatio angelica: ſcilicet **Aue maria.** genuflectendo ſub ſilentio. ¶ Ad miſſā quotidianam beate marie ſacerdoti aſſiſtant diaconus et ſubdiaconus/ miniſtrātes ei in dalmaticis ⁊ tunicis omni duplici feſto per annnum et per octauas natiuitatis domini: paſche/ et pentecoſtes/ in ſabbatis: et in dominicis et in omnibus feſtis que habent inuitatorium triplex. Et in oībus his: **Alleluya** a duobus de ſuperioꝛibus in ſuperpellicijs cantatur: alias a clericis inferioꝛibus in habitu ſemꝑ eodem. Celebꝛatur etiam miſſa beate virginis ſolemniter omni die per annum in capella eiuſdem: niſi duobꝰ diebus pꝛoximis ante paſcha.

¶ Ad miſſam beate virginis quotidie dicēdam in capella et in choro infra aduentum quando fit plenum ſeruicium de ea: niſi in feſto conceptionis eiuſdem Officium.

ROrate celi deſuper et nubes pluant iuſtum: aperiat̄ terra ⁊ germinet ſaluatorē. Ps. Et iuſticia oriat̄ ſimul ego dñs creaui eū. Deide repetat̄ Offiñ Rorate. Gloria patri. Tertio repetat̄ Offiñ. Et ſic fiat ibidem per totū annū: etiā infra paſſionē. Ad miſſam quotidianā de ſācta maria i capella eiuſdem omni die per annū niſi duobus dieb⁹ añ paſcha dicitur vnum Kyrie ex iſtis ſequētibus: videlicet oībus ſimplicib⁹ feſtis/ ſiue fiat in choro de tpalibus: ſiue de fe. ſctōꝝ dicit̄ vnū iſtoꝝ abſqꝫ v̄. ſcꝫ Kyrie rex ſplendens. vel Kyrie fons bonitatis. In oībus vero dñicis vꝫ abſqꝫ v̄. vnū eorundē: vel iſtud ſcꝫ Kyrie rex genitor. ¶ Feria ſecūda Kyrie de O rex clemens. ¶ Feria iij. Kyrie conditor. ¶ Feria. iiij. Cunctipotens. ¶ Feria. v. Orbis fac. ¶ Feria vj. Lux et ori. ¶ Sabbato. Kyrie oīpotens. Oratio.

DEus qui de btē marie ſemper virginis vtero verbum tuum angelo nūciante carnē ſuſcipere voluiſti: pſta ſupplicib⁹ tuis/ vt qui vere eam dei genitricē credimus/ eius apud te īterceſſionibus adiuuemur. Per eūdē. ¶ Sequētes mēorie fiant per totū annū ad miſſā eiuſdē in capella: ſcda oratio de trinitate: oratio Omnipotens ſempiterne deus: tertia orō pro epiſcopis viuis: orō. Oīpotens ſempiterne deus: qui facis mirabilia: quarta oratio pro benefactoribus defunctis: oratio. Oīps ſempiterne deus: vnica ſalus mor. quinta orō generalis ſcꝫ Omīps ſēpiterne deus qui viuorum. Require predictas orationes cū ſecretis et poſtcōioꝝ in offiñ Salue ſancta pa. fo. xxviij. Et ſciēdum eſt q̄ ſcda orō ad miſſā quotidianā de ſctā maria: erit ſemper de ſctō in cui⁹ honore dedicatū eſt altare vel eccl'ia vbi qs celebrat.

Lectio Eſaie prophete. vij.

IN diebus illis. Locutus eſt dñs ad achas dicens Pete tibi ſignū a dño deo tuo in pfūdum inferni: ſiue in excelſum ſupra. Et dixit achas Non petā/ ⁊ non tētabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus dauid. Nunquid parū vobis eſt moleſtos eſſe hoibus: q̄ moleſti eſtis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignū. Ecce virgo concipiet et pariet filiū: et vocabit̄ nomē ei⁹ emanuel. Butyrū et mel comedet: vt ſciat reprobare malum et eligere bonum

¶ In capella beate virginis per totum annũ grad⁹ cũ ſuo v̈. cãtet' a toto choro Gr. Tollite portas prĩcipes veſtras: et eleuamini porte eternales et ĩtroibit rex glie. v̈. Quis aſcẽdet in mõtẽ dñi: aut quis ſtabit in loco ſãcto eius. innocẽs manib⁹: et mũdo corde. Nunq̃ enim repetat' Gr. poſt ſuũ v̈. in miſſis quotidianis de ſctã maria: neq; de trinitate: neq; de ceteris cõmẽorationib⁹: niſi in pleno ſeruitio tm̃. Alla. v̈⁹. Aue maria gratia plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus. Idẽ Alla per totũ aduẽtũ dicit' in choro/in cõmẽorationẽ beate marie: et ſimiliter in capella. Sequẽtia Mittit ad v̈ginẽ. vel queuis alia ad placitũ. Et hoc per totũ annũ obſeruet'/ad miſſã quotidia. de ſãcta maria. ¶ Et ſciendũ eſt q̃ quotidie per annũ dicitur Sequẽtia in capella btẽ virginis: et ſimiliter in choro qñ dicitur miſſa ſolenniter de eadẽ. ¶ Qñ fit plenũ ſeruitiũ de ſãcta maria per aduentũ dicit' vna ex iſtis Sequẽtijs per ordinẽ: ⁊ ſimiliter dicũtur ad miſſã quotidianã. Sequentia.

Miſſ⁹ eſt gabriel de celis verbi baiul⁹ fidelis: ſacris diſſerit loquelis cum beata virgine. Uerbum bonum ⁊ ſuaue pandit intus in conclaue: ⁊ ex eua formãs aue eue verſo nomine. Conſequẽter iuxta pactũ adeſt verbum caro factũ: ſemper tamen eſt intactũ puellare gremiũ. Patrem pariẽs ignorat et quã homo nõ deflorat: non torquetur nec laborat/quãdo parit filiũ. Signum audis nouitatis: crede ſolum ⁊ eſt ſatis nõ eſt tue facultatis ſoluere corrigiam. Grãde ſignũ ⁊ ĩſigne eſt in rubo et in igne: ne appropiet ĩdigne calciatus quiſpiã. Uirga ſicca ſine rore nouo ritu nouo more fructũ protulit cum flore ſic ⁊ virgo peperit. Bñdictus talis fruct⁹ fructus gaudij non luct⁹ non erat adã ſeduct⁹ ſi de hoc guſtauerit. Ieſus noſter ieſus bon⁹: pie matris piũ onus: cuius eſt in celo thron⁹ naſcitur in ſtabulo. Qui ſic eſt pro nobis natus nr̃os deleat reat⁹ q̃a nr̃ incolat⁹ hic eſt in periculo. Seq̃n.

Mittit ad virginẽ non quẽuis angelum ſed fortitudinem ſuam archãgelũ/amator hominis. Fortẽ expediat pro nobis nunciũ nature faciat vt p̃iudiciũ in partu v̈ginis. Naturã ſuperat nat⁹ rex glorie regnet ⁊ ĩperet ⁊ zyma ſcorie tollat de medio. Superbientiũ terit faſtigia colla ſublimiũ calcãs vi propria potens in prelio. Foras eijciat mũdanũ principẽ ſponſamq; faciat ſecum participẽ patris imperij. Exi qui mitteris hec dona diſſere reuela veteris velamen littere/virtute nũcij. Accede nuncia dic aue comin⁹ dic plena gratia dic tecum dñs ⁊ dic ne timeas. Uirgo ſuſcipias dei depoſitũ in quo perficias caſta propoſitum et votum teneas. Audit et ſuſcipit puella nunciũ credit et concipit et parit filium ſed admirabilem. Conſiliarium humani generis ⁊ deum fortium et patrem poſteris in pace ſtabilem. Sequentia.

Uerbum bonũ et ſuaue pſonem⁹ illud aue per qđ chriſti fit conclaue virgo mater filia. Per qđ aue ſalutata mox concepit fecundata virgo dauid ſtirpe nata inter ſpinas lilia. Aue veri ſalomonis mater vellus gedeonis cuius magi tribus donis laudant puerperium. Aue ſolem genuiſti aue prolem protuliſti mundo lapſo contuliſti numen et imperium. Aue mater verbi ſummi / maris portꝰ ſignum dumi: aromatũ virga fumi / angeloꝝ domina. Supplicamus nos emenda emẽdatos nos commenda: tuo nato ad habẽda / ſempiterna gaudia.

❡ Secundum Lucam i.

IN illo tp̃e. Miſſus eſt angelus gabriel a deo / in ciuitatem galilee cui nomẽ nazareth / ad virginem deſpõſatam viro cui nomen erat ioſeph / de domo dauid: et nomẽ virginis maria. Et ingreſſus angelꝰ ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus. Que cum audiſſet turbata eſt in ſermone eius: et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enim gratiã apud deum. Ecce concipies in vtero ⁊ paries filium: ⁊ vocabis nomen eius ieſum. Hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus ſedẽ dauid patris eiꝰ: et regnabit in domo iacob in eternum. Et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud / qm̃ virũ non cognoſco? Et reſpondẽs angelus dixit ei. Spiritusſanctus ſuperueniet in te: et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq; et quod naſcet̃ ex te ſanctum: vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit filiũ in ſenectute ſua. Et hic mẽſis eſt ſextus illi que vocatur ſterilis: quia non erit impoſſibile apud deum omne verbũ. Dixit autẽ maria. Ecce ancilla dñi: fiat michi ſecundum verbum tuum.

❡ Et legatur euangeliũ ad miſſã beate marie in eiuſdẽ capella omni die per annũ / cũ eadẽ nota qua et euãge. ad miſſã de die legẽdũ eſt.

❡ Nota q̃ ad miſſam quotidianã beate marie: ſemper dicitur Credo quando dicendum eſt ad miſſam de die. Offer. Aue maria gratia plena dñs tecũ bñdicta tu in mulieribꝰ et bñdictꝰ fructꝰ ventris tui. ſiue v. vel quoduis aliud ad placitũ per totũ annũ ad miſſam quotidie de eadẽ Idem de cõione obſeruet. Secreta

IN mentibus noſtris q̃s domine / vere fidei ſacramenta confirma: vt qui conceptum de virgine deũ verum et hominẽ firmiter cõfitemur: per eiuſdẽ ſalutifere incarnationis potentiã / ad eternã mereamur peruenire leticiã. Per eundem. Prefatio Et in veneratione. Et dicitur hec prefatio quotidie in capella et etiam in commemorationibus eiuſdem per totũ annũ: niſi a natiuitate domini vſq; ad purificationem. Cõio Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabit nomen eius emanuel. Poſtcõio.

GRatiã tuam q̃ſumꝰ domine mentibus noſtris infunde: vt qui angelo nunciãte chriſti filii tui incarnationem cognouimus: per paſſionẽ eius et crucem / ad reſurrectionis gloriã perducamur. Per eundem. ❡ Hec predicta poſt cõio: ſcilicet Gratiam tuam: dicit in tempoꝛe paſcali vſqꝫ ad vigiliā aſcenſionis domini excluſiue / quādo poſt aliquā miſſā fit memoꝛia de beata maria / cū officio **Salue ſancta parens.** ¶ Notādū eſt ꝙ in oībus feſtis btē marie per totū annū: et quotidie infra octa. et in oc. eiuſdē dicit̄ eadē miſſa in capella que dicenda eſt in choꝛo: ita tamen ꝙ epiſtola non mutetur per octa.

¶ Ad miſſam de ſctā maria in die nati. dñi et quotidie ab hinc vſqꝫ ad purificationē in capella ⁊ in choꝛo qñ fit plenū ſeruitiū de ea. Officiū.

Vultū tuūz deprecabūt̄ oēs diuites plebis adducēt̄ regi ꝟgines poſt eā prime eiꝰ adducent̄ tibi in leticia ⁊ exultatiōe. Ps. Eructauit coꝛ meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. Quādo aūt dr̄ Gloꝛia in excel. cū v. **Spiritꝰ ⁊ alme** habet dici qibꝰ ſabbatis i capella cū hoc cātu



Gloꝛia in excelſis deo.

In choꝛo autē quater in anno: videlicet in vltima cōmemoꝛatione beate virginis ante aduētum dñi et ante lxx. et tunc dicitur **Spiritꝰ et alme.** a toto choꝛo cū v. ſequenti dicet̄ etiā in choꝛo in octa. aſſumptionis et nati. beate marie a tribꝰ clericis de ſuperioꝛi gradu in ſuppellicijs ad gradum choꝛi ¶ Et ſciendum eſt ꝙ quandocunqꝫ dicitur in choꝛo vel extra v. **Spiritꝰ ⁊ alme** dicit̄ ſuper **Alla** cantus de **Kyrie oīpotens** ⁊ iſte ſequēs cātus ſuper **Sanctus** cum hac additione **Benedictus marie filius.** Et dicit̄ iſte cātus ſuper **Agnus dei.** Oꝛatio.

Deus qui ſalutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi pꝛemia pꝛeſtitiſti: tribue queſumꝰ: vt ipſam pꝛo nobis intercedere ſentiamus: per quā meruimus auctoꝛē vite ſuſcipere dñm nr̄m ieſum chꝛiſtum filium tuū. Qui tecū viuit et regnat.

Lectio epl'e bti Pauli Ad tytū. iij.

Cariſſime. Apparuit benignitas et humanitas ſaluatoꝛis noſtri dei. Non ex operibꝰ iuſticie que fecimus nos: ſed ſecūdū ſuā miſericoꝛdiā ſaluos nos fecit. Per lauacrum regenerationis et renouationis ſpiritus ſancti: quē effudit in nos abunde: per ieſum chꝛiſtum ſaluatoꝛē noſtrū. Vt iuſtificati gratia ipſius: heredes ſimus ſecundum ſpem vite eterne. In chꝛiſto ieſu: domino nr̄o. Gr.

Specioſus foꝛma pꝛe filiis hominū: diffuſa eſt gratia i labiis tuis. v. Eructauit coꝛ meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. lingua mea calamus ſcribe. velociter ſcribētis. Alla. v. Poſt partū virgo inuiolata permāſiſti dei genitrix intercede pꝛo nobis. Hoc Alla dr̄ in cōmēmoꝛatiōe btē marie in choꝛo in tp'e natiuitatis dñi: et etiam quotidie in capella. Item in die purificationis dicitur Kyrie v. Adoꝛabo in choꝛo et in capella: vt ſupꝛa in eodem die purificationis. Quādocūqꝫ enī fit plenū ſeruitiū

de ſancta maria : dicit̃ vna ex iſtis
ſequentiis per oꝛdinē. Sequentia
POſt partum virgo maria.
Dei genitrix fecunda gra
tia tonantis plena. Aue terrarū
dn̄a alma celoꝛum regina. Tibi
ethera oīſqꝫ ſanctoꝝ turma depꝛo-
mat ſymphonia. Tellus flumia
atqꝫ ſiluaꝝ nemoꝛa reſultant voce
ſua. Salue parens inclyta felix
puerpera. Per te lux ⁊ veritas mū
do eſt edita. Tu ieſum papilla la
ctaſti ſacra extās virgo feta mater
intacta. Unde noſtris eya faue
votis dn̄a chꝛiſtū interpellans pꝛo
ſalute humana. Per te mater abo
leri filioꝛum flagitamus crimina.
Noſqꝫ omnes introduci ſempiter
na paradiſi gaudia. Quo perhē-
nis vite perfruamur gloꝛia. Amē.
AUe maria Alia Sequētia
gr̄a plena dn̄s tecū virgo
ſerena. Bn̄dicta tu in mulierib⁹
Que peperiſti pacē hoīb⁹ ⁊ ange
lis gloꝛiā. Et bn̄dictus fruct⁹ ven
tris tui. Qui coheredes vt eſſem⁹
ſui nos fecit per gr̄am. Per hoc au
tem aue mūdo tam ſuaue contra
carnis iura. Genuiſti pꝛolē nouū
ſtella ſolē noua genitura. Tu par
ui ⁊ magni leonis ⁊ agni ſaluato-
ris chꝛiſti tēplū extitiſti ſed virgo
intacta. Tu floꝛis et roꝛis panis
⁊ paſtoꝛis virginum regina roſa ſi
ne ſpina genitrix es facta. Tu ci-
uitas regis iuſticie. Tu mater es
miſericoꝛdie. Theophilum refoꝛ-
mans gr̄e. De lacu fecis ⁊ miſerie
Ergo maris ſtella verbi dei cella
et ſolis auroꝛa. Paradiſi poꝛta p
quam lux eſt oꝛta natum tuū oꝛa.
Nos vt ſoluat a pctīs et in regno
claritatis quo lux lucet ſedula col-
locet per ſcl̄a. Amē. Alia Seq̄ntia
LEtabundus exultet fidelis
choꝛus all'a. Regē regū in
tacte pꝛofudit thoꝛus res mirāda
Angelus cōſilij nat⁹ eſt de virgie
ſol de ſtella. Sol occaſum neſciēs
ſtella ſemꝑ rutilans ſemper clara.
Sicut ſydus radiū ꝓfert virgo fi
lium pari foꝛma. Neqꝫ ſydus ra-
dio neqꝫ mater filio / fit coꝛrupta.
Cedꝛus alta libani cōfoꝛmat yſo
po valle nr̄a. Uerbum ens altiſſi
mi coꝛpoꝛali paſſū eſt carne ſūpta
Iſaias cecinit ſynagoga memi-
nit: nunq̄ tamen deſinit eſſe ceca.
Si non ſuis vatib⁹ credat vel gē
tilibus ſibillinis verſibus hec pꝛedi
cta. Infelix pꝛopera crede vel vete
ra cur damnaberis gens miſera.
Quē docet littera natū cōſidera.
Ipſū genuit puerpera alleluya.
Alia Seq̄ntia de btā v̄gie Maria
SAlue ſancta parēs/ roſa ſpi
na carens: ſeda nobis bella
aue maris ſtella. Dona nobis pa
cem / mater tu veracem: tribue iu-
uamen/ mutans eue nomē. Mala
noſtra pelle/ trahens ſine felle: cri-
mina ignoſce / bona cuncta poſce.
Per te detur mater/ filius nobis ⁊
pater: vt qui ex te natus / tulit eſſe
tuus. Superbiā vita/ ſalus inſti-
tuta: ſuſcipe tu faſtos/ mites fac et
caſtos. Subleua tu clemens / ſal-
ue virgo parens: tecū ſubleuemur
ſemꝑ colletemur. Ago tibi patri
ſumas grates ratas: almo nato
ſonus/ trinus honoꝛ vnus. Lau-
detur dei filius/ patris marie vni-
cus: colant adoꝛent viſcera/ quem
terra ponthus ethera. Surga-

mus oēs inuicē: flectamꝰ irā vidicem: ſubdantur illi ſingula/ cui luna ſol et oia. Beata mater humilis/ excelſa ſuper ſydera: fac nos purgatos crimīe/ beata mater munere. Preſta virgo piiſſima/ luſtrata almo flamine: munitos redde filio/ beata celi nuncio. Per te ſumamus gaudia/ ⁊ ſupernorum cantica: pſallentes chriſti noīe/ gloria tibi dn̄e. O glīoſa dn̄a/ hirſutos hoſtes callidos: ſternis colliſa tartara/ confuſa ſemper viſcera. Quod eua triſtis abſtulit/ tu ſola mater tribuis: per te reſumit populus/ priores vires ꝑditas. Tu regis alti ianua/ per quā intramꝰ curiā: iocūditatis gaudia/ ad ſanctorū ciuiū. Glīa tibi dn̄e/ q̇ natꝰ es de virgīe: cū patre ſctō ſpiritu/ in ſempiterna ſecula. Amen. Alia

HAc clara die turma feſtiua/ dat preconia. Mariā concrepando ſymphonia nectarea. Mūdi dn̄a que eſt ſola caſtiſſima virginum regina Salutis cauſa vite porta atqꝫ celi referta gratia. Nam ad illā ſunt nūcia oli facta angelica. Aue maria gratia dei plena per ſecula. Mulierum pia agmina intra ſemper benedicta. Virgo et grauida mater intacta prole glorioſa. Qui contra maria hec reddit famina In me quomodo tua iam fient nuncia. Viri noui nullam certe copulam Ex quo atqꝫ nata ſum incorrupta. Diua miſſus ita reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati per exordia. Intra tui vteri clauſtra portās qui gubernat ethera. Oia qui dat tpa pacifica. Alia ſequētia

AUe mūdi ſpes maria: aue mitis aue pia/ aue plena gratia. Aue virgo ſingularis q̄ per rubū deſignaris nō paſſū incēdia. Aue roſa ſpecioſa aue ieſſe virgula. Cuius fructus nr̄i lucꝰ relaxauit vincula. Aue carēs ſimili: mundo diu flebili/ reparaſti gaudiū. Aue cuius viſcera cōtra mortis federa ediderūt filiū Aue virginū lucerna: per quā fulſit lux ſuperna his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua naſci et de cuius lacte paſci rex celorum voluit. Aue gēma celi luminariū. Aue ſancti ſpūs ſacrariū. O q̄ mirabilis et q̄ laudabilis hec eſt virginitas In qua per ſpiritū facta paraclytū fulſit fecūditas. O q̄ ſancta q̄ ſerena q̄ benigna q̄ amena eſſe virgo creditꝛ. Per quā ſeruitꝰ finitꝛ porta celi aperitur: ⁊ libertas redditꝛ. O caſtitatis liliū/ tuū precare filiū qui ſalꝰ es humiliū. Ne nos pro noſtro vicio in flebili iudicio/ ſubijciat ſupplicio. Sed nos tua ſancta prece mūdans a pctī fece. Collocet in lucis domo amen dicat omnis homo. Alia Seq̄ntia

HOdierne lux diei celebris in matris dei/ agitꝛ memoria. Decantemꝰ in hac die ſemꝑ virginis marie/ laudes et preconia. Oīs homo oī hora ipſam ora et implora eius patrocinia. Pſalle pſalle niſu toto cordis oris voce voto aue plena gratia. Aue domina celorum inexperta viri thorum parēs paris neſcia. Fecūdata ſine viro genuiſti modo miro genitorē filia. Florens ortus auſtro ſtante poꝛta clauſa poſt ⁊ ante via viris inuia. Fuſa celi roꝛe tellus fuſum gedeōis vellus deitatis pluuia. Salue ſplendoꝛ firmamenti tu caliginoſe mēti deſuper irradia. Placa mare maris ſtella ne inuoluat nos pꝛocella et tēpeſtas obuia. Amen. ¶ Iſte ſeptē ſequentie dicunt quādo fit plenū ſeruiciū de ſctā maria extra aduentū ꝑ totū annū etiā in ſeptuageſima vſqꝫ ad caput ieiunij. Nūꝙ eni dꝫ Tractꝰ ad miſſā de cōmemoꝛatiōe btē marie i eccłia Sarū: ſed ſēꝑ ſeqńtia: etiā per totā quadꝛageſimā ad miſſā quotidia. de ea. Et tūc ꝙ plures dicūt in dñicis. Aue pꝛeclara.

¶ Euangeliū Scdm Lucam. ij.

IN illo tempoꝛe. Paſtoꝛes loquebantur adinuicē. Trāſeamus vſqꝫ bethleē: et videamꝰ hoc verbum quod factum eſt: quod fecit dominus et oſtendit nobis. Et venerūt feſtinātes: et inuenerunt mariā et ioſeph / et infantē poſitū in pꝛeſepio. Uidentes aūt cognouerunt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierāt mirati ſunt: ⁊ de his que dicta erāt a paſtoꝛibus ad ipſos. Maria aūt conſeruabat oīa verba hec: cōferēs in coꝛde ſuo. Et reuerſi ſūt paſtoꝛes gloꝛificātes ⁊ laudātes deū: in oībus que audierant et viderāt ſicut dictū eſt ad illos. Offr. Offerētur regi virgines poſt eam: pꝛoxime eius offerentur tibi. Secreta.

OBlatis domīe muneribꝰ ſuppliciter depꝛecamur: vt qui veram verbi tui incarnationem fideliter veneramur: veram eiuſdē ſubſtantiam carnis ac ſanguinis quā per ſpiritū ſanctū virgo mater edidit / i hoc pꝛeſenti myſterio ſalubꝛiter percipiamus. Per eūd. Pꝛefatio Quia ꝑ īcarnati. Cōio. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: pꝛopterea bñdixit te deus in eternū. Poſtcōio.

DA queſumꝰ miſericoꝛs deꝰ: eius nos continua interceſſione vegetari: cuius integra virginitate ſuſcepimꝰ auctoꝛē noſtre ſalutis: dñm noſtrū ieſum chꝛiſtū filium tuū. Qui tecū vi. ¶ Sequētes memoꝛie fiāt per totū ānū ad miſſam eiuſdē in capella. ¶ Secūda oꝛatio de trinitate. Oꝛatio.

OMnipotēs ſempiterne deus qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloꝛiā agnoſcere: ⁊ in potentia maieſtatis adoꝛare vnitatem: queſumꝰ vt eiuſdē fidei firmitate: ab oībus ſemꝑ muniamur aduerſis. Qui viuis ⁊ reg. deus. Per oīa

¶ Tertia oꝛatio pꝛo epiſcopis viuis et ſubditis. Oꝛatio.

OMnipotēs ſempiterne deus qui facis mirabilia magna ſolus: pꝛetende ſuꝑ famulos tuos pontifices et ſuper cunctos congregatiōes illis commiſſas ſpiritum gratie ſalutaris: et vt in veritate tibi complaceant: perpetuū eis roꝛē tue bñdictionis infunde. Per dñm

¶ Quarta oꝛatio pꝛo benefactoꝛibus defunctis. Oꝛatio.

OMnipotēs et miſericoꝛs deus vnica ſalus moꝛtaliū: te ſupplices exoꝛamꝰ pꝛo aīabꝰ famulorum famularūqꝫ tuarū: parētū et benefactoꝛū noſtroꝝ: vt interueniēte beata dei genitrice maria cū oībus ſanctis tuis: peccatoꝛum eis largiri digneris indulgētiam ⁊ in nouiſſimo die beate reſurrectiōis leticiam. Per eundē. ¶ Quinta orō generalis pro viuis et defunctis.

OMīps ſēpiterne deus qui viuoꝝ dn̄aris ſimul ⁊ mortuorū. oīmqꝫ miſereris quos tuos fide et opere futuros eſſe p̄noſcis te ſupplices exoramꝰ vt pro quibꝰ effundere preces decreuimꝰ: quoſqꝫ vel preſens ſeculum adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit pietatis tue clemētia oīm delictorum ſuorum veniā / et gaudia conſequi mereant̄ eterna. Per. ¶ De trinitate. Secreta.

SAnctifica q̄s dn̄e deus trinitas ſancta per tui ſācti noīs inuocationē / huius oblationis hoſtiam: et per eam noſmetipſos tibi perfice munus eternū. Qui viuis et regnas deꝰ.

Pro ep̄is viuis et ſubditis ſecreta.

HOſtias queſumꝰ dn̄e famulorū tuorū placatꝰ intende et quas in honore noīs tui deuota mēte pro eis celebramꝰ ꝓficere ſibi ſentiant ad ſalutem. Per dominū

Pro bn̄factoribꝰ defunctis Secre.

SAnctifica q̄s dn̄e hec fidelium oīm vitalia ſacramenta et preſta: vt per ea interueniente beata dei genitrice maria cum omnibus ſanctis tuis: hoc ipſum proficiat animabus famulorū famularūqꝫ tuarū: parentū et benefactorū noſtroꝝ ab oībus vicijs expiate / pabulo vite reficiātur eterne Per eundem chriſtum dominum.

¶ Pro viuis ⁊ defunctis. Secreta

DEus cui ſoli cognitꝰ eſt numerus electorū in ſuperna felicitate locandus / tribue q̄ſumꝰ vt vniuerſorū quos in orōne commendatos ſuſcepimus: ſiue oīm fidelium nomina btē predeſtinationis liber aſcripta retineat. Per.

¶ De Trinitate. Poſtcōio.

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis et anime dn̄e deus noſter huius ſacramenti ſuſceptio et ſempiterne ſācte trinitatis euiſdemqꝫ indiuidue vnitatis cōfeſſio In qua viuis et regnas deus. Per

¶ Pro ep̄is et ſubditis Poſtcōio.

QUos celeſti recreas munere dn̄e perpetuo comitare preſidio: et quos fouere non deſinis: dignos fieri ſempiterna redēptione concede. Per dominum noſtrū.

¶ Pro benefactoribus Poſtcōio.

VIuificet nos q̄s dn̄e ſalutare quo paſti ſumus ſacramētum et interueniente beata dei genitrice maria cum oībus ſāctis tuis cōcede vt hoc ipſum proficiat animabꝰ famulorum famulaꝝqꝫ tuarum parentum et benefactorū noſtrorum ad promerendā propitiationis tue gratiam: ⁊ percipiendam future reſurrectionis gloriā ſempiternam. Per eundem.

¶ Pro viuis ⁊ defūctis Poſtcōio.

PRo celeſtis conuiuij iocūditate gratias tibi referimus rex ⁊ ſacerdos noſter maieſtatē tuam humiliter rogantes: vt hec ſacroſctā corporis ⁊ ſāguinis tui hoſtia non ſit nobis reatus ad penā / ſed interceſſio ſalutaris ad veniā: ſit ablutio ſcelerum: ſit fortitudo fragiliū: ſit contra oīa mundi pericula firmamētum: ſit viuorū atqꝫ mortuorū fideliū remiſſio omniū delictoꝛū. Per te ſaluatoꝛ mundi rex gloꝛie. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate.

¶ Ad miſſam de ſancta maria a purificatione vſqꝫ ad aduētū dñi/ in capella et in choꝛo quādo fit plenum ſeruicium de ea: niſi in feſto et per octauas eiuſdem.

Salue ſācta parens enixa puerpera/ regem qui celum terrāqꝫ regit in ſecula ſeculoꝛum. In tēpoꝛe paſchali Alleluya. Ps. Benedicta tu in mulieribus: et benedictus fructus ventris tui. Oꝛatio

Concede nos famulos tuos q̄s dñe deus perpetua mentis ⁊ coꝛpoꝛis ſalute gaudere: ⁊ glorioſa beate marie ſemper virginis interceſſione a pꝛeſenti liberari triſticia/ et eterna perfrui leticia. Per dominum. ¶ Lectio libꝛi ſapientie. Eccleſiaſtici. xxiiij.

Ab initio et ante ſecula creata ſum: et vſqꝫ ad futurū ſeculum non deſinam: et in habitatiōe ſancta coꝛam ipſo miniſtraui. Et ſic in ſyon firmata ſum: ⁊ in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui/ et in hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honoꝛificato: et in partes dei mei hereditas illius: et in plenitudine ſanctoꝛum detentio mea. Gr. Bñdicta et venerabilis es virgo maria que ſine tactu pudoꝛis inuenta es mater ſaluatoꝛis ℣. Virgo dei genitrix quē totꝰ nō capit oꝛbis: in tua ſe clauſit viſcera fa[illegible] homo. ¶ Sciēdū eſt q̄ qñ in tp̄e paſcali fiat de feſto annūciatiōis btē marie in capella erit pꝛimū Alla. ℣. Per te dei genitrix: ⁊ ſcdm Alla. ℣. Aue maria. Itē in die aſſūptiōis beate marie. dñica infra octa. et in oc. die Alla. ℣. Hodie maria virgo. in choꝛo et in capella ⁊ per octauas Alla. ℣. Aſſūpta eſt: in choꝛo ⁊ i capella. Item in natiui. beate marie dñica ĩfra octa. et in octa. die Alla ℣. Natiuitas glorioſe. in choꝛo ⁊ in capella: ⁊ per oc. Alla ℣. Per te dei genitrix: ĩ choꝛo ⁊ ĩ capella. ¶ Sciēdū eſt q̄ a purificatiōe vſqꝫ ad ſeptuageſimā: ⁊ a Deus oim: vſqꝫ ad aduentū dñi/ qñ fit plenū ſeruitiū de ſctā maria: quacūqꝫ feria cōtigerit: ſemꝑ dicit̃ ſequēs Alla. ℣. Salue virgo mater dei templū ſancti ſpiritus: que ſola vocari digna meruiſti regina celoꝛū et dña. niſi ĩ tēpoꝛe paſchali: tunc enī ſemꝑ erit pꝛimum Alla. ℣. Per te dei genitrix nobis eſt vita perdita data: que de celo ſuſcepiſti pꝛolē: ⁊ mūdo genuiſti ſaluatoꝛē et ſecūdū Alla/ quādo fit plenū ſeruitiū erit de reſurrectione: ſicut de vno feſto cū regie choꝛi: ⁊ dicit̃ ſequētia vna/ de ſupꝛa notatis. In capella aūt pꝛimū Alla. ℣. Per te dei genitrix. Secūdū vero Alla. diuerſimode dicit̃ per totā ebdoma. videlicet die dñica. Alla. ℣. Obtine ſacris precibꝰ pia dei genitrix veniā delictoꝛū tuis ſupplicibꝰ. ¶ Feria. ij. Alla. ℣. Poſt partū virgo inuiolata permāſiſti: dei genitrix intercede pꝛo nobis. ¶ Feria. iij. Alleluya. ℣. Oꝛa pꝛo nobis pia virgo maria vnde chꝛiſtꝰ natꝰ eſt pꝛo nobis petiſtibꝰ oꝛa

¶ Feria .iiij. Alla. v̄. Virtutes celi te venerāẜ virgo maria tuū vnigenitū contēplātes ad dexteram dei patris in poteſtate et maieſtate magna. ¶ Feria q̄nta Alla. v̄. Veni electa mea et ponā te ī thꝛonū meū: quia cōcupiuit rex ſpeciē tuam. ¶ Feria .vj. Alla. v̄. Salue virgo vt s̄. ¶ Sabbato. Alla. v̄ꝰ. Virga ieſſe floꝛuit virgo deū et hoīem genuit. pacē deus reddidit in ſe recōſilliās ima ſummis: Iſta ſeptē Alla / d̄r in capella btē marie a purificatiōe vſqꝫ ad aduē. dn̄i extra lxx. vſqꝫ ad paſcha: niſi q̄d extra tp̄s paſce in loco illiꝰ Alla v̄. Poſt partū dicaẜ Alla. v̄. Per te dei genitrix. vt s̄: et exceptis tp̄ibus pꝛenoīatis. Similiter in tp̄e paſ. q̄n celebꝛaẜ miſ. de ſctā maria ſine nota: vel poſt miſſā fit mēoꝛia: tūc primū. Alla. v̄. Per te dei genitrix. et ſecundū Alla. v̄ꝰ. Poſt partum. In ebdo. paſce etiā ſemꝑ dicaẜ Gr. Benedicta et venerabilis / ad miſſā quotidianā de ſctā maria vſqꝫ ad ſabbatū ⁊ nō in ipſo ſab. Seq̄ntia dicaẜ per oꝛdinem vna de ſeptē ſequentijs ſupꝛa notatis vel queuis alia per totum annum ad placitū.

¶ Secundum Lucam. xj.

IN illo tempoꝛe. Loquente ieſu ad turbas: extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi. Beatus vēter qui te poꝛtauit: et vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quīmo: btī qui audiūt verbū dei et cuſtodiūt illud. ¶ Aliud euā. in tp̄e paſchali. Scd̄m Iohannē. xix.

IN illo tp̄e. Stabant iuxta crucem ieſu: mater eius et ſoroꝛ matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrē et diſcipulū ſtantem quē diligebat / dixit matri ſue Mulier: ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hoꝛa: accepit eā diſcipulꝰ in ſuā. Offr. Felix nāqꝫ es ſacra virgo maria ⁊ omni laude digniſſima / quia ex te oꝛtus eſt ſol iuſticie chriſtꝰ deꝰ noſter alla. Et finiaẜ cū Alla q̄ncūqꝫ d̄r extra lxx. vſqꝫ ad paſ. ⁊ niſi in vigilia aſſū. btē marie tm̄. Secreta.

TUa dn̄e ꝓpitiatiōe ⁊ beate marie ſemꝑ virginis interceſſione ad perpetuā atqꝫ pꝛeſentē hec oblatio nobis pꝛoficiat pꝛoſperitatē et pacem. Per do. Pꝛefa. Et te in veneratiōe. Cōio. Beata viſcera marie virgīs que poꝛtauerūt eterni patris filiū. In tp̄e paſcha. Cōio Vera fides geniti purgauit crimina mūdi: et tibi virginitas inuiolata manet alleluya alleluya. Poſtcōio.

SUmptis domine ſalutis noſtre ſubſidijs: da queſumꝰ eius patrocinijs nos vbiqꝫ pꝛotegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maieſtati. Per dominum.

¶ Miſſa pꝛo pace.

DA pacem dn̄e ſuſtinentibus te: vt pꝛophete tui fideles inueniantur: exaudi p̄ces ſerui tui ⁊ plebis tue iſrael. In tēpoꝛe paſcali Alleluya alla. Ps. Letatus ſum in his que dicta ſunt mihi: in domum domini ibimus. Oꝛatio.

DEus a quo ſācta deſideria recta conſilia et iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illā quā mūdus dare non poteſt pacē: vt ⁊ coꝛda noſtra mādatis tuis dedita: et hostium sublata formidine tp̄a sint tua protectiōe trāquilla. Per dn̄m

¶ Lectio libri Machabeorū. ij. j.

IN diebus illis. Orationē faciebant sacerdotes dū offerrent sacrificiū pro populo israel: ionatha inchoante: ceteris aūt respōdentibus et dicentibꝰ. Benefaciat vobis deus et meminerit testamēti sui quod ad abrahā: ⁊ isaac et iacob locutus est seruorū suorū fidelium. Et det vobis cor oībus vt colatis eum et faciatis eius volūtatē Adaperiat cor vestrū in lege sua/ et in preceptis suis/ ⁊ faciat pacem Exaudiat orationes vestras/ et reconcilietur vobis: nec vos deserat in tempore malo: dn̄s deus vester. Gr. Letatꝰ sū i his que dicta sūt mihi: in domū dn̄i ibimꝰ. ℣. Fiat pax in virtute tua et abūdātia in turribꝰ tuis. Alla. ℣. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti saciat te.

Secundum Johannem xvj.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Ecce venit hora/ et iam venit vt dispergamini vnusquisqꝫ in propria: et me solū relinquatis. Et nō sum solus/ quia pater mecū est. Hec locutus sum vobis: vt i me pacē habeatis. In mūdo pressurā habebitis. Sed cōfidite: quia ego vici mūdū. Offr. Deꝰ tu cōuertēs: viuificabis nos et plebs tua letabit̄ in te. ostēde nobis dn̄e misericordiā tuā: et salutare tuū da nobis In tp̄e pas. Alla alla. Secreta

DEus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus: dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: vt pax tua pietate concessa / christianorum fines/ab omni hoste faciat esse securos. Per dn̄m. Cōio. Amē dico vobis: quicquid orantes petitis credite : quia accipietis/et fiet vobis. In tp̄e pasca. Alla alla. Postcōio.

DEus auctor pacis et amator. quem nosse viuere: cui seruire regnare est : protege ab oībus impugnationibus supplices tuos: vt qui in defensione tua confidimus : nullꝰ hostilitatis arma timeamus. Per dominum nostrū

¶ Missa pro Rege. Officium.

PRotector noster aspice deus/et respice in faciē christi tui: quia melior est dies vna in atrijs tuis sup milia. In tempore pasca. Alla alla. ps. Quā dilecta tabernacla tua dn̄e virtutū: cōcupiscit et deficit aīa mea in atria dn̄i.

QUesumꝰ op̄s deꝰ Oratio. vt famulꝰ tuꝰ rex noster N. qui tua miseratione suscepit regni gubernacula : virtutū etiam oīm percipiat incremēta : quibus decēter ornatus/et viciorum voraginē deuitare: et hostes superare: et ad te qui via veritas ⁊ vita es/graciosus valeat peruenire. Per do. Epistola Orationem faciebāt sacerdotes. vt s̄ in officio preced̄. Gr. Saluum fac seruū tuū deus meus sperātem in te. ℣. Auribus percipe dn̄e orationem meā. Alleluya. ℣. Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus in me libera me.

¶ Secundum Marcum. xj.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis quiā quicunqꝫ dixerit huic montitollere et mittere in mare: ꝗ non hesitauerit in corde suo / sed crediderit / quia quodcūq; dixerit fiat / fiet ei. Propterea dico vobis. Oīa quecūq; orantes petitis: credite quia accipietis: et euenient vobis. Et cum stabitis ad orandū: dimittite si qd habetis aduersus aliquē: vt et pater vester qui in celis est / dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis: nec pater vester q in celis est: dimittet vobis peccata vestra. Offr. Exaudi deꝰ orationē meā: ꝗ ne despexeris deprecationē meam: intende in me et exaudi me. In tēpore paschali Alla alla. Secreta.

Munera qs dñe oblata sanctifica: et vt nobis vnigeniti tui corpus et sanguis fiant et famulo tuo N. regi nostro ad obtinendam anime corporisq; salutem: et ad peragendū iniunctum sibi officium te largiente vsquequaq; proficiant. Qui tecum. Cōio. Amē dico vobis: quicquid orantes petitis: credite quia accipietis et fiet vobis. In tpe pascali Alla alleluya. Postcōio.

Hec dñe salutaris sacramenti perceptio famulū tuū regem nostrū N. ab oībus qs tueatur aduersis: quatenus et ecclesiastice pacis obtineat tranquillitatē et post istius tēporis decursum / ad eternam perueniat hereditatem. Per. ¶ Ad inuocādū grãm spũs sci.

Spiritus dñi repleuit orbē terrarum alla: ꝗ hoc quod cōtinet oīa scientiā habet vocis alla alla alla. Ps. Exurgat deus et dissipentur inimici eꝰ: et fugiāt qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Deus cui omne cor patet: et oīs voluntas loquitur: ꝗ quē nullū latet secretū: purifica per infusionem sancti spiritꝰ / cogitationes cordis nostri: vt te perfecte diligere / et digne laudare mereamur. Per dominū. In vnitate eiusdē. ¶ Ad Corinthios prima. xij.

Fratres / Unicuiq; dat manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per spiritū datur sermo sapientie: alij sermo scientie / scdm eundem spiritū. Alteri fides / in eodē spiritu. Alij gratia sanitatū in eodē spū. Alij operatio virtutū. Alij prophetia Alij discretio spirituū. Alij genera linguarū Alij interpretatio sermonū. Hec autē oīa operatur vnus atq; idem spiritus diuidens singulis prout vult. Gr. Beata gens cuiꝰ est dñs deꝰ eorū populꝰ quē elegit dñs in hereditatem sibi. V. Uerbo dñi celi firmati sūt et spū oris eius oīs virtꝰ eorū. Alla. V. Ueni sancte spiritꝰ reple tuorū corda fidelium: et tui amoris in eis ignē accende. ¶ Secundū Johānē. iiij.

In illo tpe. Dixit iesus mulieri samaritane Mulier crede michi: quia venit hora quando neq; in monte hoc / neq; in hierosolymis adorabitis patrē. Uos adoratis quod nescitis: nos adoramꝰ quod scimus / quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nūc est: quādo veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate. Nam ꝗ pater tales querit qui adorent eū. Spiritus est deus. et eos qui adorant eū: in spiritu et veritate oportet adorare. Offr. Emitte spiritum oſt[illegible] et creabuntur/ et renouabis fa[illegible]re: ſit gloria dñi in ſecula. In te[illegible]re paſchali Allã. Secreta.

HEc oblatio dñe deus q̄s cordis noſtri maculas emūdet vt ſctī ſpūs digna habitatio efficiatur. Per dñm. In vnitate eiuſdem. Cõio. Spūs ſctūs docebit vos oīa allã: quecūq̃ dixero vobis allã allã. Poſtcõio.

SAcrificiū ſalutis noſtre tibi offerentes cõcede nobis q̄s dñe per [illegible] ſcti ſpūs/ purificatis mentib⁹ ſepi⁹ tue pietatis celebrare myſteriū. Per dñm. In vnitate eiuſ. ¶ Ad miſſā p̄ ſeipſo.

DEus in nomine tuo ſaluum me fac: ⁊ in virtute tua iudica me/ de⁹ exaudi orationē meam. In tēpore paſ. Allã allã. Ps. Quoniā alieni īſurrexerūt aduerſū me et fortes queſierūt aiaȝ meã. Oratio.

OMnīps ſempiterne deus: qui me peccatorē ſacris altarib⁹ aſtare voluiſti/ et ſancti nominis tui laudare potentiā: cõcede queſo per huius ſacramenti myſterium/ meorū mihi veniam pctõrū: vt tue maieſtati/ digne miniſtrare merear. Per. Ad Romanos. vij.

FRatres. Condelector legi dei ſecūdū interiorē hoīem. Video autem aliā legem in membris meis repugnantem legi mentis mee: ⁊ captiuum me ducentem in legē peccati/ que eſt in membris meis. Infelix ego hõ. Quis me liberabit de morte corporis huius. Gratia dei per ieſum chriſtū dñm noſtrū. Gr. Eſto mihi ī deū protectorē. ⁊ in locū refugij vt ſaluū me facias. V. De⁹ ī te ſperaui: dñe nõ cõfūdar in eternū. Allã. V. Eripe me de inimicis meis dñe de⁹ me⁹: ⁊ ab inſurgentib⁹ in me libera me. ¶ Sc̄dm Johēm. xv.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si mãſeritis in me/ et verba mea in vobis manſerint: quodcūq̃ volueritis petetis ⁊ fiet vobis. In hoc clarificat⁹ eſt pater me⁹/ vt fructū plurimū afferatis: et efficiamini mei diſcipuli. Sicut dilexit me pr̄: et ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea ſeruaueritis: manebitis in dilectione mea. Sicut et ego patris mei precepta ſeruaui: ⁊ maneo in eius dilectione. Hec locut⁹ ſum vobis/ vt gaudiū meum in vobis ſit: et gaudium veſtrum impleat̃. Offr. Intende voci orationis mee/ rex meus et deus meus: qm̄ ad te orabo dñe. In tpe paſchali. Allã. V. Verba mea aurib⁹ percipe dñe: intēde clamorē meū et exaudi me. Secreta.

DEus qui te precipis a peccatoribus exorari: tibiq̃ ſacrificium cõtriti cordis offerri. hoc ſacrificiū quod indignis manib⁹ meis offero/ acceptare dignare: ⁊ vt ipſe tibi hoſtia et ſacrificiū eſſe merear miſerat⁹ cõcede: quo per myſterij hui⁹ exhibitionē/ peccatorū oīm percipiam remiſſionē. Per. Cõio. Ab occultis meis munda me dñe: et ab alienis parce ſeruo tuo. In tēpore paſchali Alleluya. Poſtcõio.

AUres tue pietatis mitiſſime deus/ inclina precibus meis: et per hui⁹ diuini ſacramenti carnis et ſanguinis filij tui dñi noſtri ieſu chriſti/ quod indignus ſumpſi myſteriū: gratia ſcti ſpūs illumina coꝛ meum: vt tuis myſterijs digne miniſtrare / teqꝫ eterna caritate diligere: et ſēpiterna gaudia percipere merear. Per dominū In vnitate. Itē pꝛo ſemetipſo alia oꝛatio nō Sarum Suppliciter te deꝰ: vt ſequit̄ fo.xxxviij. ¶ Miſſa ad poſcēdum donum ſpūs ſancti.

CAritas dei diffuſa eſt in coꝛdibꝰ veſtris all'a per ĩhabitātē ſpm̄ eius in vobis all'a all'a. Ps. Dn̄e deꝰ ſalutis mee: in die clamaui et nocte coꝛā te. Oꝛatio.

OMnipotēs ſempiterne deus qui iuſticiā tue legis in coꝛdibus credentium digito tuo ſcribis da nobis fidei ſpei et caritatis augmentum / ⁊ vt mereamur aſſequi quod pꝛomittis: fac nos amare qđ p̄cipis. Per d. Ad Coꝛinthios. j. xiij

FRatres. Caritas patiēs eſt benigna eſt. Caritas non emulatur: non agit perperam: nō inflatur: nō eſt ambicioſa: nō querit que ſua ſunt: non irritatur. Non cogitat malum: non gaudet ſup iniquitate: cōgaudet autē veritati. Oīa ſuffert: oīa credit: omnia ſperat: om̄ia ſuſtinet. Caritas nūq̄ excidit: ſiue pꝛophetie euacuabunt̄ ſiue lingue ceſſabūt: ſiue ſciētia deſtruetur. Ex parte eni cognoſcimus / et ex parte pꝛophetamus Cum autē venerit quod perfectū eſt: euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulꝰ: loquebar vt paruulus: ſapiebam vt paruulus cogitabā vt paruulꝰ. Quādo aūt factus ſum vir: euacuaui que erāt paruuli. Videmus nūc per ſpeculum in enigmate: tūc autem facie ad faciē. Nunc cognoſco ex parte: tunc autē cognoſcā ſicut et cognitus ſum. Nunc autē manēt: fides / ſpes / caritas / tria hec: maioꝛ autē hoꝛū eſt caritas. Gr. Dn̄e dn̄s noſter: q̄ admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa terra. Vꝰ. Quoniā eleuata eſt magnificētia tua: ſuper celos Alleluya. V. Domie deus ſalutis mee / in die clamaui et nocte coꝛam te.

¶ Secundum Johannem. xiiij.

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipl'is ſuis. Filioli adhuc modicum tempus vobiſcum ſum Queretis me / et ſicut dixi iudeis quo ego vado vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos: vt et vos inuicem diligatis. In hoc cognoſcent oēs: quia diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionē habueritis adinuicē. Dicit ei ſymon petrꝰ. Dn̄e quo vadis? Reſpondit ieſus. Quo ego vado: non potes me modo ſequi: ſequeris autē poſtea. Offr. Lauda anima mea dn̄m: laudabo dn̄m in vita mea: pſallā deo meo q̄diu ero. In tempoꝛe paſchali All'a. Secreta.

EMitte q̄s dn̄e ſpiritum caritatis qui ⁊ hec pꝛeſentia munera noſtra tuū nobis efficiat ſacramentū: et ad hoc p̄cipiendū coꝛda nr̄a purificet. Per dn̄m In vnitate eiuſdē. Cōio. P̄mū querite regnū dei: ⁊ oīa adiicient̄ vobis / dicit dn̄s In tp̄e paſcali. All'a all'a. Poſtcō.

SPiritum nobis dn̄e tue caritatis infunde: vt quos vino et pane celeſti ſaciaſti: tua facias pietate concoꝛdes. Per do. In vnitate eiuſdē. ¶ Miſſa pꝛo peccatoꝛibus.

SI iiquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit. quia apud te pꝛopiciatio eſt deus iſrael. ps. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domie exaudi vocem meam. Oꝛatio.

EXaudi q̄s dñe ſupplicū pꝛeces: et confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgētiam tribuas benignus et pacē. Per do. ¶ Ad Romanos. v.

FRatres. Cum adhuc peccatoꝛes eſſemꝰ: chꝛiſtꝰ pꝛo nobis moꝛtuꝰ eſt. Multo igit̄ magis iuſtificati nūc in ſāguine ipſiꝰ/ ſalui erimꝰ ab ira per ipſū. Si enim cum inimici eſſemꝰ / recōſiliati ſumus deo per moꝛtē filij eius. multomagis recōciliati/ ſalui erimꝰ in vita ipſius. Nō ſolū aūt: ſed ⁊ gloriamur in deo. Per ieſū criſtū: dñʒ noſtrū. Gr. Pꝛopiciꝰ eſto dñe peccatis noſtris nequādo dicāt gentes vbi eſt deꝰ eoꝛū. v̇. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et pꝛopter honoꝛē nois tui dñe libera nos. Alla. v̇. Oſtēde nobis dñe miam tuam ⁊ ſalutare tuū da nobis. ¶ Secūdum Lucam. v.

IN illo tpe. Uidit ieſus publicanū nomine leui ſedentem ad theloneū: ⁊ ait illi. Sequere me Et relictis oībus/ ſurgens ſecutus eſt eum. Et fecit ei cōuiuiū magnū leui in domo ſua: ⁊ erat turba mlta publicanoꝛū ⁊ alioꝝ qui cū illis erant diſcūbentes. Et murmurabant phariſei et ſcribe eoꝛū: dicentes ad diſcipulos eius Quare cum publicanis et peccatoꝛibꝰ manducatis ⁊ bibitis: Et reſpondēs ieſus dixit ad illos. Non egent qui ſani ſunt medico: ſed qui male habent. Nō eni veni vocare iuſtos/ ſed peccatoꝛes ad penitētiā. Offr. Deus tu cōuertēs viuificabis nos et plebs tua letabit̄ in te. oſtēde nobis dñe miam tuā: et ſalutare tuū da nobis. In tēpoꝛe paſchali Alleluya. Secreta.

HOſtias tibi dñe placationis offerimus obſecrantes: vt et delicta noſtra miſeratus abſoluas: et nutantia coꝛda tu dirigas Per dominum. Cōio Inclina aurē tuā: accelera vt eruas nos. In tpe paſchali Alleluya alla. Poſtcōio.

PReſta nobis eterne ſaluatoꝛ: vt percipientes hoc munere veniam peccatoꝛū: deinceps peccata vitemus. Per dominum.

¶ Miſſa pꝛo penitentibus.

IUſtus es dñe ⁊ rectum iudicium tuū/ fac cum ſeruo tuo ſecundū miſericoꝛdiā tuā. In tempoꝛe paſcali Alla alla ps Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oꝛatio.

OMnipotēs ſempit rne deus confitenti tibi famulo tuo N pꝛo tua pietate peccata relaxa: vt non plus ei valeat conſcientie reatus ad penam/ quam indulgentia tue pietatis ad veniam. Per dñm. ¶ Epiſtola ad Galathas. vj.

FRatres. Si pꝛeoccupatꝰ fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis / inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis: cōſiderans te ipſum/ ne et tu tempteris. Alter alterius onera poꝛtate: et ſic adiplebitis legē chꝛiſti Gradꝰ Saluū fac ſeruū tuū: deus meꝰ ſperātem in te v̇. Auribus percipe domine oratiōnē meam. Alleluya. ꝟ. Qui timent dominum ſperent in eum: adiutor eorum et protector eorum eſt.

¶ Secundum Matheum. ix.

IN illo tpe. Diſcūbēte ieſu in domo: ecce multi publicani et pctōres veniētes diſcumbebāt cū eo et diſcipuli eiꝰ. Et vidētes phariſei: dicebant diſcipulis ſuis. Quare cū publicanis et pctōribꝰ māducat magiſter veſter At ieſus audiēs ait: Non eſt opus valētibꝰ medicꝰ ſed male habētibꝰ. Euntes autem diſcite quid eſt miſericordiā volo/ ⁊ non ſacrificium. Non enim veni vocare iuſtos: ſed peccatores. Offr. Sperent in te omnes qui nouerūt nomen tuū dn̄e: qm̄ nō dereliquis querētes te. pſallite dn̄o qui habitat in ſyō: qm̄ non eſt oblitus orationē pauperū In tēpore paſchali Alla. Secreta.

PReſta queſumꝰ oīpotēs ⁊ miſericors deus: vt hec ſalutaris oblatio famulū tuū. N. ⁊ a proprijs reatibus indeſinenter expediat: ⁊ ab oībus tueaꝛ aduerſis. Per Cōio. Amē dico vobis quicquid orātes petitis: credite quia accipietis/ ⁊ fiet vobis. In tpe paſ. Alla alleluya

OMp̄s et miſericors Poſtcōio deus qui oēm aīam penitētē et ꝯfitētē magis vis emēdare q̄ perdere: reſpice ꝓpiciꝰ ſup hūc famulū tuū N. ⁊ per hec ſacramēta q̄ ſūpſimus auerte ab eo irā īdignationis tue ⁊ oīa pctā ſua ei dimitte. Per d.

¶ Miſſa ꝓ iſpiratiōe diuīe ſapiētie

LEx dn̄i irreprehenſibilis cōuertēs aīas teſtimoniū dei fidele ſapiētiam preſtans paruulis. In tpe paſca. Alla alla ps. Celi enarrāt gliam dei ⁊ opera manuū eiꝰ annūciat firmamētum.

DEus qui per coeternā Orō tibi ſapiētiā hoīem cū nō eſſet cōdidiſti: ꝑditūq; miſericorditer reformaſti: preſta queſumus: vt eadem pectora noſtra inſpirante: te tota mente amemus: et ad te toto corde curramus. Per dominum.

¶ Lectio ep̄le beati Jacobi ap̄li. j.

CAriſſimi. Si quis veſtrū indiget ſapiētia poſtulet a deo qui dat oībus affluenter et non improperat/ ⁊ dabitur ei. Poſtulet autem in fide: nihil heſitans. Qui enī heſitat/ ſimilis eſt fluctui maris: q̄ a vento mouetur et circunfertur. Non ergo eſtimet homo ille: q̄ accipiat aliquid a domino. Gr. Venite filii audite me: timorē dn̄i docebo vos ꝟ. Accedite ad eum et illuminamini: et facies veſtre non confundentur. Alleluya. ꝟ. Oſtende nobis dn̄e miam tuā: et ſalutare tuū da nobis.

¶ Secundum Johannem. xvij.

IN illo tpe Subleuatis ieſus oculis in celū dixit. Pater venit hora: clarifica filiū tuū: vt filiꝰ tuꝰ clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatē oīs carnis/ vt oē qđ dediſti ei det eis vitā eternā. Hec eſt aūt vita eterna: vt cognoſcāt te ſolū verū deum ⁊ quē miſiſti ieſū chriſtū. Offr. Bn̄dictꝰ es dn̄e: doce me iuſtificatiōes tuas: bn̄dictꝰ es dn̄e doce me iuſtificatiōes tuas: in labiis meis pronūciaui oīa iudicia oris tui. In tpe paſ. Alla

SAnctificetur q̄s dn̄e Secre. huiꝰ nr̄e oblationis munus tua operante ſapientia: vt tibi placere poſſit ad laudē: et nobis proficere ad ſalutē. Per dn̄m. Cōio. Tu mādaſti mādata tua cuſtodiri nimis: vtinā dirigant̄ vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. In tempoꝛe paſchali Alla alla. Poſtcõio.

INfunde queſumus domine deus per hec ſancta que ſumpſimus tue coꝛdibus noſtris lumē ſapientie: vt te veraciter agnoſcamus: et fideliter diligamus. Per.

Miſſa pꝛo tribulatione coꝛdis.

IUſtus es dñe ⁊ rectum iudicium tuū: fac cum ſeruo tuo / ſecundū miſericoꝛdiā tuā. In tempoꝛe paſcali Alla alla Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oꝛatio.

DEus qui contritoꝛū non deſpicis gemitum / et merentium non ſpernis affectum: adeſto pꝛecibus noſtris / quas pietati tue pꝛo tribulatione noſtra offerimus / imploꝛantes: vt nos clementer reſpicias: et ſolito pietatis tue intuitu tribuas: vt quicquid contra nos diabolice fraudes atqꝫ humane moliuntur aduerſitates: ad nichilum redigas: ⁊ conſilio miſericoꝛdie tue allidas: quatenus nullis aduerſitatibus leſi: ſed ab omni tribulatione et anguſtia liberati / gr̄as tibi in eccleſia tua referamus conſolati. Per.

Ad Coꝛinthios .ij.j.

FRatres. Benedictus deus et pater dñi noſtri ieſu chꝛiſti: pater miſericoꝛdiarū / et deus totius conſolationis: qui conſolatur nos in omni tribulatiōe noſtra: vt poſſimus et ipſi conſolari eos qui in omni pꝛeſſura ſunt / per exhoꝛtationē qua exhoꝛtamur et ipſi a deo Quoniam ſicut abundant paſſiones chꝛiſti in nobis: ita et per chꝛiſtū abūdat cōſolatio nr̄a. Gr. Ad dñm cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. V. Dñe libera aīam meā a labiis iniquis: et a lingua doloſa Alla V. Qui timent dñm ſperent in eū: adiutoꝛ eoꝛum et pꝛotectoꝛ eoꝛum eſt.

Secundum Johannem. xvj

IN illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amen amē dico vobis: quia ploꝛabitis et flebitis vos: mundus autem gaudebit. Vos autē contriſtabimini: ſed triſticia vr̄a vertet̄ in gaudiū. Mulier cum parit / triſticiā habet: quia venit hoꝛa eius. Cū autē peperit puerum: iam nō meminit pꝛeſſure pꝛopter gaudium: quia natus eſt homo in mūdum. Et vos igitur: nūc quidem triſticiam habetis. Iterū autem videbo vos: et gaudebit coꝛ veſtrum. Et gaudium veſtrum / nemo tollet a vobis. Offr. Immittit angelus domini in circuitu timentiū eum: et eripiet eos / guſtate et videte quoniam ſuauis eſt dominus. In tēpoꝛe paſchali. Alleluya. Secreta.

DEus q̄ tribulatos coꝛde ſanas: et meſtificatos actu letificas: ad hanc ꝓpicius hoſtiam dignanter attende: per quā tot⁹ mūdi voluiſti relaxare delicta: ⁊ pꝛo tribulatione noſtra eam clementer aſſume: cunctaqꝫ crimina noſtra ſolue: tribulationē noſtrā adime: miſerias pelle: anguſtias et pꝛeſſuras ammoue: vt exuti ab oībus que patimur malis in tuis ſemper delectemur exultare bñficijs. Per dñm. Cōio. Redime me deus iſrael: ex omnib⁹ tribulationib⁹ meis. In tempoꝛe paſcali Alla alleluya. Poſtcõio.

DImitte queſumus domine deus peccata noſtra: et tribue nobis miſericordiã tuam/ oriſ qꝫ noſtri alloquio exoratus: humilitatem noſtram attende/ vincula ſolue/ delicta dele/ tribulationem inſpice/ aduerſitatem repelle/ effectumqꝫ petitioni noſtre largiẽs iugiter et clementer exaudi. Per do.

¶ Miſſa pro infirmo. Officium.

IUſtus es dñe et rectũ iudiciũ tuũ/ fac cũ ſeruo tuo ſcd̃m miam tuã. In tpe paſ. Alla alla. p̄s. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Oro.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: ſalus eterna credentium: exaudi nos pro famulo tuo N. pro quo miſericordie tue imploramus auxilium: vt reddita ſibi ſanitate: gratiarum tibi in eccleſia tua/ referat actionem. Per dominum nr̃m

¶ Lectio ep̃le bti Jacobi apl̃i. v.

CArissimi. Triſtatur aliquis veſtrum: oret equo animo ⁊ pſallat. Infirmatur quis ex vobis inducat preſbyteros eccleſie ⁊ orent ſuper eum vnguentes eũ oleo in nomine domini: et oratio fidei ſaluabit infirmũ. Et alleuiabit eum dominus: et ſi in peccatis ſit/ dimitentur ei. Confitemini ergo alterutrũ peccata veſtra: et orate pro inuicem vt ſaluemini. Gr. Miſerere mihi domine: quoniam infirmus ſum/ ſana me domine. ℣. Quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea: et aĩa mea turbata eſt valde Alleluya. ℣. Qui ſanat contritos corde: et alligat contritiones eorũ. ¶ Secũdũ Lucam. iiij

IN illo tempore. Surgens Jeſus de ſynagoga introiuit in domum ſymonis. Socrus autem ſymonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et ſtãs ſuper illã/ imperauit febri: et dimiſit illã. Et cõtinuo ſurgens/ miniſtrabat illis. Cum ſol autẽ occidiſſet: omnes qui habebãt infirmos varijs languoribus/ ducebãt illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens: curabat eos. Offr. Dñe cõuertere et eripe aĩam meam: ſaluũ me fac propter miam tuam. In tempore paſchali. Alla. Secreta.

DEus cuius nutibus vite noſtre momẽta decurrunt/ ſuſcipe p̃ces et hoſtias famuli tui N. pro quo mĩe tue imploramus auxilium vt de cuius periculo metuimꝰ de eius ſalute letemur. Per. Cõio. Redime me deus iſrael: ex omnibꝰ anguſtiis meis. In tpe paſ. Alla alla.

Poſtcõio

DEus infirmitatis humane ſingulare preſidium: auxilij tui ſuper infirmũ noſtrũ oſtende virtutẽ/ vt ope miſericordie tue adiutꝰ eccleſie tue ſancte incolumis repreſentari mereat̃. Per. ¶ Miſſa p̄ ſalute amici. Offi.

IUſtus es domine/ et rectum iudiciũ tuũ: fac cum ſeruo tuo ſecũdũ miſericordiã tuam In tempore paſchali Alla alla. p̄s. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

OMp̃s ſempiterne deus: miſerere famlo tuo N. et dirige eum ſecundum tuam clementiam/ in viam ſalutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat: et tota virtute perficiat. Per. Epl̃a Oratione faciebãt. vt s̃ in miſſa pro pace fo. xxx. Gr. Saluũ fac ſeruũ tuum: deus meus ſperãtẽ in te. ℣. Auribꝰ percipe orationẽ meã. Alla. ℣. Qui timẽt dñm ſperent in eũ adiutor eorũ et protector eorũ eſt. Euãgeliũ. Amẽ dico vobis: quicũq; dixeritis vt s̃ in miſſa p rege. fo. xxx. Offer. Sperent in te oẽs qui nouerũt nomẽ tuũ dñe: qm̃ non dereliquis querẽtes te. pſallite dño qui habitat in ſyon: qm̃ non eſt oblitus orationem pauperũ. In tp̃e paſcali. Alleluya. Secreta.

Proficiat queſumꝰ domine hec oblatio / quã tue ſupplices offerimꝰ maieſtati: ad ſalutem famuli tui N. vt tua prouidẽtia eiꝰ vita inter proſpera & aduerſa vbiq; dirigatur. Per dominum. Cõio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis credite / quia accipietis & fiet vobis. In tp̃e paſ. Alla alla. Poſtcõ.

Sumentes domine perpetue ſacramenta ſalutis: tuam deprecamur clementiam: vt per ea famulũ tuum N. ab omni aduerſitate protegas. Per. Alie orationes pro amico. Oratio. Deus qui iuſtificas impium. quere folio. xxxvij.

¶ Miſſa pro ſerenitate aeris.

Salus ppl̃i ego ſũ dicit dñs: de quacũq; tribulatiõe clamauerint ad me exaudiã eos: et ero illorum dominꝰ in perpetuum. In tempore paſchali Alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurẽ veſtram / in verba oris mei. Oratio.

Ad te nos domine clamantes exaudi / et aeris ſerenitatem nobis tribue ſupplicãtibus: vt qui iuſte pro peccatis noſtris affligimur: miſericordia tua preueniente / clementiam ſentiamus. Per dominum. ¶ Lectio hieremie prophete. Trenorum. ij. et. iij.

In diebus illis. Locutus eſt hieremias propheta dicens. Conſurge: lauda in nocte / in principio vigiliarũ: effunde ſicut aquã cor tuum ante cõſpectũ dñi dei tui Leua ad eum manꝰ tuas pro animabus paruulorũ tuorũ: qui defecerunt fame in capite omniũ cõpitorum. Vide domie: & cõſidera quẽ videmiaueris ita Ergo ne comedẽt mulieres fructũ ſuũ / paruulos ad menſurã palme: ſi occiditur in ſanctuario domini ſacerdos et propheta. Formido et laqueꝰ facta eſt nobis: vaticinatio et cõtritio. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meꝰ in cõtritione filie populi mei. Oculus meus afflictꝰ eſt: nec tacuit / eo q̃ non eſſet requies: donec reſpiceret & videret dominꝰ de celis. Inundauerunt aque ſuper caput meũ: dixi perij. Inuocaui nomen tuum domine: de lacu nouiſſimo Vocem meam audiſti ne auertas aurem tuã a ſingultu meo / et clamore. Appropinquaſti in die qua inuocaui te: dixiſti ne timeas Iudicaſti cauſam anime mee redemptor vite mee: domine deus meus. Gradꝰ. Propitiꝰ eſto domine peccatis noſtris: nequando dicant gentes: vbi eſt deus eorũ. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: & propter honorem nominis tui dñe libera nos. Alleluya. ℣. Domine refugium factus es nobis: a gñatione et progenie. ¶ Secũdũ Lucã. viij.

IN illo tempoꝛe. Factum eſt in vna dierum: et ieſus aſcēdit in nauiculam/et diſcipuli eius Et ait ad illos. Tranſfretem⁹ trās ſtagnum. Et aſcenderunt. Nauigantibus autem illis: obdoꝛmiuit Et deſcendit pꝛocella venti in ſtagnum: et compellebātur fluctibus et periclitabātur. Accedentes autem ſuſcitauerunt eum dicentes. Pꝛeceptoꝛ. perimus. At ille ſurgēs increpauit ventum/et tempeſtatē aque: et ceſſauit. Et facta eſt tranquillitas. Dixit autem illis. Ubi eſt fides veſtra? Qui timentes mirati ſunt adinuicem dicētes. Quis putas hic eſt? Quia et ventis imperat et mari: et obediunt ei. Offꝛ.

Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et ſuper iram inimicoꝛū meoꝛū extendes manum tuam: et ſaluum me fecit dextera tua. In tpe paſca. Allā Secreta

Exaudi dn̄e pꝛeces nr̄as. ⁊ ſuſcipe vota populi tui: et iube imbꝛes inundantiū ceſſare pluuiarum: flagellumqꝫ huius elemēti/ad effectū tui conuerte myſterij: vt qui ſe regenerātibus aquis gaudent renatos: gaudeāt his caſtigationib⁹ eſſe coꝛrectos. Per do. Cōio

Amen dico vobis: quicquid oꝛantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. In tpe paſchali. Allā allā

Poſtcōio.

PReces populi tui q̄s domine benignus exaudi: et per huius virtutē ſacramēti/pacem tuam nobis nunciet purgati aeris ſerena trāquillitas: vt qui delinquentes verberas: peccata cōfitentib⁹ parcas. Per dn̄m noſtrū.

¶ Miſſa ꝓ pluuia petēda Officiū.

LEtetur coꝛ querētium dominū querite dominum ⁊ confirmamini: querite faciē eius ſemper. In tempoꝛe paſca ll Allā. ps. Cōfitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Oꝛatio.

DEus in quo viuimus mouemur et ſum⁹: pluuiam nobis tribue congruentem: vt pꝛeſentibus ſubſidijs ſufficienter adiuti ſempiterna fiducialius appetam⁹ Per dominum noſtrum.

¶ Lectio hieremie pꝛophete. xiiij.

IN diebus illis. Oꝛauit hieremias pꝛopheta dicēs. Nūquid pꝛoijciēs abiecíſti iudam: aut ſyon abhominata eſt anima tua? Quare ergo percuſſiſti nos: ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacem/et non eſt bonū: et tempus curationis/⁊ ecce turbatio. Cognouimus domīe impietates noſtras: et iniquitates patrum noſtroꝛum/quia peccauimus tibi. Ne des nos in oppꝛobꝛiū pꝛopter nomē tuum: neqꝫ facias nobis contumeliā. Solij gloꝛie tue recoꝛdare: ne irritum facias fedus tuū nobiſcū. Nūquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluāt: aut celi poſſunt dare imbꝛes niſi tu volueris? Nonne tu es dn̄s deus noſter quē expectauim⁹? Tu enim feciſti oīa hec: dn̄e de⁹ noſter. Gꝛ. Oculi omniū in te ſperant domine: et tu das illis eſcam in tempoꝛe opoꝛtuno. ℣. Aperis tu manū tuam et imples omne animal benedictione. Allā. ℣. De pꝛofundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meā

¶ Secundum Matheum. vj

IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nolite ſolliciti eſſe dicẽtes. Quid mãducabim⁹/aut quid bibemus: aut quo operiemur Hec eni oia gentes inquirũt. Scit eni pater veſter: quia his omnib⁹ indigetis. Querite ergo primũ regnũ dei: et iuſticiã eius: et hec oia adijciẽtur vobis. Offer. Portas celi aperuit dñs: et pluit illis manna vt ederẽt. panẽ celi dedit illis: panem angelorum manducauit homo. In tpe paſchali Alleluya. Secreta.

OBlatis dñe placare muneribus: et oportunũ nobis tribue pluuie ſufficiẽtis auxiliũ. Per. Cõio. De fructu operũ tuorũ dñe ſaciabit terra: vt educas panẽ de terra/ et vinũ letificet cor hois: vt exhilaret faciẽ i oleo: ⁊ panis cor hois cõfirmet In tpe paſcali Alla alla. Poſtcõio

DEus qui pluis ſuper iuſtos et iniuſtos: noſtris etiã offẽſionibus per hec ſacramenta relaxatis/ expectata q̃s imbriũ munera largiaris: quibusq̃ ſalus nobis et alimenta preſtentur. Per dñm.

¶ Miſſa tempore belli. Officium.

REminiſcere miſerationum tuarũ dñe: ⁊ miſericordie tue que a ſeculo ſunt. ne vnq̃ dominẽtur nobis inimici noſtri. libera nos deus iſrael/ ex omnibus anguſtijs noſtris. In tpe paſchali Alleluya alla. Ps. Ad te dñe leuaui animam meã: deus meus in te confido non erubeſcam. Oratio.

DEus regnorum omniũ regumq̃ dominator qui nos et percutiendo ſanas: et ignoſcendo conſeruas: pretende nobis miſericordiam tuam: vt tranquillitate pacis/tua poteſtate firmata: ad remedia correctionis vtamur. Per. Lectio libri Heſter. xiij.

IN diebus illis. Orauit Heſter ad dñm dicẽs. Dñe rex oĩps/ in ditione tua cũcta ſunt poſita: et nõ eſt q̃ poſſit reſiſtere voluntati tue. Si decreueris ſaluare nos: cõtinuo liberabimur. Tu eni dñe feciſti celũ et terrã: ⁊ vniuerſa q̃ celi ambitu cõtinẽtur. Tu es dñs oĩm et nõ eſt qui reſiſtat voluntati tue. Et nũc dñe rex regum deus abraham/miſerere populo tuo: q̃a volũt nos inimici noſtri perdere: ⁊ hereditatẽ tuã delere. Ne deſpicias partẽ quã redemiſti tibi: ſed exaudi deprecationẽ noſtrã: et propici⁹ eſto ſortiq̃ funiculo hereditatis tue Et conuerte luctũ noſtrũ in gaudium: vt viuentes laudemus nomẽ tuum. Et ne claudas ora canentiũ te: domine deus noſter. Gr. Propicius eſto dñe peccatis noſtris: nequãdo dicãt gentes vbi eſt deus eorũ. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et propter honorem nois tui dñe: libera nos. Alla. V⁹. Oſtende nobis dñe miam tuã: et ſalutare tuum da nobis Euangeliũ Amen dico vobis: q̃a quicũq̃ dixerit. vtſ in miſſa pro rege. fo. xxx. Offer. Deus tu cõuertẽs viuificabis nos ⁊ plebs tua letabitur in te. oſtende nobis domine miſericordiam tuam: et ſalutare tuum da nobis. In tempore paſchali Alleluya alleluya. Secreta.

ADeſto q̃s dñe propici⁹ pplo tuo: et quẽ myſterijs celeſtibus et ſacramẽtis imbuis: per hec munera que tibi offert deuotus:

a furore cũctorũ hoſtiũ tua miſeratione defende. Per dñm. Cõio. Inclina aurẽ tuã: accelera vt eruas nos In tpe paſchali All'a all'a. Poſtcõ

Corporis et ſanguinis domini noſtri ieſu chriſti ſacroſãcta refectione vegetati/ſupplices te rogamus oĩpotens deꝰ: vt hoc remedio ſingulari: ab omni peccatorum nos contagione purifices: et a periculorum munias incurſione cunctorum. Per dominum noſtrũ

¶ Miſſa pro eo qui in vĩculis tenetᷣ

Nunc ſcio vere quia miſit dñs ãgelum ſuum et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatiõe plebis iudeorũ. In tpe paſchali All'a all'a. Ps. Et petrus ad ſe reuerſus dixit. Oro.

Deus indulgentie deus totius conſolationis/ te ſupplices deprecamur/ vt famulũ tuũ N. a cunctis peccatorum ſuorum nexibus: et ab his quibus captus tenetur inimicorum ſuorum vinculis/intercedente beata dei genitrice maria ⁊ beatis apoſtolis tuis petro et paulo atq; iohanne benignꝰ abſoluas: emendatumq; paterna pietate ſuſcipias/ ⁊ ad gaudia eterna perducas. Per eundem dñm.

¶ Lectio Actuum apoſtolorũ. xij.

In diebus illis. Egreſſus petrus de carcere/venit ad domum marie matris iohannis/qui cognominatꝰ eſt marcus: vbi erãt multi congregati et orantes. Pulſante autẽ eo oſtiũ ianue: proceſſit puella ad videndũ eum/ noĩe rode Et vt cognouit vocẽ petri: pre gaudio nõ aperuit ianuã: ſed introcurrẽs/nũciauit petrũ ſtare ãte ianuã At illi dixerũt ad eã. Inſanis? Illa aũt affirmabat ſic ſe habere. Gr. Cõſtitues eos pricipes ſuper oẽm terrã: memores erũt nois tui domĩe. V. Pro patribꝰ tuis nati ſũt tibi filij: propterea populi cõfitebũtur tibi. All'a V. Solue iubẽte deo terrarũ petre cathenas. qui facis vt pateãt celeſtia regna beatis. Secũdũ Matheũ. xvj

In illo tẽpore. Venit ieſus in partes ceſaree philippi: ⁊ interrogabat diſcipulos ſuos dicens Quem dicunt homines eſſe filium hois? At illi dixerũt. Alij iohannẽ baptiſtã: alij autẽ helyam: alij vero hieremiam/aut vnũ ex pphetis Dicit illis ieſus. Vos autẽ quẽ me eſſe dicitis? Reſpõdẽs ſymõ petrꝰ dixit. Tu es chriſtus filius dei viui Reſpondẽs autẽ ieſus dixit ei. Beatus es ſymon bariona: quia caro et ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in celis eſt. Et ego dico tibi: quia tu es petrus / et ſup hanc petrã edificabo eccleſiam meam. Et porte inferi/nõ preualebũt aduerſus eam Et tibi dabo claues regni celorũ. Et quodcũq; ligaueris ſuper terram: erit ligatum ⁊ in celis. Et qḋcũq; ſolueris ſup terrã: erit ſolutũ ⁊ in celis. Offr. Cõſtitues eos pricipes ſuper omnẽ terrã: memores erũt nominis tui dñe in omnĩ progenie et generatione. In tẽpore paſchali Alleluya. Secreta.

Hec dñe placationis ⁊ laudis hoſtia famulũ tuũ N. in te confidentẽ/ab oĩbus purget peccatorum ſordibꝰ: et ab inimicorũ ſuorum quibus premitᷣ inſidijs et vinculis ſancte marie et beatorũ apoſtolorum tuoꝛū petri et pauli atqꝫ iohannis pꝛecibus: liberum/innocuum/atqꝫ abſolutum eſſe conſtitue. Per eundem. Cōio. Tu es petr⁹: et ſuper hāc petrā edificabo eccleſiā meā. In tempoꝛe paſcali Alleluya. Poſtcōio.

PReſta queſum⁹ dn̄e: vt hoc munus redēptionis noſtre quod indigni ſumpſimus/famulum tuum N. intercedēte beata dei genitrice maria/et beatis apoſtolis tuis petro et paulo atqꝫ iohāne ab omnibus muniat periculis/et ab anguſtijs quas patit̄ et vinculis/illeſum abire faciat Per eundē

¶ Contra moꝛtalitatem hominū.

SAlus popl̄i ego ſū dicit dn̄s: de quacūqꝫ tribulatione clamauerit ad me exaudiā eos: et ero illoꝝ dn̄s ī perpetuū. In tp̄e paſ. All'a all'a. Ps. Attēdite popule me⁹ legē meā: inclinate aurē veſtram in verba oꝛis mei. Oꝛatio.

DEus qui imminentē niniuitis interitum/ſola miſericoꝛdia remouiſti: quibus vt miſericoꝛs exiſteres/conuerſionis penitentiam pꝛeſtitiſti: reſpice queſumus populū tuum ante conſpectū miſericoꝛdie tue ꝓſtratū: vt quos vnigeniti tui ſanguine redemiſti: non patiaris pꝛopter miſericoꝛdiā tuam/moꝛtalitatis interire ſupplicio. Qui tecum viuit ⁊ regnat de⁹.

¶ Lectio hieremie pꝛophete. xiiij.

SI iniquitates noſtre contenderint contra nos: dn̄e libera nos. Fac queſum⁹ ꝓpter nomē tuū: q̄m multe ſunt auerſiones noſtre. Tibi peccauimus expectatio iſrl': ſaluatoꝛ n̄r in tp̄e tribulationis. Tu aūt in nobis es dn̄e: ⁊ nomen ſanctū tuū inuocatū eſt ſuper nos. Ne derelinquas nos: dn̄e de⁹ noſter. Gr. Pꝛopiti⁹ eſto dn̄e peccatis noſtris: nequādo dicāt gētes: vbi eſt deus eoꝝ. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter: et pꝛopter honoꝛē noīs tui dn̄e libera nos. All'a. V. Dn̄e refugium factus es nobis: a generatiōe et pꝛogenie. ¶ Secundū Lucā. xi.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Petite: ⁊ dabitur vobis. Querite: ⁊ inuenietis. Pulſate: ⁊ aperiet̄ vobis. Oīs eni qui petit accipit: ⁊ qui querit inuenit: et pulſanti aperietur Quis autem ex vobis patrē petit panē: nunq̄d lapidē dabit illi? aut piſcē: nunq̄d pꝛo piſce ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit ouum: nūquid poꝛriget illi ſcoꝛpionē? Si ergo vos cū ſitis mali/noſtis bona data dare filijs veſtris: quātomagis pater veſter de celo/dabit ſpiritū bonū: petentibus ſe. Offer. Sperēt ī te oēs qui nouerūt nomē tuū dn̄e: q̄m non derelinquis querētes te. pſallite dn̄o qui habitat in ſyon: q̄m nō eſt oblitus clamoꝛē pauperū. In tp̄e paſ. All'a. Secre.

ECcleſie tue q̄s oīps deus munus placatus intende: et miſericoꝛdia tua nos potius q̄ ira pꝛeueniat: quia ſi iniquitates noſtras obſeruare volueris: nulla poterit creatura ſubſiſtere: ſed admirabili pietate qua nos feciſti oꝑa manuū tuaꝝ/nō ſinas interire. Per dn̄m. Cōio. Amē dico vobis: quicquid oꝛātes petitis credite: quia accipietis ⁊ fiet vobis. In tempoꝛe paſchali Alleluya alleluya. Poſtcōio.

OMp̄s et miſericoꝛs deus: reſpice populum maieſtati tue ſubiectū: et ne nos furoꝛ ſeuientis moꝛtis īueniat: ſacramētoꝛū tuoꝝ perceptio ſancta ꝓficiat. Per dn̄m

¶ Pꝛo peſte animaliū. Officium.

SAlus populi ego ſum dicit dn̄s/ de quacunq̄ʒ tribulatione clamauerint ad me/ exaudiam eos: et ero illoꝝ dn̄s in perpetuum. In tempoꝛe paſchali Alleluya alleluya. P̄s. Attēdite popule meꝰ legē meā: inclinate aurē veſtrā in verba oꝛis mei. Gl̄ia. Oꝛatio

DEus ꝙ laboꝛibus hoīm etiā de mutis aīalibus ſolacia ſubꝛogaſti: ſupplices te rogamus: vt ſine quibꝰ nō alit̄ humana cōditio: noſtris facias vſibus nō perire Per dn̄m. Ep̄la. Si iniquitates. vt̄s fo. p̄ce. Gr. Pꝛopiciꝰ eſto dn̄e peccatis noſtris: nequādo dicāt gētes vbi eſt deꝰ eoꝝ. ℣. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et pꝛopter honoꝛem noīs tui dn̄e libera nos. Allā. ℣. Dn̄e refugiū factꝰ es nobis/ a gn̄atiōe et pꝛogenie. Euā. Petite ⁊ dabit̄ vo. vt̄s fo. p̄ce. Offr. Sperent in te oēs qui nouerūt nomē tuū dn̄e: qm̄ nō derelīquis querētes te: pſallite dn̄o qui habitat in ſyon/ qm̄ nō eſt oblitꝰ clamorē pauperū. In tp̄e paſ. Allā Secre

SUbueniat nobis dn̄e q̄s ſacrificij p̄ſentis oblatio: que nos et ab erroꝛibus vniuerſis potenter abſoluat: et a totius eripiat perditiōis incurſu: vt et aīalia que vſibus noſtris ſeruiūt: tua potentia liberētur. Per. Cōio. Amē dico vobis quicquid oꝛātes petitis credite quia accipietis ⁊ fiet vobis. In tp̄e paſcali Alleluya alleluya. Poſtcōio.

AUerte dn̄e q̄s per hec ſācta que ſumpſimꝰ/ a tuis fidelibus cūctos miſeratus erroꝛes: et ſeuientiū moꝛboꝛūq̄ʒ graſſatus in animalia depelle perniciē: vt quos ſuo merito flagellas deuios foueas tua miſeratione coꝛrectos. Per dn̄m. ¶ Pꝛo quacūq̄ʒ tribulatione oīa fiāt ſicut ī miſ. pꝛo tribulatiōe coꝛdis: vt̄s cū hac oꝛōne. Oꝛatio.

INeffabilem miſericoꝛdiā tuam nobis dn̄e clementer oſtēde: vt ſimul nos ⁊ a peccatis oībꝰ exuas: et a penis quas pꝛo his meremur benignus eripias. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filium tuū. Secreta.

SAcrificia tibi dn̄e immolanda q̄s coꝛda nr̄a purificent et indulgentie tue nobis dona concilient: et de aduerſis pꝛoſpera ſentire perficiant. Per do. Poſtcōio.

QUos celeſti munere dn̄e reficis diuina tuere virtute: vt tuis myſterijs perfruentes: nulla ſubdantur aduerſis. Per dn̄m noſtrum. ¶ Pꝛo amico. Oꝛatio.

DEus ꝙ iuſtificas impium ⁊ non vis moꝛtē peccatoꝝ: maieſtatē tuā ſuppliciter depꝛecamur: vt famulū tuū N. de tua miſericoꝛdia confidentē/ celeſti pꝛotegas benignus auxilio: et aſſidua pꝛotectione cōſerues: vt tibi iugiter famuletur: ⁊ nullis tēptationibus a te ſeparet̄. Per. Secreta.

HUius queſumus domine virtute myſterij/ et a pꝛopꝛijs nos munda delictis: et famulum tuum N. ab oībus abſoluas peccatis. Per dominum. Poſtcōio.

Purificent nos quesumꝰ dñe ſacramenta que ſumpſimꝰ et famulum tuum N ab omni culpa liberum eſſe concede: vt qui conſcientie ſue reatu conſtringitur: celeſtis remedij plenitudine glorietur. Per dominum noſtrum.

¶ Pro infirmo primo morti. Oro

Omnipotēs ſempiterne deus ꝯſeruator aīarū: q̄ quos diligis corripis: et quos recipis / pie ad emēdationē coherces te inuocamus dñe: vt medelā tuā conferre digneris: et vt aīa famuli tui in hora exitꝰ illius de corpore abſq₃ pctī macula per manus ſanctorū angelorū tuorū tibi repreſentari mereatur. Per dñm. Secreta

Adeſto q̄s dñe ꝓ pietate tua ſupplicationibꝰ noſtris / et ſuſcipe hoſtiam quam tibi offerimus pro famulo tuo / ſalutē non corporis ſed anime ſue petenti: preſta ei quesumꝰ indulgentiā omniū iniquitatū ſuarū: vt per hoc quod tibi offerimꝰ ſacrificium / a ſanctis angelis eius aīa ſuſcepta: ad tue glorie regnum peruenire mereat̄. Per dominum. Poſtcōio.

Gratias tibi agimꝰ dñe refecti ſalutaribus ſacramētis quibus aīas in te ſperantiū ſatiare cōſueuiſti: et cōfiſi de pietate tua ſupplici deuotione ꝑcamur: vt miſereri digneris famulo tuo / ne preualeat aduerſꝰ eum inimicꝰ in hora exitus illiꝰ de corpore: ſed trāſitū habere mereat̄ ad vitā. Per. d.

¶ Pro iter agentibus. Oratio.

Adeſto dñe ſupplicationibꝰ noſtris: et viam famulorū tuorum in ſalutis tue ꝓſperitate diſpone: vt inter oēs vie ⁊ vite huius varietates: tuo ſemꝑ ꝓtegant̄ auxilio. Per dñm. Secreta.

Propiciare dñe ſupplicationibus noſtris: et has oblatiōes quas tibi offerimꝰ pro famulis tuis benignꝰ aſſume. vt viam illorū et precedente gratia tua dirigas et ſubſequēte comitare digneris vt de actu atq₃ īcolumitate eorū ſecūdum miſericordie tue preſidia gaudeamus. Per. Poſtcōio.

Sumpta quesumus dñe celeſtis miſterij ſacramenta: ad proſperitatem itineris famulorum tuorum proficiant: et eos ad ſalutaria cuncta perducant. Per dominum. ¶ Pro [illegible] Oratio.

Deus omniū fideliū paſtor et rector / famulū tuum N. quē paſtorē eccleſie tue preeſſe voluiſti / propitius reſpice: da ei quesumus verbo et exemplo quibus preeſt proficere / vt ad vitam vna cum grege ſibi credito / ꝑueniat ſempiternam. Per. Secreta.

Oblatis quesumꝰ dñe placare muneribus: et famulum tuum N quem paſtorē populo tuo eſſe voluiſti: aſſidua protectiōe guberna. Per dominū. Poſtcōio.

Hec nos q̄s dñe diuini ſacramenti perceptio protegat / et famulū tuum N. quem paſtorem eccleſie tue eſſe voluiſti: vna cū commiſſo ſibi grege ſaluet ſemꝑ ⁊ muniat. Per. ¶ Pro epiſcopo. Oratio

Rege quesumꝰ dñe famulū tuū N. pontificē noſtrum et intercedēte beata dei genitrice maria cum omnibꝰ ſanctis tuis / gratie tue in eo dona multiplica / vt ab omnibus liberetur offenſis: et tēpoꝛalib⁹ non deſtituat auxilijs / et ſempiternis gaudeat inſtitutis. Per dominū. Secreta.

Suſcipe queſumus dn̄e tibi munus oblatū: ⁊ intercedēte beata dei genitrice maria cum omnib⁹ ſanctis tuis / famulū tuū N. pontificē noſtrum / tua pꝛopici⁹ vbiqꝫ miſeratione cōſerua: atqꝫ ab omnibus quas meretur aduerſitatibus redde ſecurum: vt trāquillitate percepta / ab omniū viſibiliū ⁊ inuiſibiliū inimicoꝛum inſidijs liberatus: deuota tibi mente deſeruiat. Per eundem. Poſtcōio.

Subiectum tibi famulū tuū N. pōtificem noſtrū queſumus dn̄e interceſſione beate dei genitricis marie / cum oībus ſanctis tuis pꝛopiciatio celeſtis amplificet vt et pꝛeſentis vite periculis exuatur: et perpetuis donis firmetur. Per d.

¶ Itē ꝓ epiſcopo. Alia oꝛo

Concede queſumus domīe famĺo tuo epiſcopo noſtro: vt pꝛedicando et exercendo que recta ſunt / exemplo bonoꝛum operum / animas ſuoꝛum iſtruat ſubditoꝛum: et eterne remunerationis mercedem a te piiſſimo paſtoꝛe percipiat. Per do. Secreta.

Munera noſtra queſum⁹ domine placatus ſuſcipe: ⁊ famulum tuum epiſcopum noſtrū / gregemqꝫ ſibi cōmiſſum benign⁹ ſemper et vbiqꝫ miſericoꝛditer pꝛotege. Per dominum. Poſtcōio.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine: et famulum tuum epiſcopū noſtrū / cōmiſſum ſibi gregē / benigna queſum⁹ pietate conſerua. Per dominū noſtrū.

¶ Pꝛo pꝛelatis et ſubditis. Oꝛo.

Omnipotens ſempiterne deus: qui facis mirabilia magna ſolus: pꝛetende ſuper famulos tuos pontifices / et ſuper cunctas congregationes illis commiſſas / ſpiritum gratie ſalutaris: et vt in veritate tibi complaceant: perpetuum eis roꝛem tue beneditionis infunde. Per. Secreta.

Hoſtias queſumus domine famuloꝝ tuoꝛum placatus intēde: et quas in honoꝛe nominis tui deuota mente celebꝛamus: pꝛoficere ſibi ſentiant ad ſalutem. Per dominum noſtrū. Poſtcōio.

Quos celeſti recreas munere dn̄e perpetuo comitare pꝛeſidio: et quos fouere non deſinis / dignos fieri ſempiterna redēptione concede. Per dominum.

¶ Itē pꝛo ſeipſo nō ſarū. Oꝛatio.

Suppliciter te deus pater oīpotens qui es creatoꝛ omnium rerum depꝛecoꝛ: vt dū me famulum tuum coꝛam oīpotētia maieſtatis tue grauiter deliq̄ſſe confiteoꝛ: manum michi miſericoꝛdie tue poꝛrigas: quatinus dū ego hanc oblationē tue pietati pꝛo peccatis meis offero: quod nequiter cōmiſi / tu clementiſſime digneris abſoluere. Per eundē. Secreta

Deus miſericoꝛdie / deus pietatis / deus indulgentie: indulge queſo / et miſerere mei ſerui tui: vt ſacrificium quod pꝛo peccatis meis offero / benigne digneris ſuſcipere / et peccata que labentib⁹ vicijs contraxi: pius et pꝛopicius ac miſeratus indulgeas: et loci pe nitētie/ac flumina lachrymarū michi concedas: vt veniā a te merear accipere delictorū. Per. Poſtcōio.

DEus qui es viuorum ſaluator omniū: qui nō vis mortem peccatorum: nec letaris in perditiōe morientiū: te ſuppliciter deprecor: vt cōcedas mihi veniā delictorū meorū: vt admiſſa defleā ⁊ poſtmodū non admittā: vt cū michi extrema dies finiſqꝫ vite mee aduenerit emendatū a delictis oībus/me angelus ſāctitatis ſuſcipiat. Per do.

¶Pro tēptatione carnis. Oratio.

VRe igne ſancti ſpiritus renes noſtros et cor noſtrum domie: vt tibi caſto corpore ſeruiamus: ⁊ mundo corde placeamus. Per dn̄m. In vnitate eiuſd.

DIrumpe domine Secreta.
vigne ſancti ſpiritus vincula peccatorum noſtrorum: et vt ſacrificare tibi hoſtiam laudis abſoluta libertate/ac mūda mente poſſimus: retribue que aute tribuiſti: ⁊ ſalua nos per indulgentiā/quos dignatus es ſaluare per gratiam. Per dominum. In vnitate eiuſd.

DOmine deus ad Poſtcōio.
iutor et protector noſter: adiuua nos per virtutem ſancti ſpiritus/tua ſancta ſumentes: vt refloreat caro noſtra vigore pudicicie et ſanctimonie nouitate: ereptamqꝫ de manu tartari/in reſurrectionis gaudio/iubeas preſentari. Per dominum. In vnitate eiuſdem.

¶Cōtra malas cogitatiōes. Orō.

OMnipotēs mitiſſime deus reſpice propicius preces noſtras: ⁊ libera corda noſtra de malarum cogitationū temptatione: vt ſancti ſpirit⁹ dignum fieri habitaculū mereamur. Per dominum. In vnitate eiuſ. Secreta

HAs tibi domine deus offerimus oblationes/pro ſalute noſtra ſꝑantes vt animas noſtras ſpirit⁹ ſancti gratia illuminare digneris. quatinus a cogitatiōibus malis tua pietate liberemur. Per dn̄m. In vnitate eiuſd. Poſtcōio.

PEr hoc queſum⁹ dn̄e ſacrificium quod tue obtulim⁹ maieſtati/ab oībus corda noſtra emūda tēptationibus: vt gratia ſancti ſpiritus digni efficiamur. Per dominum. In vnitate eiuſdem.

¶Pro petitiōe lachrimarū. Orō.

OMnipotēs et miſericors deus: qui ſitienti populo fontem viuentis aque de petra produxiſti: educ de cordis noſtri duricia compunctionis lachrimas/vt peccata noſtra plāgere valeamus: remiſſionēqꝫ eorū te miſerante accipere mereamur. Per. Secreta.

HAnc oblationē quā tue maieſtati dn̄e pro peccatis noſtris offerimus reſpice propici⁹: et produc de oculis noſtris/copioſa lachrimarū flumina/q̄bus debita flāmarū incēdia valeamus extinguere. Per dominum. Poſtcōio.

COrpore et ſanguine tuo domine ſaginati queſumus: vt pro peccatis noſtris compunctionem cordis et luctum: fluminaqꝫ lachrimarum nobis ſemper largiaris: quatinus celeſtem in futuro cōſolationem/inuenire mereamur Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus.

¶Contra aereas tēpeſtates. Orō.

ADomo tua queſumus domine ſpiritales nequicie repellantur: ⁊ aerearum diſcedat malignitas tempeſtatū. Per

Secreta.

OFferimus tibi domine laudes et munera pꝛo conceſſis beneficijs gratias referētes: et pꝛo concedendis ſuppliciter depꝛecātes. Per dominum noſtrū In vnitate eiuſdem.

Poſtcōio.

OMnipotens ſempiterne deus: qui nos et caſtigādo ſanas/ et ignoſcendo conſeruas: p̄ſta ſupplicibus tuis: vt et tranquillitate optate conſolationis letemur/ et dono tue pietatis ſemꝑ vtamur. Per dominum. In vnitate eiuſd.

¶ Cōtra inuaſoꝛes eccleſie. Oꝛatio

COncede nobis omnipotēs et mitiſſime deꝰ: apud quē nulla eſt iniquitas: vt qui huius ſanctuarij tui poſſeſſionem diripiendo inuadunt: celeri ſatiſfactione coꝛrigantur. Per dominum

Secreta.

HOſtias tibi dn̄e placationis et laudis offerimus poſtulantes: vt quos inimicꝰ ad inuadēdam ſanctuarij tui poſſeſſionem/ ſuadēdo attraxit: tu miſerando coꝛrigas. Per dominum. noſtrum. In vnitate.

Poſtcōio.

PReces noſtras queſumꝰ domine placatꝰ exaudi: et quod de inimicis et raptoꝛibꝰ eccleſie tue ſancte depꝛecamur: conſuete miſericoꝛdie velocitate perficere non deſinas. Per dominum noſtrum.

¶ Pꝛo nauigantibus. Oꝛatio.

DEus qui trāſtuliſti patres noſtros per mare rubꝛum: et tranſuexiſti eos per aquā nimiam: laudem tui nominis decantātes te ſupplices depꝛecamur: vt nauigātes famulos tuos repulſis aduerſitatibus/ curſu tranquillo in poꝛtum deſideratum perducere digneris. Per dominū.

Secreta

SVſcipe q̄s dn̄e pꝛeces populi tui cū oblationibꝰ hoſtiarū: et famulos tuos in noīe tuo nauigantes: ab oībus defende pꝛopiciatus aduerſis. Per.

Poſtcōio

SAnctificati diuino myſterio maieſtatē tuam domine ſuppliciter exoꝛamus: vt nauigantes famulos tuos in te cōfidētes: per lignū ſancte crucis/ a cunctis ꝑtegas benignꝰ ꝑiculis. Per.

¶ Pꝛo bn̄factoꝛibus ⁊ ſalute viuoꝛum. Oꝛatio

PRetende domine famulis et famulabus tuis/ dexterā celeſtis auxilij: vt te toto coꝛde perquirant: et que digne poſtulant aſſequantur. Per do.

Secreta

PRopiciare dn̄e ſupplicationibus nr̄is: et has oblationes famuloꝛū famularūq; tuarū/ quas tibi pꝛo incolumitate eoꝛū offerimus/ benignꝰ aſſume: et vt nullius ſit irritum votum: nullius vacua poſtulatio: pꝛeſta q̄s: vt quod fideliter petimus/ efficaciter conſequamur. Per dn̄m.

Poſtcōio.

DA famulis ⁊ famulabꝰ tuis queſumꝰ dn̄e in tua fide et ſinceritate cōſtantiam: vt in caritate diuina firmati/ nullis tēptationibus/ ab eius integritate vellantur. Per dominum noſtrum.

¶ Contra aduerſantes. Oꝛatio.

HOſtium noſtroꝛum queſumus domine elide ſuperbiā et dextere tue virtute pꝛoſterne: vt iuſticie non dominetur niquitas: ſed ſemper ſubdatur falſitas veritati. Per do. Secreta.

Huius q̄s dn̄e virtute myſterij: et a noſtris mundemur occultis: ⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dominum. Poſtcōio.

Purificet nos q̄s dn̄e participatio tui ſancta myſterij: ⁊ pariter nobis expiationē tribuat: et munimen. Per dominū noſtrū.

¶ De ſanctis katherina margareta et maria magdalena. Oratio.

Deus qui ſacratiſſimis virginibꝰ tuis katherine ⁊ magarete per martyrij palmā ⁊ beatiſſime marie magdalene/criminum veniam conceſſiſti: concecede propitius: vt earum interuenientibus meritis et precibus: et caſtitatis gratia decorari / et a peccatorum noſtrorum nexibus mereamur abſolui. Per dn̄m. Secreta.

Gratum tibi dn̄e ſit munus oblatum: et vt tibi digne miniſtrare poſſimus / ſacre virgines katherina et margareta nobis mētium puritatē: et beata maria magdalena ſalutarē nobis obtineāt copunctionem. Per dn̄m. Poſtcō.

Celeſti alimonia vegetati q̄s oṗs deus: vt ſanctarū virginum tuarū katherine/margarete et beate marie magdalene meritis intercedentibus: et tibi caſto corpore ſeruire/et tue dilectioni valeamꝰ iugiter adherere. Per dominum.

¶ Pro febricitantibus mēo. de ſcō Sigiſmūdo rege et martyre iacente in ciuitate ſubdūnenſi. Oratio.

Omnipotēs ſēpiterne deꝰ qui per ſāctos apoſtolos et martyres tuos: diuerſa ſanitatū dona largiri dignatus es/ da q̄s: vt famulū tuū N. qui a febriū vexatione fatigatur: per interceſſionē famuli tui ſigiſmūdi regis et martyris / tua medicina erigas ad ſalutem: et ad ſanitatē priſtinā clementer reuocare digneris. Per.

Offerimus tibi dn̄e Secreta. munera ſancta/in noīe electi tui ſigiſmundi regis et martyris: vt a preſenti egroto febrium ardores repelli iubeas/et ex inde tuo ſēper muniaꝛ auxilio. Per. Poſtcōio

Oṁps ſempiterne deus: qui dediſti miniſtris tuis obtinere oīa que iuſte precantur: ſuſcipe propicius preces noſtras/quas pro famulo tuo N. in honore beati ſigiſmundi regis et martyris tui deferimꝰ: ⁊ quod pro eo deuotis mētibus obſecramꝰ: celeri indulgentia cōſequi mereamur. Per dominum

¶ Contra Paganos. Oratio.

Sempiterna trinitas vnus deus cuius potentie eſt proſternere fortia/ ⁊ eleuare humilia: in his ſacris cerimonijs/ clementiam tuam ſuppliciter deprecamur: vt omni eccleſie tue preſtes auxilium/et ſicut liberaſti filios iſrael de manibus egyptiorum: ita libera populum tuum chriſtianū de oppreſſione paganorum/ ⁊ da victoriam ſeruis tuis: quatenꝰ eccleſie tue ſtatus erigatur in ſublime: et infideles per fidem deiciātur ad infima: vt chriſtiani gaudeant de hereditate tua: et in omnibus tua protegente dextera/ſemper catholica gratuletur eccleſia. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Secreta

OMp̄s ſempiterne deus: noſtras ĩdignas ſuſcipe pꝛeces et in ſacris libaminibus que pꝛeramur intende: et ſicut moyſi et aarõ aſfuiſti in egypto / ita nobiſcũ eſſe dignare / et cum omni exercitu chꝛiſtianoꝛum / liberans eos de tyꝛannoꝛum iugo. Per dominũ. Poſtcõ.

QUos celeſti domine dono ſatiaſti: pꝛeſta queſumus / vt a noſtris mundemur occultis: ⁊ ab hoſtium liberemur ĩſidijs: vt te opitulante / de tuo mereamur ſolatio gratulari. Per dominum noſtrũ.

¶ De incarnatione domini. Oꝛo.

COꝛda noſtra queſumus domine ſanctus ſplendoꝛ filij tui incarnationis / natiuitatis / paſſionis / reſurrectionis / aſcenſionis / et aduentus ſpiritus ſancti / clementi reſpectu illuſtret: quo mũdi huius tenebꝛis carere valeam⁹ / et ipſo ducente perueniam⁹ ad patriam claritatis eterne. Per eundẽ eiuſdem ſpiritus. Secreta.

IN mentibus noſtris queſumus domine vere fidei ſacramẽta cõfirma: vt qui cõceptum de virgine deũ verũ et hominẽ cõfitemur. per eiuſdẽ ſalutifere incarnationis / natiuitatis / paſſionis reſurrectionis / aſcenſionis / et aduentus ſancti ſpiritus potentiam / ad eternã patriam mereamur peruenire. Per eundem eiuſdem. Poſtcõio.

PReſta q̃s om̄ps deus: vt qui filij tui dñi noſtri ieſu chꝛiſti incarnationis / natiuitatis / paſſionis / reſurrectionis / aſcenſionis: et aduentus ſpiritus ſancti / memoꝛiam debita veneratione laude percolimus: ipſi per eiuſdẽ ſancti ſpirit⁹ gratiam / a moꝛte anime reſurgamus / et in tua ſanctificatione ſemper viuamus. Per eundem eiuſdẽ

¶ Pꝛo penitentibus. Oꝛatio.

EXaudi queſumus dñe ſupplicum pꝛeces: et confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Per dñm.

HOſtias tibi dñe. Secreta placationis offerimus obſecrantes: vt et delicta noſtra miſeratus abſoluas et nutantia coꝛda tu dirigas. Per dominum. Poſtcõio.

PReſta nobis eterne ſaluatoꝛ vt percipientes hoc munere veniam peccatoꝛum / deinceps peccata vitemus. Per do. ¶ In tp̄e paſcali ad memo. de reſurre. Oꝛatio.

DEus qui per vnigenitum tuum eternitatis nobis aditũ deuicta moꝛte reſeraſti: vota noſtra que pꝛeueniendo aſpiras etiam adiuuando pꝛoſequere. Per

SUſcipe queſumus Secreta domine pꝛeces populi tui cũ oblationibus hoſtiarum: vt paſcalibus initiate myſterijs: ad eternitatis nobis medelam te operante pꝛoficiant. Per dominũ. Poſtcõio.

SPiritum in nobis domine tue caritatis ĩfunde: vt quos ſacramentis paſchalibus ſatiaſti: tua facias pietate concoꝛdes. Per dominum eiuſdem.

¶ De oib⁹ ſctis p̄ totũ ãnũ. Oꝛo.

COncede queſumus omnipotens deus: vt interceſſio ſancte dei genitricis marie ſãctarumq; oĩm celeſtium virtutũ et btõꝝ patriacharũ / pꝛophetarum / apoſtoloꝝ / euãgeliſtaꝝ martyꝝ cõ feſſorũ/atqꝫ virginũ: et oĩm electorũ tuorũ nos vbiqꝫ letificet: vt dũ eorum merita recolimus: patrocinia ſentiamus. Per eũdẽ. Secreta

Oblatis dñe placare muneribus: et intercedente beata et glorioſa ſemperqꝫ virgine dei genitrice maria cum omnibus ſanctis tuis: a cunctis nos defende periculis. Per eundem dñm. Poſtcõio.

Sumpſimꝰ dñe beate dei genitricis ſemperqꝫ virgis marie: et omnium ſanctorum tuorum memoriã recolẽtes/ ſacramẽta celeſtia: preſta q̃s/ vt quod tẽporaliter gerimus: eorꝫ precibus adiuti/ eternis gaudijs conſequamur. Per.

¶Pro vniuerſali eccleſia. Oratio.

Eccleſie tue domine preces placatꝰ admitte: vt deſtructis aduerſitatibus et erroribus vniuerſis: ſecura tibi ſeruiat libertate. Per eundẽ. Secreta.

Protege nos domine queſumus tuis myſterijs ſeruientes: vt diuinis rebus inherẽtes: et corpore tibi famulemur ⁊ mẽte. Per Poſtcõio

Queſumꝰ dñe deus noſter: vt quos diuina tribuis participatiõe gaudere: humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per dñm. ¶Pro pace. Oratio.

Deus a quo ſancta deſideria recta conſilia/ et iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: vt et corda noſtra mandatis tuis dedita: et hoſtium ſublata formidine/ tempora ſint tua protectione tranquilla. Per dñm. Secreta.

Deus qui credentes in te populos nullis ſinis concuti terroribus: dignare preces et hoſtias dicate tibi plebis ſuſcipere: vt pax tua pietate conceſſa/ chriſtianorum fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. Per dominũ. Poſtcõio.

Deus auctor pacis ⁊ amator quem noſſe viuere/ cui ſeruire regnare eſt: protege ab omnibꝰ impugnationibus ſupplices tuos: vt qui in defenſiõe tua cõfidimus: nulliꝰ hoſtilitatis arma timeamꝰ. Per. ¶Pro Rege et Regina. Orõ

Deus in cuiꝰ manu ſunt corda regum: qui es humiliũ conſolator et fidelium fortitudo: et protector omniũ in te ſperantium: da regi noſtro N. et regine noſtre N. populoqꝫ chriſtiano triumphum virtutis tue ſcienter excolere: vt per te ſemper reparentur ad veniam. Per dñm. Secreta

Suſcipe q̃s dñe preces ⁊ hoſtias eccleſie tue/ quas pro ſalute famuli tui regis noſtri et regine ⁊ protectione fidelium populorum tue maieſtati offerimus: ſupplicãtes vt antiqua brachij tui te operãte miracula/ ſuperatis inimicis: ſecura tibi ſeruiat chriſtianorum libertas. Per dominum. Poſtcõio.

Preſta q̃s oꝑs deꝰ: vt per hec myſteria ſancta que ſumpſimus/ rex noſter ⁊ regina/ populꝰqꝫ chriſtianꝰ ſemꝑ rationabilia meditantes: que tibi placita ſunt/ et dictis exequantur et factis. Per dñm

Ordo ad faciendũ ſpõſalia. Queritur/ quando poteſt matrimonium ſolemnizari. In principio dico/ ꝙ carnalis copula non eſt facienda ante benedictionem ſuper nubentibus: et in

[illegible] deus qui beatissimam virginem et matrem mariam in [illegible]
[illegible] per [illegible] et Jonam prophetam de ventre ceti
[illegible] liberasti famulos tuos [illegible] maria regina [illegible]
[illegible] et [illegible] ea in salvacione tua ut plebs in ea
[illegible] ad [illegible] perducat et [illegible] ad [illegible] laudem
[illegible]

festis solemnibus abstinendū est a carnali copula: et hec est ratio quare in certis temporibꝰ prohibet̃ solēnitas matrimonij: non tñ cōsensus. tamē si solemnitas adhibeat̃: non retractet̃ matrimoniū. Et sic nota tpa / in quibus nō est licitū solemnizare matrimoniū. Uñ versꝰ.

Aspiciens: veterē: circū: qua: quis: benedicta: **Aspiciēs** videlicet in prima dñica aduen. dñi / abstinēdum est a nuptijs: et ab hinc vsqꝫ **Veterem hominē**. idest octa. diem post fe. epyphanie inclusiue: idest in crastinū octa. Scdm tempus abstinēdi a nuptijs est a **Circumdederunt** / idest in dñica lxx. ꝫ ab hic vsqꝫ **Quasi modo geniti**. i. octa. diem pasce inclusiue. i. vsqꝫ i crastinum: et vocatur illa dies dñica in albis Item abstinendū est a nuptijs in die lune in secunda fe. in rogationibus: et ibi legitur euāgeliū **Quis vestrū** et ab hinc vsqꝫ **Bñdicta.** post octa. pentheco. inclusiue: idest vsqꝫ in crastinū trini. titulo de ferijs. c. **Capellanus** per hosti. In alijs vero temporibus anni: licite potest fieri solēnitas nuptiarū. xxxij. q. iiij. c. **Nō oportet** ij. et. iij. glosa extra de ferijs **Capellanus** in glosa hosti. in libro iiij. sent. distin. xxxij. c. vltio.

¶ De modo solemnizādi spōsalia

Statuantur vir et mulier ante hostium ecclesie siue in faciē ecclesie coram deo et sacerdote et populo: vir autē stet a dextris mulieris: mulier autē a sinistris viri: causa est quia formata est ex costa sinistri lateris Ade. Tunc sacerdos interroget bāna: et postea dicat in lingua materna cunctis audientibꝰ. **Ecce conuenimus hic fratres corā deo et angelis eius / ꝫ omnibus sanctis in facie ecclesie ad cōiungendū duo corpora scz hujꝰ viri et hujꝰ mulieris.** Hic respiciat sacerdos ꝑsonas suas vt amodo sint vnū corpus: et due anime sint in fide et in lege dei: ad promerendā simul vitam eternam et quicquid ante hec fecerint. Deinde fiat admonitio ad ppłm i ligua materna sic. **Admoneo vos oēs per patrem et filium: et spiritum sanctum: vt si quis ex vobis est qui sciat aliquid / quare isti adolescentes legittime cōtrahere non possūt modo cōfiteatur.** Eadem monitio fiat ad virū ꝛ mulierē: vt si quid ab illis actum fuerit occulte vel si quid deuouerint / vel aliquo modo de se nouerint: quare legittime contrahere non poterint / tunc confiteant̃. Si vero aliquis inpedimentū aliquod proponere voluerit: et ad hoc probandū cautionem p̄stiterit: differantur sponsalia / donec rei veritas cognoscatur. Si vero nullum impedimentū proponere voluerint iterroget sacerdos dotem mulieris Non fidabit sacerdos neqꝫ cōsentiat ad fidationē inter virū et mulierem ante tertiū edictū bānoꝝ: ꝫ bāna debēt iterrogari per tres dies solēnes ꝫ disiūctas: ita vt inter vnū quēqꝫ diē solemnē cadat ad minus vna dies ferialis. Post hec dicat sacerdos ad virum cunctis audiētibꝰ in lingua materna **N. vis habere hanc mulierē in sponsam et eā diligere et honorare: tenere et custodire sanā et infirmā / sicut sponsus debet spōsam: et oēs alias propter eam dimittere / et illi soli adherere**

[illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] et ab [illegible]

ꝙdiu vita vtriuſq; veſtrũ durauerit. Rñdeat. Volo. Item ſacerdos ad mulierem. N. vis habere hunc virum in ſponſum/et illi obedire ⁊ ſeruire / et eum diligere et honorare/ac cuſtodire ſanum ⁊ infirmũ ſicut ſponſa debet ſpõſũ: ⁊ oẽs alios preter eum dimittere/et illi ſoli adherere ꝙdiu vita vtriuſq; veſtrum durauerit. Rñdeat. Volo. Deinde det femina a patre ſuo vel ab amico: que ſi puella eſt: diſcoopertã habeat manũ: ſi vidua/ tectã: quam vir recipiat in dei fide et ſua ſeruandam ſicut vouit corã ſacerdote ⁊ teneat eam per manũ dexterã in manu ſua dextra. Et ſic vir det fidem mulieri per verba de p̄ſenti ita di. (ſa. docẽ. I N. take the. N. to my vueddyd vuyf to haue and to holde fro thys day vvafor beter / for vvorſe for rycher/for porer: in ſykeneſſe and in helthe tyl deth vs departe yͤ holy chyrch vvol it ordeyne and ther to I plycht the my trouth manũ retrahẽdo. Deinde dicat mu. ſa. do. I N. take the. N. to my vveddyd huſbõde to haue ⁊ to holde for thys day for bether / for vvurs for for richer / for porer / in ſykeneſſe and hin elthe to be bonvvr and burum: in bed ⁊ at bord: tyll deth vs departe yͤ holy chyrche vvol it ordeyne: and ther to I plyche te my throute. manum retrahẽdo. Deinde ponat vir aurum: vel argentum et annulũ ſuper ſcutũ vel librum: et tunc querat ſacerdos ſi annulus antea fuerit benedictus vel non: ſi dicatur ꝙ nõ: tunc bñdicat ſacerdos anulũ hoc mõ. Dñs vo. Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oratio.

CReator et cõſeruator humani generis dator gratie ſpiritalis largitor eterne ſalutis tu domine mitte bñ ✠ dictionẽ tuã ſup hunc anulum vt que illum geſtauerit: ſit armata virtute celeſtis defenſionis: et proficiat illi ad eternã ſalutẽ. Per chriſtum dñm noſtrũ. ℟. Amen. Oremus. Oratio.

BEnedic dñe hunc anulũ quẽ nos in tuo ſancto noĩe bñdicimus: vt quecũq; eũ portauerit: in tua pace conſiſtat et in tua voluntate permaneat: et in amore tuo viuat et creſcat et ſeneſcat et multiplicetur in longitudinẽ dierum. Per.

Tunc aſpergatur aqua benedicta ſuper anulum. Si autem antea fuerit anulus ille bñdict⁹: tunc ſtatim poſtꝙ vir poſuerit anulũ ſup librũ accipiẽs ſacerdos anulũ tradat ipſũ viro: quẽ vir accipiat manu ſua dextera: cum tribus p̄ncipalib⁹ digitis a manu ſua ſiniſtra tenẽs dexteram ſponſe: docente ſacerdote dicat. vvith thys ryng I the vvedde ãd thys gold and ſiluer I the geue: and vvyth my body I the vvorſcype ãd vvyth all my vvordly catell I the honore. Et tunc p̄ferat ſpõſus anulũ pollici ſponſe dicẽs. In noĩe patris: ad ſecũdũ digitum: et filii: ad tertium digitum: et ſpirit⁹ ſcti: ad quartũ digitũ: Amen. et ibi dimittat eũ ſcḋm decretũ. xxx. q. v. c. Femine: ad finẽ: quia in illo digito eſt quedã vena p̄cedẽs vſq; ad cor: et in ſonoritate argẽti deſignatur interna dilectio: q̃ inter eos ſemp̄ dꝫ eſſe recẽs. Tũc inclinatis capitib⁹ eorum dicat ſacerdos bñdictionẽ ſup eos.

Benedicti ſitis a domino qui fecit

Adesto supplicationibus [illegible] et famula tua [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] mundū ex nichilo. Reſpōdet Amē

Tunc dicatur iſte Pſalmus.

MAnda deꝰ virtutē tuã: cõfirma hoc deꝰ qđ operatus es in nobis. A tēplo tuo qđ eſt in hieruſalē tibi offerēt reges munera. Increpa feras arundinis cõgregatio taurorū in vaccis populorū: vt excludãt eos q̄ probati ſūt argēto. Gloria patri. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſõ. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos. Benedicamꝰ patrē et filiū cū ſancto ſpiritu. Laudemus et ſuperexaltemꝰ eū i ſecła. Laudemꝰ dñm quē laudãt angeli. Quem cherubin et ſeraphin ſanctꝰ ſctūs ſctūs proclamãt. Dñe exaudi. Et clamor meus. Dominus vobiſcum. Et cū ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus abraham/ deus iſaac/ deus iacob ſit vobiſcū/ ⁊ ipſe vos coniūgat: impleatqꝫ bñdictionem ſuam in vobis. Qui viuit et reg. deꝰ. Per omnia ſecula ſeculorū Amē. Alia orõ cū Oremꝰ Oratio.

BEne ✠ dicat vos deus pater cuſtodiat vos ieſus chriſtus illuminet vos ſpūs ſctūs: oſtēdatqꝫ dñs faciem ſuam in vobis/ ⁊ miſereat veſtri: conuertat vultū ſuū ad vos et det vobis pacem: impleatqꝫ vos omni bñdictione ſpirituali in remiſſionē peccatorū veſtrorū: vt habeatis vitã eternã/ ⁊ viuatis in ſecła ſeculorū. ℞. Amen. Hic intrēt in eccleſiã vſqꝫ ad gradū altaris ⁊ ſacerdos in eūdo cū ſuis miniſtris dicat pſalmū Beati oēs. ſine nota cum Glĩa patri. et Sicut erat. Kyrieleſ. Chriſte eleyſõ. Kyrie eleyſõ. Tunc proſtratis ſpōſo ⁊ ſpōſa ante gradū altaris: roget ſacer. circūſtãtes orare ꝓ eis dicēs. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera nos. Saluū fac ſeruum tuū: et ancillã tuã. Deus meus ſperãtes in te. Mitte eis domine auxilium de ſancto. Et de ſyon tuere eos Eſto eis domine turris fortitudinis A facie inimici. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcū. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

BEnedicat vos dñs ex ſyon: vt videatis que bona ſūt hieruſalem omnibus diebus vite veſtre: et videatis filios filiorum veſtrorum et pacem ſuper iſrael. Per chriſtum. Oremus Oratio.

DEus abraham/ deus iſaac/ et deꝰ iacob: bene ✠ dic adoleſcentes iſtos: ⁊ ſemina ſemen vite eterne in mentibus eorum: vt quicquid pro vtilitate eorum didicerint hoc facere cupiant. Per ieſum chriſtum filium tuum recuperatorē hominum. Qui tecum. ⁊c. Reſpondetur Amen. Oremus. Oratio.

REſpice dñe de celis: ⁊ bene ✠ dic cõuentionē iſtam: ⁊ ſicut miſiſti ſctm̄ angelū tuū raphaelē/ ad thobiã et ſarã filiã raguelis: ita digneris domine mittere bene ✠ dictionē tuã ſuper iſtos adoleſcentes vt in tua voluntate permaneãt/ et in tua ſecuritate cõſiſtãt: et in amore tuo viuãt et creſcãt/ et ſeneſcãt/ et digni atqꝫ pacifici fiant: ⁊ multiplicentur in lõgitudinē dierum. Per chriſtum dñm. Oremus. Oratio.

REſpice dñe propicius ſuper hunc famulum tuum: et ſuper hanc famulã tuã: vt i noīe tuo bene ✠ dictionē celeſtē accipiãt: ⁊ filios filiorum ſuorū ⁊ filiarum ſua-

Deus qui hoc Regnum ad Catholice Ecclesie unitatem [illegible] et obedientiam
[illegible] infelicitate alienatum ad eandem sub philippo et maria regibus [illegible]
Pontificis et eiusdem apostolice legatum totius Regni [illegible]
[illegible] privilegiis [illegible] Concede [illegible] ut tandem [illegible]
[illegible] vere [illegible] cultor et Catholice ecclesie unitati [illegible]
[illegible]

Miſſa ſponſalium

Secreta
[illegible]

rum vſqꝫ in tertiam et quartā pro
geniem incolumes videant: et in
tua voluntate ſemper perſeuerent
et in futuro ad celeſtia regna perue
niant. Per chriſtū. Oremus. Ora.
Omnipotens miſericors deus qui pri
mos parentes noſtros adā et
euam ſua virtute creauit: et ſua ſā
ctificatione copulauit: ipſe corda et
corpora veſtra ſancti ✠ ficet et be
ne ✠ dicat: atqꝫ in ſocietate et amo
re vere dilectionis coniungat. Per
chriſtum dominum noſtrum.
Deinde benedicat eos dicens ſic
Bene ✠ dicat vos deus omnipotens om
ni bñdictiōe celeſti: efficiatqꝫ
vos dignos in conſpectu ſuo: ſupa
būdet in vobis diuitias glorie ſue:
et erudiat vos verbo veritatis: vt
ei corpore pariterqꝫ mente cōplacere
valeatis: Rñdeat Amē. Finitis ora
tionibus et introductis illis in pſbyte
riū: ſcilꝫ inter chorū et altare ex parte
eccleſie auſtrali: et ſtatuta muliere
ad dexterā viri: ſcꝫ īter ipm̄ et alta
re incipiat miſ. de Trinita. Offm̄.
Benedicta ſit ſancta
trinitas atqꝫ indiui
ſa vnitas: confitebi
mur ei / qa fecit no
biſcum miſericordi
am ſuam. In tem
pore paſchali. Alla alla. ps. Bene
dicamus patrē et filiū cū ſancto ſpiritu
non dr vlterius. Kyrie. cum ſuis vſi
bus dr. Ad hāc miſſam ſeruet mo
dus et ordo per oia / qui in duplici
bus feſtis Gloria in excelſis. Iſte
due oratiōes dicunt ſub vno. Ore
mus. et ſub vno Per dnm Oratio.
Omnipotens ſempiterne deus: qui
dediſti famulis tuis in con
feſſione vere fidei eterne trinitatis
gloriā agnoſcere: et in potētia ma
ieſtatis adorare vnitatē: qs: vt eiuſ
dem fidei firmitate ab oibus ſemp
muniamur aduerſis. Oratio.
Exaudi nos omnipotens et miſeri
cors deus: vt quod nr̄o mini
ſtrat officio: tua benedictione potius
impleat. Per. Ad Corinthios. j. vj.
Fratres. Neſcitis quoniam
corpora veſtra membra ſūt
chriſti. Tollens ergo mēbra chriſti
faciēs membra meretricis. Abſit.
An neſcitis qm̄ qui adheret mere
trici: vnum corpus efficitur. Erūt
eni inquit duo in carne vna. Qui
autem adheret dño: vnus ſpiritus
eſt. Fugite fornicationē. Omne eni
peccatum quodcūqꝫ fecerit homo:
extra corpus eſt. Qui autē fornica
tur: in corpus ſuum peccat. An neſci
tis qm̄ mēbra vr̄a tēplū ſūt ſpiritus
ſcti: q in vobis eſt quē habetis a deo
et nō eſtis veſtri. Empti eni eſtis p
cio magno: glorificate et portate de
um: in corpore vr̄o. Gr. Bñdictus es
dñe qui ītueris abyſſos et ſedes ſuper
cherubin. V. Bñdicite deū celi: quia
fecit nobiſcū miam ſuā. Alla. V.
Bñdictus es dñe deus patrū noſtrorū: et
laudabilis in ſecula. Si in tpe paſca
li cōtigerit: ſecūdum Alla erit vnū
de ebdoma. paſche: vel vnum de il
lis que ſcribūtur poſt officiū. Qua
ſi modo geniti. Sequentia.
Alma chorus dñi nūc pan
gat noia ſummi Meſſyas
ſother emanuel ſabaoth adonay.
Eſt vnigenitus via vita: manus
homo vſyon. Principiū primoge
nitus / ſapientia virtus. Alpha
caput finiſqꝫ ſimul / vocitatur: et

[illegible]

eſt oo. F ons et origo boni/ paraclytus ac mediator. A gnus ouis vitulus/ſerpens aries leo vermis. O s verbū ſplendor/ſol gloria lux et imago. P anis flos vitis/mons ianua petra lapiſqꝫ. A ngelus et ſpōſus: paſtorqꝫ propheta ſacerdos A thanatos kyros/theon pāthō craton et yſus. S aluificet nos. S it cui ſecla. P er omnia doxa.

¶ Secundum Matheum xix

In illo tpe. Acceſſerunt ad ieſum phariſei tēptantes eū: ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacūqꝫ ex cauſa? Qui reſpondens: ait illis. Non legiſtis: quia qui fecit hoīem ab initio maſculū et feminā fecit eos? Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrē et matrem/et adherebit vxori ſue: ⁊ erūt duo in carne vna. Ita qꝫ iam non ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non ſeparet. C redo. Offr. Benedictus ſit deꝰ pater: vnigenituſqꝫ dei filius ſanctus quoqꝫ ſpiritꝰ: quia fecit nobiſcū miam ſuā. In tpe paſ. Alla.

¶ Nota ꝙ odor thuris benedicti/ nunꝗ datur in eccleſia ſpōſo ⁊ ſpōſe. Inde eſt ꝙ oblato thure benedicto ſuper altare ſi deſcendat thuribulum ad clericos vel ad laycos: aliud thus eſt apponendū/ et clericis vel laycis offerendū. Secreta.

S Anctifica qs domine deus: trinitas ſancta per tui ſancti nominis inuocationem huius oblationis hoſtiam: et per eam cooperante ſpiritu ſancto noſmetipſos tibi perfice munꝰ eternū. Alia.

A Deſto dñe ſupplicationibꝰ noſtris: et hanc oblationē quā tibi offerimꝰ pro famulis tuis quos ad ſtatum maturitatis/ ⁊ ad diem nuptiarū perducere dignatꝰ es: placatus ac benignus aſſume: et finiant ſub vno Per dūm. Prefatio Qui cū vnigeīto. poſt Sctūs pſternāt ſe ſponſus ⁊ ſpōſa in orōe ad gradū altaris extēſo pallio ſup eos: quod teneāt quatuor clerici in ſuppellicijs ad quatuor cornua: niſi alter eorū vel ambo prius deſpōſati fuerint ⁊ bñdicti: quia tūc non habent palliū ſup eos: neqꝫ ſacramētalis benedictio. Deinde dicto Per omnia ſecula ſeculorū ⁊ reſponſo. Amen. poſt Pater noſter. anteꝗ̄ dr Pax dñi facta fractione eukariſtie more ſolito: dimiſſaqꝫ hoſtia in tribus fractiōibꝰ ſup patenā: dicat ſacer. cōuerſꝰ ad eos ſequētes orationes ſub tono lectiōis/ illis interī genuflectētibꝰ ſub pallio. Dñs vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo. Oremꝰ. Orō.

P Ropiciare dñe ſupplicationibus noſtris: et inſtitutis tuis quibus propagationē humani generis ordinaſti/ benignus aſſiſte: vt quod te auctore coniungitur: te auxiliante ſeruetur. Per chriſtum. Oremus. Oratio

D Eus qui poteſtate virtutis tue de nichilo cuncta feciſti: qui diſpoſitis vniuerſitatis exordiis: homini ad imaginem dei facto ideo inſeparabile mulieris adiutorium condidiſti: vt femineo corpori/ de virili dares carne principiū: docens quod ex vno placuiſſet inſtitui/ nunꝗ liceret diſiūgi ¶ Caueat ſacerdos de iſta clauſula.

D Eus qui tam excellenti myſterio cōiugalem copulam conſecraſti: vt chꝛiſti⁊ eccleſie ſacramentum pꝛeſignares in federe nuptiarum. Quia non dicitur in ſecundis nuptijs vſq; **Deus per quē mulier**: vt patet inferius. Oꝛatio.

Deus per quem mulier iungitur viro: et ſocietas pꝛincipaliter oꝛdinata/ ea bene✠dictione donatur: que nec ſola per oꝛiginalis peccati penam: nec per diluuij eſt ablata ſententiā. Reſpice q̄s pꝛopicius ſuper hanc famulā tuā/ que maritali iungenda eſt conſoꝛtio: tua ſe expetit pꝛotectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis: fidelis et caſta nubat in chꝛiſto: imitatrixq; ſanctarū permaneat feminaꝝ. Sit amabilis vt rachel viro: ſapiens vt rebecca/ longeua ⁊ fidelis vt ſara. Nichil in ea ex actibus ſuis ille auctoꝛ pꝛeuaricatiōis vſurpet: nexa fidei mandatiſq; permaneat vni thoꝛo iuncta: contact⁹ illicitos fugiat: muniat infirmitatem ſuam roboꝛe diſcipline. Sit verecundia grauis/ pudoꝛe venerabilis/ doctrinis celeſtibus erudita. Sit fecunda in ſobole/ ſit pꝛobata et innocens: ⁊ ad optatam perueniat ſenectutem: ⁊ videat filios filioꝝ ſuoꝛum vſq; in tertiā et quartā pꝛogeniem: et ad beatoꝛum requiem atq; ad celeſtia regna ꝑueniat. Per

¶ Notādū eſt ꝙ hec clauſula ī oꝛatione pꝛedicta: ſcilicet **Deus qui tā excellenti**: vſq; ad **Deus per quem mulier**: non dicitur in ſecūdis nuptijs vt̄s dictū eſt. Uir enī aut mulier ad bigamiā tranſiens: non debet iterum a ſacerdote bn̄dici. quia alia vice bn̄dicti ſit: eoꝝ benedictio non debet iterari: q̄a caro bn̄dicta/ trahit ad ſe carnē nō bn̄dictā: et in titulo de ſecūdis nuptijs inhibitū eſt: per decret. xxx. q. j. Hac ratione benedictio non datur in ſecūdis nuptijs: qḋ teſtaꝛ btūs Ambꝛoſi⁹ ſic Pꝛime nuptie a dn̄o ſunt inſtitute ſecunde vero ſunt permiſſe. Pꝛime autē ſub oī benedictiōe celebꝛantur ſcd̄e vero carēt aliqua benedictione Sed cum plures benedictiōes ſint in nuptijs celebꝛādis: ſcꝫ in introitu choꝛi ſub pallio: poſt miſſam: et ſuper thoꝛum in ſero. Quero que bn̄dictio ſit iteranda in ſecūdis nuptijs/ ⁊ que nō. Dicendū eſt ꝙ in hac oꝛatione. **Deus qui poteſtate virtutis tue**: ſunt tres benedictiones/ que idem habent pꝛincipium: ſcilꝫ **Deus**. media aūt eſt oīno omittēda in ſcd̄is nuptijs: ſcilꝫ iſta **Deus qui tam excellenti myſterio cōiugalem copulā conſecraſti: vt chꝛiſti et eccleſie ſacramentū pꝛeſignares in federe nuptiarum.** vt̄s. quia in iſta benedictione agitur de vnitate chꝛiſti et eccleſie: quod figuratur in pꝛimo matrimonio: non autem in ſecundo Unde et apoſtol⁹ ad Coꝛinthios vj **Erūt duo in carne vna.** et extra de bigamis. c. **Debitum vnius vxoꝛis vir.** Sed q̄ adderet plurib⁹ diſſoluit vnitatē: vel ſcd⁹ vnitatis: et ideo benedictio que agit de vnitate ſcꝫ **Deus qui tam excellēti.** non dꝛ in ſecūdis nup. Et hoc eſt verū tam pꝛo viro bigamo q̄ pꝛo muliere vidua: quia caro bn̄dicta/ trahit ad ſe carnē non benedictam. Sed oēs alie bn̄dictiones indifferēter debent dici ſecundū Romanā eccleſiam: et ſcd̄m Hoſtienſē ⁊ ſcd̄m Thomā de aquino ⁊ Moꝛardū doctorē

Et ſciendū eſt ꝙ iſta queſtio diſcuſſa fuit et determinata in ſacro palatio dn̄i. et tranſlata in angliam per magiſtrum Johānem hayſtede Anno domini milleſimo CCCxxi. Et cauſa diſcuſſionis erat: quia multi ſacerdotum tunc temporis ad ſedē cōuolauerūt cauſa obtinende abſolutionis bn̄ficiū/pro benedictiōib⁹ in ſecundis nuptijs collatis indiſcrete. Ideo ſtatuit̄ ſuꝑ hoc noua cōſtitutio Johānis .xxij. ꝙ ſic incipit

CONcertatiōi antique finem imponere cupientes: preſenti declaramus edicto: ꝙ licet vir vel mulier ad bigamiam vel ad ſecundas nuptias tranſierint benedici non debent cum fuerint alias benedicti. Quod ſi forſan alter eorū vel ambo eſſent ad ſecundas nuptias tranſituri: ⁊ in primis nuptijs benedicti non fuerint: danda eſt eis benedictio in ſecundis nuptijs Sane volentes antiquū rigorē tēperare: cōcedimus ꝙ preſbyter qui ſecundas nuptias benedixerit ſciēter/ad ſedem apoſtolicā ex hoc venire minime teneat̄: ſed a pena ſuſpenſionis hōc caſu a iure indicta per ſuos poteſt dioceſanos abſolui Si qui vero iuxta opinionem quorundam hacten⁹ non reputantes ſe eſſe ſuſpenſos: ordines quoſlibet ſeu queuis beneficia receperint: dioceſani eorum a pena ſuſpenſionis predicte ipſos abſoluere/ac ſuper executione ordinum et retentione beneficiorū huiuſmodi cum eis valeant licite diſpenſare. ¶ Hic queri poteſt quare ſecūde nuptie non benedicuntur. Ad hoc dico/ꝙ ſecūdū matrimoniū/q̄uis in ſe conſideratū habeat ſacramētū: tn̄ in ordine ad primum ſacramentū cōſideratum aliquid habet defectu ſacramenti: quia non habet plenā ſignificationē: cum non ſit vna vnius/ſicut eſt in matrimonio chriſti ⁊ eccleſie: et ratione huius defectus benedictio a ſecūdis nuptijs ſubſtrahitur ſed hoc ītelligendū eſt qn̄ ſecūde nuptie ſunt ſecūde ex parte viri ⁊ ex parte mulieris vel ex parte mulieris tm̄. Si enī v̄go contrahat cū illo qui habuit aliā vxorem: nihilomin⁹ nuptie bn̄dicūtur. Saluat̄ ⁊ alio modo ſignificatio etiam in ordine ad primas nuptias. quia chriſtus et ſi vnā eccleſiā habet: habet tamē plures perſonas deſpōſatas in vna eccleſia. Sed aīa non poteſt ſponſa alteri⁹ eſſe q̄ chriſti: quia cū demōe fornicatur: nec eſt matrimonium ſpirituale: ⁊ propter hoc quādo mulier ſecundo nubit: nuptie non benedicuntur propter defectū ſacramenti Poſt hec vertat ſe ſacerdos ad altare: et dicat **Pax domini** et **Agnus dei** more ſolito. Tunc amoto pallio/ſurgant ab oratione ſponſus et ſponſa: et accipiat ſponſus pacem a ſacerdote/et ferat ſpōſe oſculans eam: et neminem aliū. nec ipſe nec ipſa: ſed clericus ſtatim a preſbytero pacem accipiens/proferat alijs ſicut ſolitum eſt. Communio. **Benedicimus deum celi: et coram omnibus viuentibus confitebimur ei: quia fecit nobiſcum miām ſuam.** In tempore paſchali **Alleluya alleluya.**

Poſtcōio.

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis et anime dn̄e deus

huius ſacramenti ſuſceptio: et ſempiterne ſācte trinitatis eiuſdemqꝫ indiuidue vnitatis confeſſio. Alia Poſtcōio ſub vno Oꝛemus: et ſub vno Per dominum.

Queſumus omnipotēs deus inſtituta pꝛouidētie tue pio amoꝛe comitare: vt quos legittima ſocietate cōnectis: longeua pace cuſtodias. Per dn̄m. Poſt miſſā benedicatur panis et vinū / vel aliqđ bonū potabile in vaſculo et guſtēt in̄ nomine domini / ſacerdote dicente Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛatio.

Bene✠dic dn̄e iſtum panem et hunc potū / et hoc vaſculū ſicut benedixiſti quinqꝫ panes ī deſerto / et ſex hydꝛias in chana galilee: vt ſint ſani ſobꝛij / atqꝫ immaculati omnes guſtantes ex eis ſaluatoꝛ mundi. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per. ¶ Nocte vero ſequente cum ſponſus et ſpōſa ad lectum peruenerit: accedat ſacerdos ⁊ bn̄dicat thalamū dicēs. Dn̄s vo. Et cum ſpiritu. Oꝛemus. Oꝛatio.

Bene✠dic domine thalamū iſtū / et oēs habitantes in eo vt in tua pace conſiſtant / et in tua voluntate ꝑmaneāt: et in tuo amoꝛe viuant et creſcant / et multiplicētur in lōgitudinē dierum. Per chꝛiſtum. ¶ Benedictio ſuper lectum tantum cum Dn̄s vobiſcum Et cū ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛatio

Bene✠dic dn̄e hoc cubiculū qui non doꝛmis neqꝫ doꝛmitas: qui cuſtodis iſrael cuſtodi famulos tuos in hoc lecto quieſcētes ab omnibus fantaſmaticis / demonum illuſionibus. cuſtodi eos vigilantes: vt in pꝛeceptis tuis meditentur doꝛmientes / vt te per ſopoꝛem ſentiant: et hic et vbiqꝫ defenſionis tue ſemper muniantur auxilio. Per dominum. ¶ Deinde fiat benedictio ſuper eos in lecto: cū Oꝛemus. Oꝛatio.

Bene✠dicat deus coꝛpoꝛa veſtra et animas veſtras: ⁊ det ſuper vos bene✠dictionē ſicut benedixit abꝛaham iſaac ⁊ iacob. ℟. Amen. ¶ Item alia benedictio ſuper eos cum Oꝛemus. Oꝛatio.

Manus domini ſit ſuper vos mittatqꝫ angelū ſuum ſanctum: qui cuſtodiat et foueat vos / omnibus diebus vite veſtre. ℟m. Amen. ¶ Item alia benedictio ſuper eos cum Oꝛemus. Oꝛatio

Bene✠dicat vos pater et filius et ſpirit⁹ ſanctus: qui trinus eſt in numero / et vnus in nomīe. ℟. Amen. His peractis aſpergat eos ſacerdos aqua benedicta: et ſic diſcedat et dimittat eos ī pace

¶ Miſſa ad honoꝛē virgis gl̄ioſe pꝛo mulierib⁹ p̄gnātib⁹ / aut alias in partu laboꝛantibus. Introitus

Alma virgo virginum ſācta dei genitrix pꝛo deuotis poꝛrige ancillis tuis p̄ces obnixas ad filium q̄ parturiētium benigna es auxiliatrix. P̄s. Iurauit domin⁹ dauid veritatē et nō fruſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponā ſuper ſedē tuā. Gloꝛia patri. Oꝛatio

Exaudi clementiſſime pater depꝛecationem ſerui tui pꝛo pauperibus ancillis tuis in partu nunc aut in poſterum laborantibꝰ maieſtati tue deuotiſſime ſupplicantis: vt quemadmodũ tua eas prouidẽtia concipere decreuiſti: ita ipſa benedictione tua preambula: ad laudem tui ſacri nominis virgine glorioſa ſuffragãte celeriter iubeas expedire. Per dominum.

¶ Lectio libri Geneſis. iij.

IN diebus illis. Dixit dominus ad adam. Nunquid ex ligno de quo tibi preceperam ne comederes/comediſti? Dixitqꝫ adam Mulier quam dediſti ſociam mihi dedit michi de ligno: et comedi. Et dixit dñs ad mulierem. Quare hoc feciſti? Que reſpondit. Serpens decepit me: et comedi. Et ait dominꝰ ad ſerpentem. Quia feciſti hoc: maledictus es inter oĩa animantia: et beſtias terre. Inimicitias ponam inter te et mulierem: ⁊ ſemen tuũ et ſemẽ illius. Et ipſa cõteret caput tuum: et tu inſidiaberis calcaneo eiꝰ. Mulieri quoqꝫ dixit Multiplicabo erũnas tuas: et cõceptus tuos. In dolore paries: et ſub viri poteſtate eris: et ipſe dominabit tibi. Ade vero dñs dixit Quia audiſti vocẽ vxoris tue: maledicta terra ĩ opere tuo In laboribus comedes ex ea: cunctis diebus vite tue. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo: donec reuertaris in terram de qua ſumptꝰ es. Quia puluis es: et in puluerem reuerteris. Gr. Ecce virgo concepit et abſqꝫ dolore peperit nobis filium: cuius nomẽ vocatꝰ eſt ieſus. ℣. Qui ſicut pluuia in vellus: ita in vterum virginis deſcendit / et velut ſol porta clauſa ex vtero virginali ad nos introiuit. Alla. ℣. Ad tuũ o maria cõfugiunt preſidium / pauperes in partu laborantes: quas ſuis queſo non deſpicias in neceſſitatibus ſed a periculis cunctis libera eas virgo ſemper benedicta. Sequentia.

O Ancilla chriſti maria mater dei: pauperẽ exaudi peccatorem ad te vere ſuſpirãtẽ: ne matrũ in vtero periclitantur infantuli.

Qui ꝓpter defectũ baptiſmi macula irretiti originali in limbũ condeſcẽdũt q̃ pars eſt inferni Maria itaqꝫ miſeris ſuccurre puerulis/qui pro graui ade ꝓthoplaſtorũ nebula viſione dei ibi carent perpetua.

O iudicia dei abyſſus multa: qui licet ſine culpa pereãt: non tamẽ ſine cauſa Quã igitur pernicioſus pomi vetiti eue fuit morſus: quo mors poſteris ſic cõcludebat Sed o q̃ felix fuit et letabũdꝰ o maria inter te et angelũ dialogus: quo vita orbi toti oriebatur. Pre ceteris autem tuus videtur ſplendeſcere beatiſſimus abſqꝫ dolore partus. Per quẽ eue maledictio eſt ſoluta: nec minus benedictio eſt mulieribꝰ cũctis cõdonata. Ad quem ergo confugient deſolate pregnãtes niſi ad te cunctarũ conſolatrix cum lachrymis gementes. Audi eas virgo immaculata/nec parentũ aſpiciat vnigenitus tuus ad peccata Sed paruulorũ vlulatus clementer exaudi ne in perhenni ſubijciantur inferni formidoloſa adeo pena.

Eos deniqꝫ poſt ſacri baptiſmatis vndã regeneratos: perducere digneris ad eterna gaudia. Amen.

¶ Secundum Johannem xv.

IN illo tp̃e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Mulier cum parit/triſtitiã habet: quia venit hora eius. Cum aũt peperit puerũ: iam nõ meminit preſſure eiꝰ ꝓpter gaudiũ: quia natꝰ eſt homo in mundũ. Amẽ amẽ dico vobis. ſi quid petieritis patrẽ ĩ noĩe meo dabit vobis. Petite et accipietis: vt gaudium veſtrũ ſit plenũ. Offr. Aue maria parturientiũ conſolatrix gratia plena infantium ſubleuatrix: quia dñs eſt tecum/ipſorũ eſto protectrix: vt pre mulieribꝰ benedicta dicaris: et ſuper oẽs benedictus a cunctis chriſticolis extollatur fructus ventris tui. Secreta.

PIiſſime chriſte ieſu qui abſqꝫ doloris contagione ex vtero virginali almifice matris tue in mundum tua dignatione ſanctiſſima porta clauſa exire dignatus es concede propicius: vt fructus ancillarũ tuarum in orbẽ terrarum ſanos et incolumes taliter diſponas ꝑuenire: ꝙ ad fontẽ baptiſmatis/vna tecum regenerari mereantur. Qui vi. Cõio In partu puerorum o maria ſol tuus reſplendeat miſericordie quo lucente cetera poſt deũ luminaria ſunt quaſi non ſint. Poſtcõio.

BEatiſſime ſpiritꝰ ꝑ quem cõdita ſunt vniuerſa/ſuppliciter tuas exaudire digneris famulas: pro quibus has tue porrigimꝰ pietati preces: vt quemadmodum tuo felici ſancto iuuamine optant liberari: ita ſuffragijs beatiſſime matris dei lumen gratie tue in earum celeri expeditiõe infundere digneris. Qui cum patre.

¶ Benedictio mulieris poſt partũ ante oſtium eccleſie. In primis dicat ſacerdos hos Pſalmos. Leuaui oculos. Beati omnes cum Gl̃ia patri. Kyri eleyſon. Chriſte eleyſõ Kyri eleyſon. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera Dñe ſaluam fac ancillam tuã. Deus meus ſperantem in te. Mitte ei auxiliũ de ſancto. Et de ſyon tuere eam. Eſto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Domine exaudi. Et clamor meus. Dominꝰ vobiſcũ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio

DEus qui hanc famulã tuã/de pariendi periculo liberaſti: et eam in ſeruitio tuo deuotã eſſe feciſti: cõcede: vt tẽporali curſu fideliter peracto/ſub alis miſericordie tue/vitam perpetuã ⁊ quietam conſequat̃. Per dñm. ¶ Tunc aſꝑgatur mulier aqua benedicta a ſacerdote/dicente Aſperges. Deinde inducat eam ſacerdos per manum dexteram in eccleſiam: dicendo Ingredere in tẽplum dei: vt habeas vitam eternã/et viuas in ſecula ſeculorum Amen. ¶ Benedictio panis diebus dñicis. In primis legat ſacerdos euangelium In principi. et poſtea dicat verſiculũ. Sit nomen domini benedictũ. Ex hoc nũc et vſqꝫ in ſeculum. Benedicamꝰ dño. Deo gratias Deĩde dicat. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpũ tuo. Oremus Orõ

BEne✠dic dñe hanc creaturam panis: ſicut benedixiſti quinqꝫ panes in deſerto: vt omnes guſtãtes ex eo: tam corporis q̃ aĩe recipiãt ſanitatẽ. In noĩe pr̃is et filij ⁊ ſpũs ſcti Amẽ. Hic aſꝑgat ſacerdos aquã benedictã ſuꝑ panẽ

¶ Ordo ad ſeruitium peregrinorum. In primis dicunt̃ pſ. ſequen. ſuꝑ illos corã altari ꝓſtratos poſt q̃ confeſſi ſunt hoc mõ incipiẽs pſ.

AD te dñe leuaui animam meã: deus meus in te confido non erubeſcam. Neq3 irrideãt me inimici mei: etenĩ vniuerſi qui ſuſtinent te/non confundentur. Confũdant omnes iniqua agentes: ſuꝑuacue. Vias tuas dñe demonſtra michi: et ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua ⁊ doce me: quia tu es deus ſaluatoꝛ meus/ et te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſerationũ tuarum domine: et miſericoꝛdiarũ tuarũ que a ſeculo ſunt. Delicta iuuentutis mee: et ignoꝛãtias meas ne memineris. Secundum miſericoꝛdiam tuam memento mei tu: pꝛopter bonitatẽ tuam dñe. Dulcis ⁊ rectus dñs: pꝛopter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas. Vniuerſe vie dñi miſericoꝛdia et veritas: requirentibus teſtamentum eius/ ⁊ teſtimonia eius. Propter nomen tuum dñe/ pꝛopiciaberis peccato meo: multũ eſt enĩ. Quis eſt homo qui timet dñm: legem ſtatuit ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demoꝛabit̃ et ſemen eius hereditabit terram. Firmamentũ eſt dñs timentibꝰ eum: et teſtamentũ ipſius vt manifeſtetur illis. Oculi mei ſemper ad dñm: qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me et miſerere mei: quia vnicus et pauper ſum ego. Tribulatiões coꝛdis mei multiplicate ſunt: de neceſſitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam et laboꝛem meũ: et dimitte vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos: qm̄ multiplicati ſunt: et odio iniquo oderũt me. Cuſtodi animam meam ⁊ erue me: non erubeſcam qm̄ ſperaui in te. Innocẽtes ⁊ recti adheſerũt michi: quia ſuſtinui te. Libera deus iſrael: ex omnibus tribulationibꝰ ſuis. Gl'ia. Ps.

MIſerere mei deus: ſecundũ magnam miam tuam. Et ſecundum multitudinẽ miſerationum tuarũ: dele iniquitatẽ meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me. Quoniã iniquitatẽ meam ego cognoſco: et peccatũ meum cõtra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui ⁊ malum coꝛã te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis/ ⁊ vincas cum iudicaris. Ecce enĩ in iniquitatibꝰ conceptus ſum: et in peccatis cõcepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me dñe yſopo et mũdaboꝛ: lauabis me et ſuper niuẽ dealbaboꝛ. Auditui meo dabis gaudiũ et leticiam: ⁊ exultabũt oſſa humiliata. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis. et omnes iniquitates meas dele. Coꝛ mundum crea in me deus: et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne pꝛoiicias me a facie tua: ⁊ ſpiritũ ſanctũ tuũ ne auferas a me. Redde michi leticiam ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu pꝛincipali cõfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibꝰ deus deus ſalutis mee: et exultabit lingua mea iuſticiã tuã. Dñe labia mea aperies: et os meum annũciabit laudẽ tuam. Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ dediſſem: vtiq3 olocauſtis non dele ctaberis. Sacrificium deo ſpiritꝰ contribulatus: coꝛ contritum ⁊ humiliatum deus non deſpicies. Benigne fac dñe in bona voluntate tua ſyon: vt edificẽtur muri hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et olocauſta tunc imponent ſuper altare tuum vitulos. Gloꝛia patri. ps.

Qui habitat in adiutoꝛio altiſſimi: in pꝛotectione dei celi commoꝛabitur. Dicet dño ſuſceptoꝛ meus es tu: et refugium meũ deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantiũ: ⁊ a verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbꝛabit tibi: et ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timoꝛe nocturno. A ſagitta volante in die/a negotio perambulante in tenebꝛis: ab incurſu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille⁊ decem milia a dextris tuis: ad te autem non appꝛopiquabit. Ueruntamen oculis tuis conſiderabis: et retributionem peccatoꝛum videbis. Quoniã tu es domine ſpes mea: altiſſimũ poſuiſti refugiũ tuũ. Nõ accedet ad te malum: et flagellũ non appꝛopinquabit tabernaculo tuo. Quoniã angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibꝰ vijs tuis. In manibus poꝛtabunt te: ne foꝛte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Super aſpidẽ ⁊ baſiliſcum ambulabis: et conculcabis leonem et dꝛaconem.

Quoniã in me ſperauit liberabo eum: pꝛotegã eũ/ qm̃ cognouit nomen meũ. Clamauit ad me ⁊ ego exaudiã eũ: cũ ipſo ſũ in tribulatione: eripiam eum/et gloꝛificabo eũ. Longitudine dierũ replebo eũ: et oſtendã illi ſalutare meũ. Gloꝛia. Kyꝛi eleyſõ Chꝛiſte eleyſõ Kyꝛi eleyſon Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi dñe miſerere mei. Sana aĩam meã: quia peccaui tibi. Vias ſuas dñs demõſtret tibi. Et ſemitas ſuas edoceat te. Greſſus tuos dirigat dñs ſecũdũ eloquiũ ſuũ. Ut nõ dñetur tibi oĩs iniuſticia. Utinã dirigãtur vie tue. Ad cuſtodiẽdas iuſtificatiões dñi. Perficiat dñs greſſus tuos in ſemitis ſuis. Ut nõ moueant᷑ veſtigia tua. Bñdictꝰ dñs deus die quotidie. Pꝛoſperũ iter faciat tibi deꝰ ſalutariũ noſtroꝛũ. Angelꝰ dñi bonꝰ comitet᷑ tecũ. Et bene diſponat itinera tua et actꝰ tuos vt iterũ cũ gaudio reuertaris ad pꝛopꝛia. Beati imaculati in via. Qui ãbulãt in lege dñi. Nichil pꝛoficiat inimicꝰ in te. Et filꝰ iniquitatis non apponat nocere tibi. Exurge dñe adiuua nos. Et libera nos pꝛopter nomen tuũ. Domine deus virtutũ conuerte nos. Et oſtende faciem tuam et ſalui erimus. Dñe exaudi oꝛationem meam. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemꝰ.

Adeſto dñe ſupplicationibꝰ noſtris: et viam famuli tui N. in ſalutis tue ꝓſperitate diſpone: vt inter omnes vie ⁊ vite huius varietates: tuo ſemper pꝛotegat᷑ auxilio. Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus qui ad vitã ducis/⁊ cõfidentes in te paterna pꝛotectione cuſtodis: q̃s vt his pꝛeſentibꝰ famulis tuis N. a nobis egrediẽtibus/angelicũ tribuas comita tũ: vt auxilio tuo ꝓtecti/ nullꝰ mali cõcutiant̃ formidine/ nullo cõprimant̃ aduerſitatis lãguore/ nullius irruẽtis inimici moleſtent̃ ĩſidijs ſed ſpacijs neceſſarij itineris / proſpero greſſu peractis: ꝓprijſq; locis reſtituti: et recipient̃ ſoſpites/ ac debitas exoluãt tuo nomini gratias. Per chriſtum dñm. Oremus. Orõ

DEus q̃ diligentibꝰ te miam tuã ſemp̃ impẽdis: ⁊ a ſeruientibꝰ tibi in nulla es regione longinquus: dirige viã huius famuli tui N. in volũtate tua: vt te protectore: te perducẽte per iuſticie ſemitas ſine offenſiõe gradiatur. Per chriſtũ. ¶ Hic ſurgant peregrini a ꝓſtratione Et ſequat̃ bñdictio pere ⁊ baculi hoc modo. Dñs vobiſcũ Et cũ ſpũ tuo. Oremus. Oratio.

DOmine ieſu chriſte qui ineffabili tua miſeratiõe ac patris iuſſione ſpiritusq; ſancti cooperatione de celo deſcendere / ouemq; perditam dyabolica ſeductione voluiſti querere: atq; proprijs humeris ad celeſtis patrie gregem referre: quiq; precipiſti filijs matris eccleſie: orando petere/ bene viuẽdo querere/ ac pulſando perſeuerare: vt citius inuenire valeãt ſalutaris premia vite: te humiliter inuocamus: quatenus ſanctificando bene✠dicere digneris has peras vel hanc peram/ et hos baculos vel hunc baculum: vt quicunq; ea pro tui nõis amore ad inſtar humilis armature: lateri ſuo vel lateribus ſuis applicare/ atq; ſuis collis ſuſpendere/ ſiue in manibus ſuis geſtare: ſicq; peregrinando/ ſuffragia ſanctorũ humili comitãte deuotione ſtuduerint querere: dextere tue ꝓtecti munimine peruenire mereant̃ ad gaudia viſionis eterne Per te ſaluator mundi. Qui viuis. ¶ Hic aſpergatur aqua benedicta et ponat ſacerdos collo peregrini peram dicens.

IN nomĩe dñi noſtri ieſu chriſti accipe hãc peram habitũ peregrinationis tue: vt bene caſtigatus et ſaluatus peruenire merearis ad limina ſanctorum quo pergere cupis/ ⁊ peracto itinere tuo ad nos reuertaris incolumis. Per eũdem. ¶ Et ſic fiat alijs ſi ſint plures. ¶ Hic tradat vni baculũ dicẽs.

ACcipe hunc baculum ſuſtẽtationis itineris ac laboris peregrinationis tue: vt deuincere valeas omnes cateruas inimici: et peruenire ſecurus ad limina ſãctorũ quo pergere cupis: et pacto obedientie curſu/ ad nos iterum reuertaris cum gaudio. Per chriſtũ. Et ſic dicat alijs ſi ſint plures. ¶ Bñdictio crucis pergentis hieruſalẽ/ cum Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DEus inuicte potentie/ pietatis immẽſe/ atq; peregrinãtium totius conſolationis auxiliũ qui famulis tuis inuictiſſima arma tribuis: q̃s hanc crucem deuote humilitatis benedi✠cere digneris: vt venerande crucis vexillum cuius in eo eſt deſignata figura ſit inuictiſſimum robur ſerui tui contra hoſtis antiqui nequiſſima tentamẽta/ ſit in via defenſio/ ſit in domo tua protectio/ ſit nobis vbiq; p̃ſidium Per dominũ. ¶ Hic aſpergatur aqua benedicta ſuper veſtẽ. Deinde ſi aliquis eorũ ꝓfecturꝰ eſt hieruſalē: detur ei veſtimētū cruce ſignatum: ſacerdote dicente.

ACcipe veſtimentū cruce domini ſaluatoris nr̄i ſignatum: vt per illud ſalus/benedictio et virtus/proſpere proficiſcendi ad ſepulchrū eius tibi comitetur. Qui cū deo prē et ſpū. ¶ Et ſic fiat alijs ſi ſint plures. Cōbuſtio crucis i carne peregrinis eūtibus hieruſalem/ prohibitū eſt in lege ſecūdū iura canonica ſub pena excōicationis maioris. His finitis dicitur miſſa pro iter agentibus more ſimplicis feſti nouem lectionum. Officium.

ESto mihi in deū ꝓtectorē ⁊ i locū refugij/ vt ſaluū me facias: qm̄ firmamētū meū et refugiū meū es tu: et ꝓpter nomē tuū dux mihi eris ⁊ enutries me. In tpe paſ. Alla alla. Ps In te dñe ſperaui nō cōfūdar i eternū: in iuſticia tua libera me et eripe me. Orō.

ADeſto dñe ſupplicationibꝰ nr̄is: ⁊ viam famulorū tuorum. N. in ſalutis tue ꝓſperitate diſpone: vt inter oēs vie et vite huiꝰ varietates: tuo ſemper ꝓtegantur auxilio. Per d̄. Lcō libri Geneſis.

IN diebus illis. Locutus eſt abraham dicens. Dñe deꝰ celi/qui tulit me de domo pr̄is mei/et de terra natiuitatis mee/qui locutꝰ eſt michi: et iurauit dicēs. Semini tuo dabo terrā hāc: ipſe mittet angelū tuū corā te Gr. Eſto mihi in deum protectorē: et in locum refugii/ vt ſaluū me facias. V. In te dñe ſperaui nō cōfundar ineternū Repetat̄ Gr. Alla. V Qui timēt dñm ſperāt i eū adiutor et protector eorū eſt. Si in tēpore paſ. ɔtigerit hoc ſeruitiū: tunc dr̄. ij. Alla. vnū ex illis q̄ ſcribūtur poſt Officiū Quaſi modo geniti.

¶ Secundum Matheum. x. cap̄o.

IN illo tpe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Euntes predicate dicentes quia appropiquabit regnū celorū. Infirmos curate/mortuos ſuſcitate/leproſos mūdate/demōes eijcite Gratis accepiſtis: gratis date. Nolite poſſidere aurum neqꝫ argentū: in zonis veſtris. Nō perā/nō calciamēta neqꝫ virgā: neqꝫ duas tunicas habeatis. Dignꝰ eſt enim operariꝰ: mercede ſua. In quācunqꝫ ciuitatē itraueritis: interrogate quis in ea dignus ſit. Et ibi manete: donec exeatis. Intrantes autē domū: ſalutate eam dicentes. Pax huic domui. Et ſiquidem illa domus fuerit digna: maneat pax veſtra ſup eam. Si aūt nō fuerit digna: pax vr̄a ad vos reuertetur Et quicunqꝫ non receperit vos/ nec audierit ſermōes veſtros: exeūtes de domo vel de ciuitate excutite puluerem de pedibus veſtris ſuper eam Amen dico vobis: tolerabiliꝰ erit terre ſodomorū ⁊ gomorreorū i die iudicij/ q̄ illi ciuitati. Offr. Sperēt in te oēs qui nouerūt nomē tuū dñe: qm̄ nō dereliquis querētes te: pſallite dño qui habitat in ſyō/qm̄ nō eſt oblitus orationē pauperū In tpe paſca. Alla ¶ hic offerāt peregrini Sec.

PRopiciare q̄s dñe ſupplicationibus nr̄is: et has oblationes quas offerimꝰ. pro famulis tuis benignꝰ aſſume/ vt viā illorū precedente grā tua dirigas/et ſubſequente comitare digneris: vt de actu atq; incolumitate eorũ ſecundum miſericordie tue p̄ſidia gaudeamus. Per dñm. Cõio. Tu mãdaſti mãdata tua cuſtodiri nimis: utinã dirigant̃ vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. In tempore paſcali Alleluya alleluya. Poſtcõio.

Sũmpta queſum⁹ domine celeſtis myſterij ſacramẽta ad proſperitatẽ itineris famulorũ tuorum proficiant: et eos ad ſalutaria cuncta perducant Per dñm noſtrũ

¶ Poſt miſſã dicat ſacerdos has ſequentes orationes ſup peregrinos proſtratos corã altari / ſiue ꝑfecturi fuerint ad hierſm ſiue ad ſcti Jacobi limina: vel ad aliã ꝑegrinationẽ cũ Dñs vobiſcũ. Orem⁹. Oro.

Deus infinite miſericordie ⁊ maieſtatis immenſe: quem nec ſpacia locorum / nec interualla tẽporum ab his quos tueris abiũgunt: adeſto famulo tuo vel famulis tuis / in te vbiq; confidenti vel cõfidentibus / ⁊ preſta: vt per omnem quam iturus eſt vel ituri ſũt viam dux ei vel ei⁹: ⁊ comes eſſe digneris nichil ei vel eis aduerſitatis noceat nichil difficultatis obſiſtat / cuncta ei vel eis ſint ſalubria / cuncta ſint et proſpera: vt ſub ope dextere tue quicquid iuſte petierit vel petierint deſiderio celeri et proſpero cõſequatur vel conſequantur effectu. Per chriſtum. Oremus Oratio.

Omnipotens ſempiterne de⁹ / qui es via / veritas / et vita: iter veſtrum vel tuum in beneplacito ſuo diſponat / angelum ſuum raphaelem in hac peregrinatione veſtra vel tua cuſtodẽ adhibeat: qui ad loca deſiderata cum pace te cum vo perducat / et cum ſalute iterũ te ad nos redeundo reducat. Sit interuentrix tua vel veſtra / beata dei genitrix maria cum vniuerſis angelis / et archangelis / patriarchis / quoq; et prophetis. Sint interceſſores tui vel veſtri ſãcti apoſtoli petrus et paulus cum ceteris apoſtolis / martyribus / confeſſorib⁹ / atq; virginibus: obtineantq; tibi vel vobis ſancti: quorum queris vel queritis ſuffragia cum omnibus ſanctis / iuſta deſideria et proſperitatẽ: remiſſionemq; omnium peccatorũ ac vitam eternam. Per eundem dominum noſtrum. Deinde communicentur: et ita recedant in nomine domini.

¶ Sciendum eſt ꝙ quotidie per aduentũ domini quando chorus non regitur: vſq; ad vigiliam natiuitatis domini: et ab octauas epyphanie / vſq; ad quartam feriam ante paſcha: et a craſtino ſãcte trinitatis vſq; ad aduentum domini: ante tertiã dicitur miſſa in capitulo pro fidelib⁹ defunctis cum diacono et ſubdiacono albis cum amictibus indutis tãtum: niſi precedente die feſtum duplex: vel octa. cum regimine chori contigerit: tũc enim nulla erit miſſa pro defũctis in capitulo: et niſi qñ corpus adeſt preſens: et etiã in ãniuerſarijs epiſcoporum: tunc enim ad altare autenticum aliquando dicitur miſſa aliquando ad alia altaria iuxta ꝙ corpora eorum requieſcũt humata Item nulla feria in paſchali tempore dicitur miſſa capitularis pro defunctis: niſi fuerit corp⁹ preſens vel ãniuerſarium / vel aliquod trigintale Ad miſſam Officium

Officium defunctorum



Requiē eternā dona eis dñe: et lux ꝑpetua luceat eis. ℣s. Te decet hymnus deus in ſyon: et tibi reddetur votum in hieruſalē: exaudi orationē meā / ad te oīs caro veniet. ¶ Nota ꝙ ad quālibet miſ. que ꝑ corpore p̄ñti celebrat̄ cuiuſcūqʒ fue. niſi ꝑ Rege vel Regina: vel alio magno dño quiqʒ dñor. Prima oro. Oīpotens ſēpiterne deus / miam tuā ſupplices deprecamur: vt aīam famuli tui. Secūda oro. Deus qui iter apoſtolicos. Tertia oratio. Deus venie largitor. Quarta oro. Omīps ⁊ miſericors deꝰ vnica ſalꝰ mortaliū. Quīta oro. Fidelium deꝰ oīm. Infra trigintale quiqʒ dicuntur orationes. Prima oratio. Deus cui proprium eſt miſereri. Mīnor. et cetere orationes vt̄s pro corpore preſenti. Item in triceſima die oēs orationes dicūtur vt infra trigintale. In oībus āniuerſarijs quinqʒ dicuntur orationes. Prima oratio. Deus indulgentia. Cetere vt̄s. pro corpore preſente: In anniuerſarijs tamen ſimplicibus cuiuſcunqʒ canonici vel cuiuſcūqʒ alterius oratio ſic pronūcietur. Deus indulgentiarū domie da aīabus fa. Si miſſa pro corpore preſenti / vel anniuerſariū cuiuſcunqʒ fuerit infra trigintale celebret̄. Prima oratio pro corpore preſenti vel āniuerſario dicitur. Secunda pro trigintali oratio. Deus cui propriū. minor. Tertia. Deus qui inter apo. Quarta. Deꝰ venie largitor. Quinta. Fidelium deus omnium. Quādo autem dicitur miſſa ferialis in capi. pro defunctis / tres dicuntur oratiōes: prima Deꝰ qui inter apo. Secunda. Deus venie largitor. Tertia. Fidelium. Quandocunqʒ corpus eſt preſens et in anniuerſarijs epiſcoporū et decanorū eccleſie poſtq̄ executor officij in inceptione miſſe altare thurificauerit: dyaconus cum thuribulo accedat: et corpus illud in feretro vel ī tumba incenſet: ſimiliter ante euangeliū dū tractus canitur / incenſato prius altari: et tertio poſtq̄ ſacerdos ſacrificium ante lotionem loco ſuo diſpoſitum thurificauerit / idem dyaconus thurificet ſicut prius: non circueundo corpus in feretro vel tumbam: ſed ex vtraqʒ parte vtraqʒ vice incipiendo a capite / ſemper tamen thurificando. Nunq̄ enim thurificatur corpꝰ ad Placebo: vel ad Dirige ſecundum vſum Sarum: ſed hoc ſemper: niſi fuerit corpꝰ regis /

epi/comitis vel baronis. Quotidie ante diem ſepulture ꝑ corpore preſenti cuiuſcūq; fuerit dr̄ iſta Oro.

Deus cui propriū eſt miſereri ſemꝑ et parcere/ te ſupplices deprecamur pro anima famuli tui quam hodie de hoc ſeclo migrare iuſſiſti: vt nō tradas eam in manus inimici / nec obliuiſcaris in finem: ſed iubeas illam ab angelis ſanctis ſuſcipi / atq; ad regionem viuorum perduci: et quia in te ſperauit et credidit: ſanctorum tuorū mereatur ſocietate letari. Per dominum. ¶ Pro corpore preſenti et in ānuerſarijs et trigintalib⁹ epiſcoporū et in die animarū tantum.

¶ Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Theſſalonicenſes. j.iiij.

Fratres. Nolum⁹ vos ignorare de dormiētibus: vt nō cōtriſtemini/ ſicut et ceteri qui ſpem non habent. Si enim credimus ꝙ ieſus mortuus eſt et reſurrexit: ita et deus eos qui dormierunt per ieſum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini: quia nos qui viuimus qui reſidui ſum⁹/ in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniā ipſe dominus in iuſſu et in voce archangeli et in tuba dei deſcendet de celo: et mortui qui in chriſto ſunt/ reſurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui reliquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus/ obuiam chriſto in aera: et ſic ſemper cū domino erimus. Itaq; conſolamini inuicem: in verbis iſtis.

¶ In anniuerſarijs et trigintalibus aliorum quorumlibet. ¶ Lectio libri Machabeorum. ij.xij.

In diebus illis. Vir fortiſſimus iudas collatione facta/ duodecim milia dragmas argenti miſit hieroſolymā: offerri ea ibi pro peccatis mortuorum: iuſte et religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret: ſuperfluū videretur et vanū orare pro mortuis. Et quia conſiderabat ꝙ hi qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repoſitam gratiā. Sancta ergo et ſalubris eſt cogitatio pro defūctis exorare: vt a peccatis ſoluant̄. ¶ He due ſeq̄ntes ep̄ſe legātur per totū annū ad miſſam quoti. pro defunctis alternis vicib⁹ per totā ebdo. Lectio libri apocalipſis beati Johannis apoſtoli. xiiij.

In diebus illis. Audiui vocē de celo dicentem mihi. Scribe: beati mortui qui in dn̄o moriūt̄. Amodo enim iam dicit ſpiritus/ vt requieſcant a laboribus ſuis. Opera enim illorum: ſequuntur illos.

Ad Corinthios .j.xv. Capitulo.

Fratres. Chriſtus reſurrexit a mortuis primitie dormientiū. Qm̄ quidē ꝑ hoīem mors et per hoīem reſurrectio mortuorū. Et ſicut in adā oēs moriūtur: ita et in chriſto omnes viuificabuntur. Vnuſquiſq; autem in ſuo ordine.

¶ Quandocūq; corpus ſit preſens cuiuſcūq; fuerit: et in oībus miſſis ꝑ ep̄is. dr̄ a trib⁹ clericis de ſcđa forma habitu nō mutato ad caput defūcti ſi adeſt: ſinaūt ad grad' chori. Gr. Si ambulē in medio vmbre mortis: nō timebo mala q̄m tu mecum es dn̄e. ℣. Virga tua et bacul⁹ tuus ipſa me cōſolata ſūt. Et iō Gr. ſep̄ incipiat.

et ſuus ꝟ. percãteꝛ a tribus clericis de ſecunda forma/ habitu non mutato ad caput defuncti ſi adeſt: ſin autẽ ad gradum chori. In omnibꝰ alijs miſſis pro defunctis dicaꝛ ſequens grad. a toto choro ſimul interim ſedente: niſi in die animarũ.

Gr. Requiẽ eternã dona eis domine et lux perpetua luceat eis. ꝟ. Anime eorum in bonis demorentur: et ſemẽ eorum hereditet terrã. Ita ꝙ idẽ incipiatur: et ſuus ꝟ. percãteꝛ a tribus clericis de ſcđa forma habitu non mutato: qñcunqꝫ corpꝰ adeſt pñſens ad caput defuncti tantũ: ſin autẽ/ ad gradũ chori: ⁊ in die animaꝝ in pulpito. Alias illud idem gradale Requiem eternam ⁊ ſuus ꝟ. Anime eorum in bonis. quotiẽſcũqꝫ cantantur in anniuerſarijs et trigitalibꝰ: et in miſſis ferialibus pro defũctis poſt eorũ ſceptionẽ a toto choro interim ſedente abſqꝫ neuma in fine percãteꝛ. Quãdocũqꝫ corpꝰ ſit preſens/ et in oĩbus miſſis ꝑ epiſcopis defunctis: dicaꝛ Tractꝰ Sicut ceruus deſiderat. ibidẽ vbi. gr. a quatuor clericis de ſuperiori gradu/ habitu nõ mutato / nequaq̃ vt in aliis tractibꝰ. alternatim ſedentibus: ſed interim continue ſtantibꝰ ad caput corporis qđ preſens fuerit / vel epiſcopi defuncti ſi adeſt: ſin autem ad gradũ chori quouſqꝫ finierit ipſum tractum: ita ꝙ omnes illi quattuor clerici/ ſimul primũ ꝟ. incipiãt quẽ duo ex parte chori principalis proſequãtur. Sequens ꝟ. ab alijs duobus ex altera parte canteꝛ: ⁊ ſic alternis vicibus ſinguli ꝟ. totꝰ tract. ab illis quattuor dicitur choro ſimul interim ſedente: ita quidẽ vt oẽs ſimul ipſum trac. terminẽt.

Tr. Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ: ita deſiderat aĩa mea ad te deus. ꝟ. Sitiuit aĩa mea ad deum viuum: quãdo veniã et apparebo ante faciem dei mei. ꝟ. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur michi per ſingulos dies vbi eſt deus tuus. In ãniuerſarijs et trigeſimis et in oĩbus alijs miſſis ꝑ defũctis/ dꝫ ſequẽs Tractꝰ. De profũdis a toto choro alternati ſimul interim ſedẽte cũ cãtu in gradali ſup hoc notato: niſi ĩ die aĩarũ tantũ. tunc enim dꝫ cum eodẽ cãtu quo in dñica. lxx. a quattuor clericis de ſuperiori gradu/ habitu non mutato ad gradũ chori ſupradicto modo: quo ſcꝫ Tr. Sicut ceruꝰ.

Tr. De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. ꝟ. Fiant aures tue intendentes in orationẽ ſerui tui. ꝟ. Si ĩiquitates obſeruaueris dñe dñe quis ſuſtinebit? ꝟ. Quia apud te propiciatio eſt: et propter legẽ tuã ſuſtinui te domine. Pro corpore pñſenti/ et in oĩbus anniuerſarijs ⁊ trigintalibus epiſcoporũ et in die aĩarũ: ſimiliter in dñicis et in ſecũdis ferijs/ quando dicitꝛ miſſa ferialiter in capitulo vel alibi: dicitꝛ ſequens euãgelium.

Secundum Johannem. xj. Ca.

IN illo tempore. Dixit martha ad ieſum. Dñe ſi fuiſſes hic: frater meus nõ fuiſſet mortuꝰ. Sed ⁊ nunc ſcio: quia quecunqꝫ popoſceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi ieſus. Reſurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia reſurget in reſurrectione: in nouiſſimo die. Dicit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio et vita. Qui credit in me: etiã etiam ſi mortuꝰ fuerit viuet Et omnis qui viuit et credit in me: nō morietur ineternum. Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ dn̄e: ego credidi quia tu es chriſtus filius dei viui: qui in hunc mūdū veniſti. ¶ Feria tertia Secundum Johannem. vj. ca.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeorum. Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eū qui venit ad me/ non eijciam foras. Quia deſcēdi de celo. non vt faciam voluntatē meam: ſed volūtatem eius qui miſit me. Hec eſt autem volūtas eius qui miſit me patris: vt omne quod dedit michi/ non perdam ex eo: ſed reſuſcitē illud in nouiſſimo die Hec eſt enī volūtas p̄ris mei qui miſit me: vt omnis qui videt filiū et credit in eū/ habeat vitā eternā Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.

¶ Feria. iiij. Sc̄dm Johannē. v.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis: et turbis iudeorum. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit ei qui miſit me: habet vitam eternā Et in iudiciū non venit: ſed tranſiet a morte in vitam. Amen amen dico vobis: quia venit hora ꝗ nunc eſt: quando mortui audient vocem filij dei. ⁊ qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitā in ſemetipſo: ſic dedit et filio vitam habere in ſemetipſo Et poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumētis ſunt/ audiēt vocē filij dei. Et procedent qui bona fecerunt: in reſurrectionem vite: qui vero mala egerunt: in reſurrectionē iudicij.

¶ Feria quinta. Secundum Johannem. v. Capi.

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis/ et turbis iudeorum. Sicut pater ſuſcitat mortuos/ et viuificat: ſic et filius quos vult/ viuificat. Neqꝫ enim pater iudicat quēq̄: ſed omne iudiciū dedit filio. vt oēs honorificent filiū/ ſicut honorificāt patrē. Qui non honorificat filiū: non honorificat patrē qui miſit illum. Amen amen dico vobis: quia qui verbū meū audit/ et credit ei qui miſit me: habet vitā eternam. Et in iudicium non veniet: ſed tranſiet a morte in vitam.

¶ Feria. vj. Secūdū Johannē. vj

In illo tempore. Dixit ieſus diſcipłis ſuis/ et turbis iudeorum. Ego ſum panis viuus: qui de celo deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Et panis quē ego dabo: caro mea eſt pro mundi vita. Litigabant ergo iudei adinuicem: dicentes. Quomodo poteſt hic carnem ſuam dare nobis ad manducādum? Dixit ergo eis ieſus. Amen amen dico vobis: niſi mānducaueritis carnem filij hoīs: et biberitis eius ſanguinem/ non habebitis vitam in vobis Qui manducat meam carnemqꝫ bibit meum ſanguinē: habet vitam eternam. Et ego reſuſcitabo eum: in nouiſſimo die. ¶ Sabbato. Secundum Johannem. vj. Capi.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis/ et turbis iudeorum. Amen amē dico vobis/ niſi mānducaueritis carnē filij hoīs et biberitis eius ſanguinē/ non habebitis vitā in vobis. Qui mādūcat meā carnē/ et bibit meū ſanguinē: habet vitam eternā. Et ego reſuſcitabo eū: in nouiſſimo die. Offr. Dn̄e ieſu chriſte rex glorie/ libera aīas oīm fideliū defunctorū de manu inferni et de profūdo lacu. libera eas de ore leonis ne abſorbeat eas tartar⁹ ne cadāt in obſcura tenebrarū loca: ſed ſignifer ſanct⁹ michael repreſentet eas in lucē ſanctā. Quā olim abrahe promiſiſti: et ſemini eius. ¶ Notādū eſt ꝙ qn̄cūqꝫ corpus adeſt p̄ſens et in oībus anniuerſarijs et trigintalib⁹ poſt ablutionē manuū: īcipiat ſacer. iūctis manib⁹ ī medio altar' hoc mō.



Hoſtias et p̄ces tibi dn̄e offerim⁹. Chorus reſpōdeat. Tu ſuſcipe pro aīab⁹ illis quarū hodie memoriā agimus: fac eas dn̄e de morte tranſire ad vitā: Et iterū dicat ſacer. priuatim In ſpiritu humilitatis: more ſolito. Deinde cōuerſ⁹ ad populū dicat ſimiliter priuati. Orate fratres et ſorores pro fidelib⁹ defūctis Et chorus reſpondeat cantādo v̄. Requiē eternam dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis. Quā olim abrahe promiſiſti: et ſemini eius. In oībus vero alijs miſſis pro defūctis q̄ ferialiter dicūtur nec qn̄ vltimo ante paſca cōpletū officiū mortuorū/ nec etiā in die aīarū dicit. In die animarū tantū. Offr. O pie deus qui primum hominē ad eternam gloriam reuocaſti: paſtor bone qui ouē perditā pio humero ad ouile reportaſti: iuſte iudex dum veneris iudicare libera de morte animas eorum quas redemiſti ne tradas beſtijs aīas cōfitētes tibi: ne derelinquas eas ī finē. ¶ Ante diem ſepulture. Secreta.

Suſcipe q̄s domine miſericors pater oblationē quā tibi offerimus/ pro anima famuli tui N. quam hodie de carnali corruptione liberaſti: et concede/ vt ab omnibus humane conditionis exceſſibus his remedijs expietur/ et in requie ſempiterna diem reſurrectionis preſtoletur. Per. In oībus miſſis pro corpore p̄ſenti ⁊ in oībus anniuerſarijs et trigintalib⁹: et ī die aīarū: et quādo vltimo fit ſeruitiū mortuorū ante paſca dr̄ hec. Cōio. Pro quorū memoria corpus chriſti ſumit: dona eis dn̄e requiē ſempiternā. V̄. Et lux perpetua luceat eis. Pro quorū memoria ſanguis chriſti ſumitur dona eis dn̄e requiē ſempiternā. In oībus alijs miſ. pro defūctis dr̄ hec Cōio. Lux eterna luceat eis dn̄e: cū ſctis tuis in eternū/ quia pi⁹ es. cū v̄. Requiē eternā dona eis dn̄e: et lux perpetua luceat eis. Et cū repetitiōe Cū ſanctis tuis in eternū quia pi⁹ es ¶ Secundū oēs libros Sarū eccleſie ante diem ſepulture. Poſtcōio.

Preſta queſumus oīpotens deus: vt animā famuli tui N. ab angelis lucis ſuſceptam: in preparata habitacula deduci facias beatorū. Per dominū ¶ In die ſepulture cuiuſcunqꝫ corpus fuerit dicitur iſta Oratio

Omnipotens ſempiterne deus miſericordiā tuam ſupplices deprecamur: vt aīam famuli tui cuius corpori debitum ſepulture officium perſoluim⁹: in ſinum abrahe patriarche tui iubeas collocari: vt cū dies agnitiōis tue aduenerit:

inter ſanctos ⁊ electos tuos eum reſuſcitari precipias. Per do. Secre.

SUſcipe dñe pro anima famuli tui hoſtiā quam te deo patri obtuliſti pro nobis benigne: et quia cauſa hominum deſcēdiſti de celis: te redeunte/ ſanctorum tuorū mereatur adiungi conſortijs. Per te ſaluator mūdi. Qui cum deo patre et ſpiritu. Poſtcōio

PReſta queſumꝰ dñe: vt anima famlī tui cui corpori hodie officia humanitatis exhibemꝰ/ his ſacrificijs expiata: ſaluationis tue perpetuo munere gratuletur. Per do. ¶ In die trigintali. Oro.

DEus cui propriū eſt miſereri ſemper ⁊ parcere: propiciare anime famuli tui: et omnia eius peccata dimitte: vt mortis vinculis abſolutus/ trāſire mereatur ad vitam. Per dñm. Secreta.

INtuere q̄s oīpotens eterne deus: et placatꝰ ſuſcipere dignare hoc ſacrificium/ quod tibi offerimus pro anima famuli tui: et concede illi pacē perpetuā/ et requiē ſempiternam. Per dñm. Poſtcōio.

PRoſit q̄s dñe anime famuli tui/ diuini celebratio ſacramenti: vt eius in quo ſperauit ⁊ credidit: eternum capiat te miſerante cōſortium. Qui tecum viuit. ¶ In anniuerſarijs. Oratio.

DEus indulgentiarū domine: da anime famuli tui cuius āniuerſariū dopoſitiōis diem cōmemoramꝰ: refrigerij ſedem quietis beatitudinē/ luminis claritatem. Per dominū. Secreta.

PRopiciare q̄s dñe ſupplicationibus noſtris pro anima famuli tui/ cuiꝰ hodie annua dies agitur: pro qua tibi offerimꝰ ſacrificium laudis: vt eam ſanctorum tuorum conſortio ſociare digneris. Per dominum. Poſtcōio

PReſta q̄s dñe/ vt anima famuli tui cuius āniuerſariū depoſitionis diem recolimus: his purgata ſacrificijs/ indulgentiam pariter et requiem capiat ſempiternam. ¶ Pro epiſcopis Oratio.

DEus q̄ inter apoſtolicos ſacerdotes famlōs tuos pōtificali feciſti dignitate cēſeri: preſta q̄s vt quorū vicē ad horam gerebāt in terris eorum perpetuo conſortio letentur in celis. Per dominum. Secreta.

OFferimus tibi dñe oblationē noſtre ſeruitutis/ pro animabus famulorū tuorꝫ pontificū ſupplicantes: vt cum preſulibus apoſtolice dignitatis/ quorum ſunt executi officium/ habere mereātur ſēpiterne b̄titudinis portionē. Per

PRoficiat q̄s dñe Poſtcōio. animabus famulorū tuorū pōtificū diuini celebratio myſterij: vt quos in terris poſitos/ huiꝰ muneris diſpēſatores eſſe feciſti: inter electos antiſtites eos iubeas connumerari. Per dominum noſtrum.

¶ Pro fratribus et ſororibꝰ Oro.

DEus venie largitor et hūane ſalutis amator/ q̄ſumꝰ clementiā tuā: vt noſtrarū congregationū fratres et ſorores/ qui ex hoc ſeculo tranſierūt: intercedente beata maria ſemper virgine et beato michaele archangelo cum omnibus ſanctis/ ad perpetue beatitudinis conſortium peruenire co cedas. Per dominum. Secreta

DEus cuius miſericordie nõ eſt numerus: ſuſcipe propicius preces hũilitatis noſtre: et animabus fratrum ⁊ ſororum noſtrarum cõgregationũ / quibus tui nominis dediſti cõfeſſionem: per hec ſacramenta ſalutis noſtre / cunctorum remiſſionem tribue peccatorũ Per dominum noſtrum. Poſtcõio

PReſta q̄s omps ⁊ miſericors deus: vt anime fratrũ et ſororum noſtrarum cõgregationũ / pro quibus hoc ſacrificium laudis tue obtulimus maieſtati: per huiꝰ ſacramẽti virtutem / a peccatis omnibus expiate / lucis perpetue te miſerante recipiant beatitudinem. Per. ¶ Pro benefactoribꝰ. Oratio.

OMnipotẽs ⁊ miſericors deus vnica ſalus mortalium te ſupplices exoramus / pro animabꝰ famulorum famularũq; tuarum / parentum et benefactorũ noſtrorum: vt intercedẽte beata dei genitrice maria / cum omnibꝰ ſanctis tuis / peccatorum eis largiri digneris indulgentiam / et in nouiſſimo die beate reſurrectionis leticiam. Per eũdem dominũ. Secreta.

SAnctifica q̄s domine hec fidelium omniũ vitalia ſacramẽta: ⁊ per ea ĩteruenĩẽte beata dei genitrice maria cum oĩbus ſanctis tuis concede vt hoc ipſum proficiat animabus famulorũ famularũq; tuarũ / parentũ et benefactorũ noſtrorum: vt ab omnibus viciis expiate pabulo vite reſtaurantur eterne. Per eundem dñm noſtrum. Poſtcõio.

[illegible] Iuſficiat nos q̄s dñe ſalutare quo paſti ſumꝰ ſacramẽtum: et interueniente beata dei genitrice maria cum omnibꝰ ſanctis tuis: concede vt hoc ipſum proficiat animabus famulorũ famularũq; tuarum / parentum et benefactorũ noſtrorum: ad promerẽdam tue propiciationis gratiam / et percipiendam future reſurrectiõis gloriam ſempiternam. Per eundem dominum noſtrũ. ¶ Pro abbate. Orõ.

PReſta q̄s domine: vt anima famuli tui abbatis / quem ĩ hoc ſeculo cõmorãtem / ſacris muneribꝰ decoraſti: ĩ celeſti ſede glorioſa ſemper exultet. Per dominũ. Secreta.

SUſcipe q̄s dñe hoſtias quas tibi pro anima famuli tui abbatis humiliter immolamꝰ / obſecrantes miſericordiã tuam: vt cui ſacerdotale officiũ cõtuliſti / dones et meritum Per dominũ. Poſtcõio

COncede queſumus omnipotens deus: vt per hec ſancta myſteria anima famuli tui abbatis in conſpectu tuo clara conſiſtat qui tibi fideliter miniſtrauit. Per dominũ. ¶ Pro ſacerdote. Oratio.

DEus cuius miſericordie nõ eſt numerꝰ / ſuſcipe pro anima famuli tui ſacerdotis / preces noſtras: et lucis et leticieq; regionem / in ſanctorum tuorum ſocietate concede. Per dñm. Secreta.

QUeſumus domine deus noſter: vt oblationem quam tibi offerimꝰ pro anima famuli tui ſacerdotis placatus accipias: ⁊ quẽ tuis altaribus ſeruire tribuiſti: ad beatorum peruenire iubeas cõſortia ſacerdotum. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. Poſtcõio.

PReſta q̄s omnipotēs deus: per hec ſancta myſteria anime famuli tui ſacerdotis eterne felicitatis conſortiū: cui donaſti ſacri altaris conſequi miniſterium. Per

¶ Pro patre et matre. Oratio.

DEus qui nos patrē ⁊ matrem honorare precepiſti: miſerere clementer aīabus patris et mr̄is mee/ eorūq; peccā dimitte: meq; eos in eterne claritatis gaudio fac videre. Per

SUſcipe dñe hoc ſa- Secretā
crificiū quod tibi pro aīabus patris ⁊ matris mee offertur/ eiſq; gaudium ſempiternum in regione viuorum concede: meq; cum eis felicitati ſanctorum adiunge. Per dñm noſtrum ieſum. Poſtcōio.

CEleſtis domine participatio ſacramēti animab⁹ patris et matris mee: requiē et lucē obtineat perpetuā/ meq; cum illis gratia tua coronet eterna. Per dominum

¶ Pro quolibet defuncto. Oratio.

DEus cui ſoli competit medicinam preſtare poſt mortē: tribue queſumus: vt anima famuli tui ab omnibus exuta peccatis/ electorū tuorū ſocietati⁹ aggregetur. Per dñm. Secreta.

SUſcipe queſum⁹ dñe hāc oblationem quam tibi offerimus pro anima famuli tui/ vt requiem eternam dones ei inter ſanctos et electos tuos: quatenus illorum conſortio et vita pfruatur eterna. Per dominū noſtrū. Poſtcōio.

AScendant ad te dñe preces noſtre/ ⁊ per hec ſancta que ſumpſimus anima famuli tui gaudia eterna ſuſcipiat: vt quem feciſti adoptionis participem/ iubeas hereditatis tue eſſe conſortem. Per.

¶ Pro amico defuncto. Oratio

ADiuua nos deus ſalutaris noſter: et beatiſſime dei genitricis ſemperq; virginis marie precibus exoratus: animam famuli tui in beatitudinem ſempiterne lucis conſtitue. Per dominū noſtrum ieſum chriſtum. Secretā

SUſcipe queſum⁹ domine hoſtias placationis et laudis: quas in honore beate dei genitricis marie nomini tuo conſecrādas offerimus: et pro requie famuli tui/ tibi ſuppliciter imploramus. Per dominum noſtrum. Poſtcōio.

AScendant ad te dñe preces noſtre: ⁊ anima famuli tui gaudia eterna ſuſcipiat: et quem feciſti adoptionis participē: intercedente beata dei genitrice maria: iubeas hereditatis tue eſſe conſortem. Per eundem dominū. ¶ Pro defuncto morte preuento. Oratio.

OMnipotēs ⁊ miſericors deus in cuius poteſtate hūana conditio conſiſtit/ aīam famuli tui/ q̄s ab omnibus abſolue peccatis: vt penitētie fructū quē voluntas eius optauit: preuentus morte nō perdat. Per do. Secreta.

SAtiſfaciat tibi dñe queſum⁹ pro anima famuli tui ſacrificij preſentis oblatio/ et peccatorū veniam quam queſiuit inueniat: et quod officio vocis implere nō potuit: deſiderate penitentie fructum te largiente percipiat. Per dominū noſtrum ieſum. Poſtcōio.

DEus a quo ſperatur humanis corporibus: omne quod donum est/ resolue per hec sacra que sumpsimus: ut sicut anime famuli tui penitentiam velle donasti: sic indulgentiam tribuas miseratus optatam. Per dominum nostrum.

¶ Pro masculis familiaribus. Oro.

Omnipotens sempiterne deus/ cui nunquam sine spe misericordie supplicatur: propiciare animabus famulorum tuorum: ut qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt: sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per dñm nostrum. Secreta.

Propiciare quesumus dñe animabus famulorum tuorum/ pro quibus hostias tibi placationis offerimus: et quia in hac luce in fide manserunt catholica: in futura eis vita misericordissima retributio condonetur. Per dñm nřm. Postcõio.

Hec nos communio dñe purget a crimine: et animabus famulorum tuorum celestis gaudii tribuat consortium: ut ante tribunal glorie christi tui segregati cum dextris: nichil commune habeant cum sinistris. Per eundem dñm nostrum.

¶ Pro femis familiaribus. Oratio.

Quesumus dñe pro tua pietate miserere animabus famularum tuarum: et a contagiis mortalitatis exutas: in eterne saluationis partem restitue. Per dominum nostrum. Secreta.

His sacrificiis dñe anime famularum tuarum a peccatis omnibus exuantur: sine quibus a culpa nemo liber extitit: et proficiat/ ut per hec pie placationis officia perpetuam misericordiam consequantur. Per dominum nostrum. Postcõio.

Inueniant qs dñe anime famularum tuarum lucis eterne consortium: cuius perpetue misericordie consecute sunt sacramentum. Per dñm nřm iesum christum.

¶ Pro femina defuncta. Oratio.

[illegible] qs dñe sup[illegible] deprecationes: ut animam famule tue ab omnibus que humanitus commisit exutam peccatis in tuorum censeatur sorte iustorum. Per dominum nostrum. Secreta.

Hostias tibi domine humili supplicatione deferimus/ ut anima famule tue per hec pie placationis officia/ peruenire mereatur ad requiem sempiternam. Per dñm. Postcõio.

Presta qs dñe anime famule tue misericordiam sempiternam: ut mortalibus nexibus expedita lux eterna possideat. Per dominum.

¶ Pro trigintalibus. Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: ut animas famulorum famularumque tuarum / quas de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas/ et sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per dñm nostrum. Secreta.

Animas famulorum famularumque tuarum qs domine ab omnibus huius condicionis humane per absoluat oblatio que totius mundi tulit immolata peccatum. Per dñm nřm. Postcõio.

Annue nobis dñe per hec sacrificium quod sumpsimus ut anime famulorum famularumque tuarum / remissionem quam semper

[illegible] famuli tui Jo[illegible]
[illegible] fundatoris
[illegible] et [illegible]
[illegible] benefactorum nostrorum
[illegible] et omnium fidelium
defunctorum

[illegible] per dominum nostrum. ¶ Pro benefactoribus. Oratio.

[illegible] Per dominum nostrum. Secreta.

[illegible] Per dominum nostrum iesum christum. Postcommunio.

Sumpta sacramenta domine nos absoluant a vinculis peccatorum: et animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum consortia obtineant spirituum beatorum. Per dominum. ¶ Pro quiescentibus in cimiterio. Oratio.

Deus in cuius miseratione anime fidelium requiescunt [illegible] in christo quiescentibus da propicius veniam peccatorum: ut a cunctis reatibus absoluti: tecum sine fine letentur. Per dominum nostrum. Secreta.

[illegible] Postcommunio.

D[illegible]

[illegible] ¶ Pro quibus orare tenemur. Oratio.

[illegible] Per dominum. Secreta.

H[illegible] Postcommunio.

D[illegible]

ctorum noſtroꝛū/necnō cōſanguineoꝛum noſtroꝛū/ac familiariū noſtroꝛū cūctoꝛūq; fideliū: vt eas paradiſo reſtituens/in tuoꝛū cenſeas ſoꝛte iuſtoꝛum. Per dñm noſtrum.

¶ Pro oīb⁹ fidelib⁹ defūctis. Oro.

Fidelium deus omniū conditoꝛ et redemptoꝛ/aīabus omniū fideliū defunctoꝛū/remiſſionē cunctoꝛum tribue peccatoꝛū: vt indulgentiā quam ſemper optauerūt: piis ſupplicationibus cōſequāt. Qui cum deo. Secre.

Hoſtias q̃s dñe quas tibi pro animabus omniū fidelium defunctoꝛū offerim⁹/propiciatus intende: vt quibus fidei chriſtiane meritum contuliſti/dones et premium. Per dominum. Poſtcōio.

Animabus queſumus dñe omniū fideliū defunctoꝛū oꝛatio proficiat ſupplicantium: vt eas ꝛ a peccatis oībus eruas/ et tue redēptionis facias eſſe participes. Per dominū.

¶ Oꝛatio generalis.

Pietate tua queſum⁹ domine noſtroꝝ ſolue vincula oīm delictoꝝ: ꝛ intercedente beata ꝛ glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice maria cum omnib⁹ ſctis tuis: dñm papā reges et principes/epiſcopos et abbates/et omnē plebē illis cōmiſſā: noſq; famulos tuos atq; loca nr̄a in omni ſctitate cuſtodi: omneſq; conſanguinitate/ac familiaritate/vel confeſſione/ꝛ oꝛatione nobis iūctos: ſeu omnē populū catholicū a viciis omnibus purga: virtutib⁹ illuſtra/pacem ꝛ ſalutem nobis tribue/hoſtes viſibiles et inuiſibiles remoue/peſtem et famem repelle/inimicis noſtris et amicis noſtris/veram caritatē/atq; infirmis ſanitatem largire: et iter famuloꝛū tuorum in ſalutis tue proſperitate diſpone/et omnib⁹ fidelibus viuis ac defūctis/in terra viuētiū vitā et requiē eternā cōcede. Per eū d. Secre.

Deus qui ſingulari coꝛpoꝛis tui hoſtia/totius mūdi ſoluiſti delicta: hac oblatione placat⁹ maculas peccatoꝛum noſtroꝛū abſterge: et omniū chriſtianoꝛū fidelium viuoꝛum atq; moꝛtuoꝛū/peccata dimitte: nobiſq; intercedēte btā et glorioſa ſemperq; virgine dei genitrice maria: cum omnib⁹ ſctis tuis premia eterna largire ſaluatoꝛ mūdi. Qui cum deo patre. Poſtcōio.

Sumpta ſacramenta q̃s domine omnia crimina noſtra detergāt: oēmq; prauitatē ꝛ hoſtilē impugnationē viſibilē et inuiſibilem/ſeu infirmitatē atq; ſubitam moꝛtē/meritis beate dei genitricis ſemperq; virginis marie et oīm ſanctoꝛū tuoꝛum interceſſiōe/a nobis procul repellāt et omnib⁹ fidelibus viuis a defunctis proſint ad veniā pro quoꝛum quarūq; tibi ſūt oblata ſalute. Per eundem dominum.

¶ Oꝛatio generalis.

Sanctiſſime dei genetricis ſemperq; virginis marie et beatarum omniū celeſtiū virtutū/ſctoꝛum quoq; patriarcharū/prophetarum/apoſtoloꝛum/euangeliſtarū/martyꝛū confeſſoꝛū atq; virginū/et omniū ſimul ſanctoꝛū tuoꝛū/q̃s oīpotens deus meritis ac precib⁹ placatus/tribue nobis miſericordiā tuā: ꝛ da pop̄lo tuo inuiolabilē fidei firmitatē et pacē: repelle a nobis hoſtem et famem ⁊ peſtem da nobis in tua virtute conſtantiā et fortitudinē inimitte hoſtibus noſtris formidinē et inualitudinē. retribue omnibꝰ nobis bona facientibus/ vite eterne beatitudinem: da inimicis noſtris et perſequentibus nos recognitionē et indulgētiam/ concede defunctis noſtris: et omnibus in chriſto quieſcētibꝰ/ remiſſionem omniū peccatorum/ et requiē ſempiternā. Per eundē. do.. Secre.

IN cōſpectu diuine maieſtatis tue queſumꝰ omnipotēs deus/ intercedēte ſanctiſſima dei genitrice ſemperqꝫ virgine maria: et beatis omnibꝰ celeſtibꝰ virtutibus/ ſanctis quoqꝫ patriarchis/ prophetis/ apoſtolis/ euangeliſtis/ martyribus/ confeſſoribus et virginibus atqꝫ oībus ſimul ſanctis tuis/ oblationes noſtre et preces acceptabiles aſcendant/ et tua propitiatione/ veniam nobis et pacem tribue. hoſtē/ famem/ ⁊ peſtē a nobis repelle. fidē ſpem/ et caritatē nobis largire. defenſiōe tua/ nos ſemper protege hoſtium noſtrorū ſuperbia ⁊ virtutē/ contere. omnibꝰ nobis bona faciētibus/ gratie tue abūdantiā tribue diſcordantes/ ad pacis bona cōuerte. defūctis noſtris/ requiē concede: et omnibus fidelibus tuis/ vitam ſempiternā largire. Per. Poſtcōio

PEr huius ſacramēti myſterium atqꝫ virtutē/ q̄s domine deus noſter omnipotēs. ſāctiſſima dei genitrice ſemperqꝫ virgine maria: et beatis omnibꝰ celeſtibus virtutibus. ſanctis quoqꝫ patriarchis/ prophetis/ apoſtolis/ euangeliſtis/ martyribus/ confeſſoribus et virginibꝰ: atqꝫ omnibꝰ ſimul ſanctis tuis intercedentibus: viciorum noſtrorū macule deleantur/ et preces noſtre in conſpectu maieſtatis tue acceptabiles inueniantur. populuſqꝫ tuus a peccatis et hoſtibus liberetur/ fidei rectitudine roboretur/ hoſtiūqꝫ noſtrorū ſuperbia et fortitudo proſternātur/ peſtilentie et fames procul pellātur/ bona nobis facientes/ gratie tue abundantia repleantur. diſcordantes in fraternam pacem reuocentur/ defūcti noſtri requiē conſequanť/ ⁊ omnes fideles tui vitā eternā adipiſci mereanť. Per eūdē. ¶ Orō generalis.

OMniū ſanctorꝝ tuorū interceſſionibꝰ q̄s domīe gratia tua nos ſemper protege. et chriſtianis oībus viuentibꝰ atqꝫ defunctis/ miām tuā vbiqꝫ pretende: vt viuentes ab oībus impugnationibus ſint tua opitulatione defenſi/ ⁊ defuncti: remiſſionem mereantur percipere ſuorum omniū peccatorum. Per dominum. Secreta.

OBlatiōes noſtras q̄s dn̄e propiciatus intende/ et ob tuorū oīm ſanctorū honorē/ veniam nobis noſtrorum tribue peccatorū/ et chriſtianis omnibꝰ viuentibꝰ atqꝫ defūctis hec preſens oblatio/ et preſentis vite ſubſidia/ et future p̄mia eterna acquirat. Per do. Poſtcōio.

HEc ſacrificia dn̄e que ſūpſimus meritis et interceſſionibus omniū ſanctorū tuorū/ nobis ad ſalutem proficiāt: et chriſtianis omnibus viuentibꝰ atqꝫ defunctis te fauente: eterna ac tēporalia premia benigne acquirant. Per dominum noſtrum ¶ Oratio generalis

Trigintale ſancti Gregoꝛij

OMnipotẽs ſempiterne de⁹: qui viuoꝛum dominaris ſimul ⁊ moꝛtuoꝛum omniũqꝫ misereris quos tuos fide et opere futuros eſſe pꝛenoſcis. te ſupplicitᷣ exoꝛamus: vt pꝛo quibus effundere preces decreuim⁹: quoſqꝫ vel preſens ſeculum adhuc in carne retinet/ vel futurũ iam exutos coꝛpoꝛe ſuſcepit pietatis tue clementia oĩm delictoꝝ ſuoꝛũ veniã/ ⁊ gaudia conſequi mereantᷣ eterna. Per. Secre.

DEus cui ſoli cognit⁹ eſt numerus electoꝛũ in ſuperna felicitate locãdus. tribue q̃s: vt vniuerſoꝝ quos in oꝛatiõe cõmẽdatos ſuſcepim⁹/ ſiue omniũ fideliũ nomina btẽ ꝑdeſtinatiõis liber aſcripta/ retineat. Per dñm. Poſtcõio.

PRo celeſtis conuiuij iocũditate/ gratias tibi referimus rex et ſacerdos noſter/ maieſtatem tuam humiliter rogãtes: vt hec ſacroſancta coꝛpoꝛis ⁊ ſanguinis tui hoſtia/ non ſit nobis reat⁹ ad penã ſed interceſſio ſalutaris ad veniã/ ſit ablutio ſcelerũ/ ſit foꝛtitudo fragiliũ/ ſit cõtra omnia mũdi pericula firmamẽtũ/ ſit viuoꝛũ atqꝫ moꝛtuoꝛũ fideliũ remiſſio oĩm delictoꝝ Per te ſaluatoꝛ mundi rex gloꝛie. Qui viuis et regnas cum deo pr̃e.

¶ Si quis trigintale ſancti gregorij celebꝛare diſpoſuerit tũc celebꝛet tres miſſas de natiuitate dñi. tres de epyphania dñi. tres de purificatione beate marie. tres de annũciatione eiuſdem. tres de reſurrectiõe domini. tres de aſcenſione dñi. tres de penthecoſte. tres de Trinitate. tres de aſſumptiõe beate marie virginis. et tres de natiuitate eiuſdem ita ꝙ iſte miſſe celebꝛentᷣ infra octa. dictoꝛũ feſtoꝛum ſicut in pꝛima die cum eodẽ Kyꝛie eleyſon. Gloꝛia in excel. et Credo. et Sequẽtia et Prefatione. Cõmunicãtes. et Hanc igitur. Sanctus. et Agnus: ſicut continetur in canone. et cum iſtis oꝛationibus ſubſequẽtibus: ita ꝙ oꝛationes ſubſequentes cum oꝛatione de feſto ſub vno Oꝛem⁹ ⁊ ſub vno Per dominũ dicantᷣ. Et debẽt dici quotidie per annũ. Placebo. et Dirige/ cum nouẽ pſalmis/ et nouẽ lectionibus/ et nouẽ antiphonis. niſi in tẽpoꝛe paſca. in quo quotidie cũ tribus lectiõib⁹ dicetᷣ. ⁊ totiẽs dicetᷣ cõmẽdatio animarũ: ita ꝙ tam ad Placebo q̃ ad Dirige ſit pꝛima oꝛõ Deus ſumma ſpes. et etiam in cõmendatiõe animarũ. et ad miſſam de die vꝫ ꝑdicta oꝛõ/ ab eo qui miſſam celebꝛat per totũ annũ. Oꝛõ.

DEus ſumma ſpes noſtre redẽptionis/ qui in terra pꝛomiſſionis ante oẽs terras naſci elegiſti/ moꝛtẽqꝫ ibidem ſuſtinuiſti: libera ꝓpicius animã famli tui N. de manibus demonum/ ⁊ eandem terram de poteſtate paganoꝛũ: vt popul⁹ qui in te non credit/ per virtutem tuam emẽdationẽ habeat/ ⁊ illis oĩbus qui in te cõfidũt: pꝛo tua magna pietate ſuccurre. Qui cum deo patre et ſpiritu ſancto. Secre.

OMĩps ſempiterne deus redẽptoꝛ animaꝝ ſaluandarũ/ et precium redẽptiõis generis humani miſerere clemẽter anime famuli tui N. et quicquid in eo vicioꝛum fallente diabolo ⁊ pꝛopꝛia iniquitate contraxit: tu pius et miſericoꝛs abluas indulgendo. ⁊ terrã quam ſanguine proprio tuo dedicaſti: de manibus inimicorum crucis eripias. vota filiorũ iſrael ad eius liberationem inſtantium / in viam ſalutis eterne miſericorditer dirigendo. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate.

Poſtcõio.

Deus cuius miſericordie nõ eſt numerus/cui ſoli competit medicinã preſtare poſt mortem. qui es vita viuentiũ / ſpes morientium/⁊ ſalus omniũ in te ſperãtiũ qui terrã hereditatis tue per peccata filiorum eſau pollutã: precioſo ſanguine tuo dignatꝰ es conſecrare. tu animã famuli tui N. per huius virtutem ſacramẽti / a peccatis oĩbus exuas: et a penis quas ꝑ his meretur eripias. et populum incredulum ac rebellẽ/ per gratiã tuam facias peculiarem: illiſq; omnibus qui in tua miſericordia confidunt/ manum auxilij tui pijſſime largiẽdo. Qui viuis et regnas cum deo patre in vnitate ſpiritꝰ ſancti deus

¶ Proſa pro defũctis qui voluerit.

Dies ire dies illa / ſoluet ſeclũ in fauilla / teſte dauid cum ſibilla Quantus tremor eſt futurus/quando iudex eſt vẽturus/cũcta ſtricte diſcuſſurus. Tuba mirum ſpargens ſonũ/per ſepulchra regionũ/coget oẽs ante thronum. Mors ſtupebit et natura / cum reſurget creatura/iudicãti reſponſura Liber ſcriptus proferẽ/in quo totum cõtinetur/ vnde mundus iudicetur. Iudex ergo cum ſedebit quicquid latet apparebit / nil inultum remanebit Quid ſum miſer tunc dicturus/quem patronum rogaturus / dum vix iuſtus ſit ſecurus. Rex tremende maieſtatis / qui ſaluãdos ſaluas gratis/ ſalua me fons pietatis. Recordare ieſu pie/quod ſum cauſa tue vie / ne me perdas illa die. Querẽs me ſediſti laſſus: redemiſti crucem paſſus: tantus labor non ſit caſſus. Iuſte iudex vltionis: donum fac remiſſionis: ante diem rationis. Ingemiſco tanq̃ reus: culpa rubet vultus meus: ſupplicanti parce deus. Qui mariam abſoluiſti: et latronem exaudiſti: michi quoq; ſpem dediſti Preces mee non ſunt digne: ſed tu bone fac benigne: ne perenni cremer igne. Inter oues locum preſta: et ab hedis me ſequeſtra: ſtatuẽs in parte dextra. Cõfutatis maledictis: flammis acribꝰ addictis: voca me cum benedictis. Oro ſuplex et accliuis: cor contritum quaſi cinis: gere curam mei finis. Lachrimoſa dies illa: qua reſurget ex fauilla: iudicãdus homo reus. Huic ergo parce deus: pie ieſu dñe: dona eis requiem. Amen.

¶ Miſſa pro mortalitate euitãda/ quam dominus Clemens fecit/et cõſtituit in collegio/ cum omnibus cardinalibus et conceſſit omnibus penitentibus vere contritis et confeſſis/ſequentem miſſam audientibus.

Et omnes audientes ſequentẽ miſſam/debent portare in manu vnã candelam ardentem dum miſſam audiunt per quinq; dies ſequentes et tenere eam in manu per totã miſſam genibus flexis. et eis mors ſubitanea nocere nõ poterit: et hoc eſt certum ⁊ approbatũ in auinione et in partibus circũuicinis. Officium

Miſſa tempoꝛe peſtilentie

Recoꝛdare domine teſtamenti tui/⁊ dic angelo percutienti: ceſſet iam manus tua/vt non deſolet̄ terra: ⁊ ne perdas omnem animā viuā. In tp̄e paſca Alleluya. P̄s. Qui regis iſrael intende qui deducis velut ouē ioſeph. Oꝛo.

Deus qui non vis moꝛtē/ſed penitentiā deſideras peccatoꝛū/populū tuū q̄s ad te conuerte pꝛopicius: vt dum tibi deuot⁹ exiſtit/iracundie tue ab eo flagella clementer amoueas. Per dominum.

¶ Lectio libꝛi Regum. ij.xxiiij.

In diebus illis. Immiſit dominus peſtilentiam in iſrael de mane vſqꝫ ad tempus conſtitutū: et moꝛtui ſunt de populo a dan vſqꝫ berſabee/ ſeptuaginta milia viroꝛum Cumqꝫ extēdiſſet manum ſuam angelus dn̄i ſuper hieruſalē vt diſperderet eam: miſertus eſt dominus ſuper afflictionē. Et ait angelo percutiēti populum. Sufficit nunc: cōtine manū tuā. Erat autē angelus dn̄i iuxta areā areuna iebuzei. Dixitqꝫ dauid ad dn̄m: cum vidiſſet angelum cedentē populū. Ego ſum qui peccaui: ⁊ ego inique egi Iſti qui oues ſunt: quid fecerūt Vertatur obſecro man⁹ tua contra me: et cōtra domū patris mei. Venit autē gad ꝓpheta dn̄i/ad dauid in die illa: et dixit ei. Aſcēde et cōſtitue altare dn̄o: ī area areuna iebuzei. Et aſcēdit iuxta ſermonē gad: quem pꝛeceperat ei dn̄s. Gr. Miſit dn̄s verbū ſuū et ſanauit eos: et eripuit eos de interitu eoꝛū. ℣. Cōfiteātur dn̄o mīe eius: et mirabilia eius filiis hoīm. Alla. ℣. Saluabo populum meū in medio ieruſalē: et ero eis in deum in veritate et iuſticia. Sequētia.

Iubilemus pia mente: voce coꝛde concinnēte/trinitatem collaudantes. Patrem pꝛolemqꝫ pꝛecemur: ſanctū pneuma veneremur/laudis melos concrepantes. Omnes vna ꝓclamem⁹: ſummū deum iploꝛem⁹/ miſereri vt dignetur. Coꝛ grauatur mens langueſcit: iam gens meret et plāgeſcit/peſtis moꝛſum dum veretur. Aura ledit furit peſtis: moꝛbus vꝛit nulla meſtis/ſpes ſalutis redditur. Mare fluit mixtum felle: iam tēpeſtas iam pꝛocelle/plebs vbiqꝫ pꝛemitur. Si pꝛo malis iraſcaris: temp⁹ eſt vt reuertaris/pie ieſu miſerere Leo luſtrans oues q̄rit: niſi pꝛeſis ouis perit: bone paſtoꝛ nos tuere. Terra mare firmamenta: queqꝫ parent elementa/tuo facta numine. Mare nouit te calcantem: dum te ſentit ambulātem/factoꝛ fertur flumine. Cuncta ſiſtunt te iubēte: non mouentur ſed repente/reddentur pacifica. Toto niſu tota cura: omnis laudat te factura / o virtus almifica. Auras mitte nobis letas: peſtes pꝛece ꝓcul pelle. Trāſfer nos ad vite metas: ne nos turbent tot pꝛocelle, Olim culpa nos ligati: reſpirantes cedimus. Coꝛde meſto flagellati/tibi ſoli credimus. Lex antiqua tranſgreſſoꝛes: conuerſos eripuit. Tue legis abuſoꝛes / pie dum coꝛripuit. Ioab abner perſequente: et hunc armis inſequente/ pꝛece datur venia. Ioab vitā conſecutus: nocte viam tranſit tutus/ per montis cacumina. Dauidi pꝛophetico. vita datur termino pꝛo delicto graui. Verſum fugit faſcinꝰ dum fatetur vocibus: inquiēs peccaui. Ezechias reddit fletū: et peccatum eſt deletum ſtatim vt penituit. Fletū fecit et profecit ſibi deus hinc adiecit: annos et conſtituit Mitis heſter pie mentis pro ſalute ſue gētis aſſuerum adijt. Hinc fit ſalꝰ mardocheo: crux equat aman reo qui ſuſpenſus perijt. Virtus iudith de ſupernis diua dum illuminat. Caput aufert holofernis: et captiuos liberat Mater ergo ſūmi regis tibi natus chriſtus verus Vos ſignauit vmbra legis: heſter tu hic aſſuerus. Virgo natum intercede vt afflictos liberet. Saluet hos a peſtis cede quos pie redemerat. Virgo mater maris ſtella fons ortorum verbi cella: ne nos peſtis aut procella peccatores obruāt. Eya mater terge fletum tempeſtatis tolle fretum: cor meſtorum redde letum iam preces ſubueniant. Proles parcit ſi perorās mater ergo rumpe moras poſce tuum filiū. Aura feda rūpēs peſtis ſimul cadāt confer meſtis ſalutis auxiliū. Noſtros tuus ipſe natꝰ tollat penas et reatus: nobis preſtans conſolamē Sui regni ſēpiterni: vbi ciues ſunt ſuperni ꝑſonemꝰ oēs amen.

¶ Secundum Lucam. iiij.

IN illo tempore. Surgens ieſus de ſynagoga: introiuit in domū ſymonis. Socrus autem ſymonis: tenebatur magnis febribꝰ. Et rogauerunt illū pro ea. Et ſtās ſuper illam/ imperauit febri: et dimiſit illam. Et continuo ſurgens: miniſtrabat illis. Cum ſol autem occidiſſet: omnes qui habebāt infirmos varijs languoribus/ ducebāt illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens: curabat eos. Exibāt aūt demōia a multis: clamantia et dicentia/ quia tu es filius dei. Et increpans non ſinebat ea loqui quia ſciebant ipſum eſſe chriſtum. Facta autem die: egreſſus ibat in deſertum locum. Et turbe requirebant eum: et venerunt vſq ad ipſū Et detinebāt eum: ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus: oportet me euangelizare regnum dei. Quia ideo miſſus ſum. Et erat predicans in ſynagogis galilee. Offer. Stetit pōtifex inter mortuos et viuētes/ habens thuribulum aureum in manu ſua: et offerens incenſi ſacrificium placauit iram dñi/ et ceſſauit plaga a domo ⁊ poplo iſrael. In tpe paſ. Alleluya. Secre.

